This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600095826-

POETARUM

TRAGICORUM GRAECORUM

FRAGMENTA

EDIDIT

FRIDERICUS GUILELMUS WAGNER.

VOLUMEN I.

VRATISLAVIAE,

IMPENSIS TREWENDTI ET GRANIERI.

MDCCCLII.

AESCHYLI ET SOPHOCLIS

PERDITARUM FABULARUM

FRAGMENTA

EDIDIT

FRIDERICUS GUILELMUS WAGNER,
PHIL. DR. ANT. LIT. IN UNIV. VRATISL. PROF.

εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.
Eur. Phoen. 745.

VRATISLAVIAE,
IMPENSIS TREWENDTI ET GRANIERI.
MDCCCLII.

VIRO

ILLVSTRISSIMO CANDIDISSIMO

CHRISTIANO AVGVSTO LOBECK

ANTE HAEC DECEM LVSTRA

VITTENBERGAE

DOCTORIS PHILOSOPHIAE ET MAGISTRI
LIBERALIVM ARTIVM

HONORIBVS ORNATO

ATQVE

MVNERE PRAECEPTORIS PVBLICI
TOTIDEM ANNOS

MAGNIFICENTISSIME FVNCTO

CAL. IVN. A. MDCCCLII.

GRATVLATVR

ET HVNC QVALEMCVNQVE LIBRVM

SVMMAE VENERATIONIS TESTIFICANDAE CAVSA

D. D. D.

AVCTOR.

PRAEFATIO.

Vix ulla opus fore excusatione existimo, quod tot praeclarissimorum poetarum membra, quae tam diu disiecta iacebant, in unum corpus collegi; illud autem fortasse mirum ac reprehendendum cuipiam videbitur, quod tanquam falce in aliorum segetes immissa etiam Aeschyli, Sophoclis atque Euripidis reliquias adieci. Neque ab initio consilium mihi fuit horum quoque poetarum fragmenta adiungendi, quippe quae dudum ab aliis iisque me doctioribus viris diligenter collecta, emendata, disposita arbitrarer; mox autem, quum minorum, ut ita dicam, tragicorum residua congessissem, pluribus rationibus adductus sum, ut ad maiorum illorum reliquias etiam aggrederer. Primum enim bene intellexi, de minorum tragicorum fragmentis ac poetica arte recte iudicare non posse, nisi qui *Aeschyli*, *Sophoclis* atque *Euripidis* et superstites fabulas et deperditarum reliquias accurate

cognorit et pertractarit: nam quis v. c. recte vel saltem probabiliter de *Theodectae* Philocteta disputet, nisi qui explorarit, quales fuerint Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Philoctetae, praesertim quum minores tragici mirum quantum ex maioribus istis pependerint, ut saepissime non modo tragoediarum argumenta ac singularum scenarum dispositiones, sed sententias etiam dictionesque ab iis repeterent. Omnium vero maxime, ut suo loco exemplis demonstrabo, Euripides is fuit, cuius ex hortulis posteriores poetae tragici flosculos suos carpserunt ac delibarunt: unde factum est, ut nonnunquam vel grammatici de quarundam fabularum ac sententiarum auctoribus inter Euripidem aliosque poetas fluctuarent. Deinde quum Aeschyli ac praecipue, quum Sophoclis et Euripidis reliquias diligenter perlustrassem, miratus vidi, eas nec omnes adhuc esse congestas nec satis emendate exhibitas nec ita denique dispositas, ut sententia de fabularum, ex quibus petitae essent, conformatione deque poetica auctoris arte ferri posset. Quae quum animo mecum volverem, denuo Aeschyli, Sophoclis et Euripidis fragmenta colligere atque *omnia omnium tragicorum residua* uno corpore comprehendere constitui: in quo consilio illud me confirmavit, quod mihi persuadebam, eos, qui minorum tragicorum reliquias possessur essent collectas, propter rationem, quam supra exposui, invitos tantum plena *Aeschyli, Sophoclis Euripidisque fragmentorum* collectione esse carituros. Totius autem dispositio haec erit, ut, quum volumine *primo*, quod nunc in lucem emitto, *Aeschyli ac Sophoclis*, secundo (quod a. 1844 pro-

diit) *Euripidis*, *tertio* (quod a. 1848 editum est) reliquorum poetarum tragicorum fragmenta contineantur, *quarto*, si Deo O. M. placuerit, aliquando historiam tragicorum criticam editurus sim.*)

Iam vero hoc volumine quae praestiterim, quamvis e superioribus ea iam concludi queant, tamen paullo uberius dicendum erit, ne quis plura a me exspectet, quam quae dare vel volui vel potui. Ac primum quidem id egi, quod vir immortalis memoriae, C. Valckenarius (Diatr. p. 5. B.) cuique fragmentorum editori imprimis spectandum esse monuit, ut ex omnibus antiquis libris, ex quibus Aeschylea vel Sophoclea expiscari poteram, maxima cum fide etiam depravatissima quaevis exscriberem. Sed quoniam ubique optimas quasque illorum librorum editiones in usum vocavi, factum est, ut haud paucos locos, qui corrupti ante circumferebantur, e codd. correctiores edere possem. Nec pauciores virorum doctissimorum, Bergkii, Boeckhii, Ellendtii, G. Hermanni, Lobeckii, Meinekii, A. Nauckii, aliorum**) coniectu-

*) Haec ex parte e praefatione volumini II. praemissa, in qua, quum id primo loco in lucem emitteretur, de consilio atque ratione totius operis exponendum erat, iterata sunt: nam ea hoc loco i. e. tanquam in totius operis fronte omitti non posse existimabam, praesertim quum vererer, ne volumen II. non in omnium, quotquot his gaudent studiis, manus venisset.

**) Unius Bothii editiones fragmentorum Aeschyli, Sophoclis et Euripidis (a. 1844 sq. Lipsiae publicatas) non respexi et semel pervolutatas vel iterum inspicere nefas putavi: — neque equidem dubito, quin nunc ipsum pigeat, tales libros edidisse. Uno tantum loco (Aesch. frgm. 301.) eius mentionem feci, quum in praefatione ad Aeschyli fragmenta reli-

ris, quas hic illic sparsas curiose conquisivi, et meis haud parcis, quoad per ingenii infirmitatem licuit, emendati sunt; itaque spero fore, ut Aeschyli et Sophoclis fragmenta nunc tandem ipsis auctoribus dignius, quam adhuc factum est, in lucem prodeant. Quorum in textu graeco exarando eam legem mihi posui, ut verba sic exhiberem, uti in codd. extant, emendationes autem, ubi necessariae erant, infra subiicerem, paucissimis locis exceptis, velut Aesch. frgm. 66, vs. 1. Soph. frgm. 354., in quibus, quum lenissima ac certissima fere medicina restitui possent, eas in textum recepi. Ubique simul et scriptorum, quibus Aeschylea vel Sophoclea debebam, et aliorum verba apposui, si quid iis ad poetae verba intellegenda vel illustranda continebatur. Deinde quum et libros ab aliis inspectos accuratius perlustrassem et quosdam a prioribus editoribus nondum in usum vocatos perquisissem, contigit mihi, ut fragmentorum numerum multis augere et novam Sophoclis fabulam addere possem. Postremo diligenter explorare studui, quaenam fuerint singularum fabularum argumenta et qua ratione a poetis sint disposita atque conformata, quum et plurimis locis fragmentorum interpretationem inde pendere et ea re solum de poetae ingenio iudicium fieri posse bene intellegerem. Atqui in illis indagandis non vanis coniecturis locum dedi, sed ibi tantum de argumento deque ratione, qua aliqua fabula adornata

---

quos editores fastu despiciens emendationem suam tanquam pro exemplo attulerit, qua ratione omnino Aeschylus emendandus sit.

esse videretur, disserui, ubi vel ex fragmentis ipsis vel ex certis veterum scriptorum testimoniis vel ex titulis*) vel aliunde cum aliqua probabilitatis specie aliquid colligi poterat; nam *critici* philologi esse putavi exponere, quae facta et quam maxime certa sint, non quae fieri potuerint. Sed quoniam temporum iniuria evenit, ut et maxima Aeschyli et Sophoclis fragmentorum pars e singulis vocibus constaret et pauca tantum testimonia de ratione, qua poetae singulas fabulas conformaverint, nobis servata essent, in plerisque fabulis acquiescere in eo coactus fui, ut explicarem, qualia earum fuissent argumenta: et ne hoc quidem in omnibus fieri potuit. Nemo igitur mirabitur, quod, quum firmum fundamentum, quo niti possemus, non esset, in numerum rationemque tetralogiarum Aeschyli inquirere nolui: nam quantopere in eiusmodi rebus errari queat, intellegitur, ex quo didascalia fabulae, cui nomen Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, edita est. Egregie quidem disputationis et de tetralogiis Aeschyleis et de fabulis Sophocleis viam praemunivit vir summus, *THEOPHILUS WELCKER*, sed quamvis ingeniosissime ubique disseruerit neque scripserit quidquam, quod non sit lectione atque admiratione dignissimum, vereor tamen, ne et in concinnandis tetralogiis Aeschyli, quum sibi persuasisset, earum fabulas ubique argumenti mythici continuitate fuisse nexas, quamquam huic sententiae et Persarum et Lycurgiae didascaliae

*) Ridet Antiphanes ap. Athen. VI, p. 222. B. sq. poetas tragicos, quod ex nominibus fabularum argumenta ferme divinari possint.

obstabant, a vero nonnunquam aberraverit et in oeconc fabularum Aeschyli ac Sophoclis explicanda saepius os derit, quomodo poeta argumentum aliquod tractare potu quam quomodo tractarit. Quare haud paucis locis, vide non sine gravissima causa, ab eius sententia recessi: rum etiam ubi eam amplexus sum satis habui afferre, c aut certa essent aut probabiliter ex iis, quae certa s consequerentur. Ubi ne probabiliter quidem disputare lice paucis virorum doctissimorum sententias attuli. —

Haec fere sunt, quae praemittenda esse mihi ante v bantur, quam hunc librum peritorum lectorum benevolen atque indulgentiae, quam eos mihi non denegaturos esse c fido, qui aut similia opera moliti sunt aut sciunt, quan in iis desudandum ac laborandum sit, commendatum ei terem.

Scripsi Vratislaviae Non. April. MDCCCLII.

DE

FABULARUM AESCHYLI NUMERO AC NOMINIBUS.

Vitae Aeschyleae scriptor incertus (p. 121, 71. in Westermanni Biogr. gr.) tradit: *ἐποίησε δὲ δράματα ο' καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἀμφίβολα ε'. νίκας δὲ τὰς πάσας εἴληφε ιγ', οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἀπηνέγκατο.* Consentit alter vitae scriptor a Robertellio primo publicatus (p. 123, 107. Westerm. l. c.) *σημειωτέον ὅτι δράματα ο' ἐποίησεν ὁ Αἰσχύλος.* Alia vero praebet Suidas s. v. *ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγεῖα καὶ τραγῳδίας ϟ', νίκας δ' εἶλεν κη'.* Uter sua ex limpidiore fonte hauserit haud facile quispiam dixerit. Nam ad hanc quaestionem absolvendam ne vetus quidem fabularum Aeschylearum catalogus a nescio quo grammatico compositus, quem codd. quidam et editt. Aldina ac Robertelliana praebent (cf. Westermann. l. c. p. 124.), multum valet, quum a veteribus scriptoribus etiam fabulae citentur, quae in catalogo isto non reperiuntur. De qua re infra dicemus. Sed quum ex eo magnam dramatum Aeschyleorum partem (h. e. LXXII) cognoscamus, e re nos facturos esse rati sumus, si eum h. l. integrum subiiceremus. Quem ea ratione exhibuimus, qua in codicibus extat.

Ἀγαμέμνων
Ἄθάμας
Αἰτναῖοι νόθοι
Ἀμυμώνη
Ἀταλάντη
Βάκχαι
Δαναΐδες
Δικτυουργοί
Ἐπίγονοι
Ἐλευσίνιοι
Ἡρακλεῖδαι
Θρῇσσαι
Ἰξίων
Αἰγύπτιοι
Αἰτναῖοι γνήσιοι
Ἀργεῖοι
Ἀργὼ ἢ Κωπευστής
Βασσάραι
Γλαῦκος πόντιος
Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας
Εὐμενίδες
Ἡλιάδες
Ἤδωνοί
Θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταί
Ἰφιγένεια

Ἱκέτιδες
Κρῆσσαι
Κερκυών
Κᾶρες
ἢ Εὐρώπη
Λάϊος
Λυκοῦργος
Μέμνων
Νεανίσκοι
Νεμέα
Ξάντριαι
Οἰδίπους
Πενθεύς
Περραιβίδες
Πηνελόπη
Προπομποί
Προμηθεὺς λυόμενος
Πολυδέκτης
Σίσυφος δραπέτης
Σφίγξ
Τροφοί
Τυπτόλη
Φρύγιαι
Φρύγες
ἢ Ἕκτορος λύτρα.
Καλλιστώ
Κάβειροι
Κίρκη σατυρική
Κήρυκες
Λεών
Λήμνιοι
Μυσοί
Μυρμιδόνες
Νηρεΐδες
Νιόβη
Ὅπλων κρίσις
Ὀστολόγοι
Πρωτεύς
Πέρσαι
Προμηθεὺς δεσμώτης
Προμηθεὺς πυρφόρος
Σαλαμίνιαι
Σεμέλη ἢ Ὑδροφόροι
Τοξότιδες
Τήλεφος
Φιλοκτήτης
Φορκίδες
Χοηφόροι
Ψυχοστασία
Ψυχαγωγοί.

Ex his fabulis, *Αἰτναῖαι νόθοι*, *Ἀταλάντη*, *Βάκχαι*, *Λήμνιοι*, *Νεμέα* *Φρύγιαι*; aliunde quidem non sunt cognitae, attamen non magis in dubitationem vocari debent, quam *Αἰγύπτιοι*, *Μέμνων* et *Οἰδίπους*, quae ante nos pariter atque illae a solo catalogi auctore afferebantur, nunc autem, ut infra docuimus, aliis testimoniis firmatae sunt. Contra desunt in catalogo haec dramata: *Ἁλκμήνη*, *Γλαῦκος ποτνιεύς*, *Διονύσου τροφοί*, *Θαλαμαποιοί*, *Ἱέρειαι*, *Παλαμήδης*, *Προμηθεὺς πυρκαεύς*, *Σίσυφος πετροκυλιστής*, *Φινεύς*, *Ὠρείθυια*. Inter quae *Ἁλκμήνη* sane aliquam dubitationem movet, quum sola Hesychii auctoritate nitatur, cuius verba corrupta videntur: reliqua autem aliorum scriptorum testimoniis bene munita sunt ac *Διονύσου τροφοί* fortasse ne in catalogo quidem desiderantur, siquidem verum est, quod infra probabile reddere conati fuimus, *Διονύσου τροφούς* non differre a fabula, quam catalogi auctor *Τροφῶν* nomine attulit. Quibus num ex coniectura etiam addendus sit *Κύκνος* titulus, cuius neque a catalogi auctore nec ab ullo alio vetere scriptore apertis verbis mentio facta est, dubitari potest: nam quamvis propter Aristophanis locum (Ran. 963.) Cycnum ab Aeschylo in aliqua fabula introductum esse certum sit, tamen inde eam *Cycni* nomine inscriptam fuisse non sequitur. (Vide quae infra de hoc dramate disputavimus.) E numero fabularum Aeschylearum autem confidenter eiecimus *Aiacem Locrum* et *Phoenissas*, quae vulgo inter eas circumferebantur; qua-

rum altera manifesto Zenobii errore ad Aeschylum relata est, quum Sophoclis sit (cf. Soph. fragm. 11 et quae de Sophoclis Aiace Locro disputavimus), altera nunc a Bekkero melioris codicis auctoritate e Polluce remota est. (cf. Aesch. fragm. 251.) Iam vero fabulis istis cum iis, quas catologus praebet, computatis LXXXII cognita habemus dramata. Et quum dubitari vix possit, quin plura Aeschyli dramata ita interierint, ut ne tituli quidem aetatem tulerint, multo credibilius est illud, quod Suidas tradidit, *Aeschylum nonaginta fabulas composuisse,* quemadmodum Suidam etiam in Sophoclis vita e bono fonte hausisse infra ostendimus. Si quis autem quaerat, unde exorta sit illa inter Suidam et vitae Aesch. scriptorem differentia, eam non huius errori tribuerim, sed vitae scriptorem sua veteri cuidam grammatico debere statuerim, cuius aetate iam XX Aeschyli fabulae interierant. Iam enim Alexandrinorum temporibus multas Aeschyli fabulas perditas fuisse inde potest cognosci, quod de versu quodam (fragm. 88) grammatici disceptarunt, ex qua fabula petitus esset. Quod ille Suidae numerus impar est et numero IV, quo tetralogias efficiunt, dividi nequit, non mirum videbitur ei, qui Aeschylum vix ab initio tetralogias docere potuisse consideraverit. De qua re h. l. disserere longum et a proposito nostro alienum est. —

Nunc enim quaeritur, quae fabulae vel re vera fuerint satyricae vel fuisse videantur. Quae res vereor ne ad liquidum nunquam perduci possit, quum de plurimorum dramatum argumentis non satis constet. At certis testimoniis satyrica dicuntur: *Κερκυών, Κήρυκες, Κίρκη, Λέων, Λυκοῦργος, Προμηθεὺς (πυρκαεύς), Πρωτεύς, Σφίγξ.* Quibus haud dubie adnumeranda sunt, si quidem de eorum argumentis recte iudicavimus: *Ἀμυμώνη* et *Σίσυφος δραπέτης.* Utrum praeterea huc alia, v. c. *Ἀταλάντη, Διονύσου τροφοί, Κάβειροι, Καλλιστώ, Κᾶρες, Κύκνος* referenda sint an tragoediae fuerint, ob causam, quam diximus, in medio est relinquendum. Vix autem dubito, quin etiam inter perditas Aeschyli fabulas nonnullae fuerint satyricae. —

Iamiam his expositis restat, ut uno in conspectu universo omnes, quae nobis innotuerunt, Aeschyli fabulas enumeremus titulis sic scriptis, uti scribendos esse eos infra docuimus. Sunt vero:

Ἀγαμέμνων.
Ἀθάμας.
Αἰγύπτιοι.
Αἴτνα.
Ἀλκμήνη.
Ἀμυμώνη (σατυρική).
Ἀργεῖοι.
Ἀργὼ ἢ Κωπευστής.
Ἀταλάντη.
Βάκχαι.
Βασσαρίδες.
Γλαῦκος πόντιος.
Γλαῦκος ποτνιεύς.
Δαναΐδες.
Δικτυουλκοί.
Διονύσου τροφοί.
Ἐλευσίνιοι.
Ἐπίγονοι.
Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.
Εὐμενίδες.
Ἠδωνοί.
Ἡλιάδες.
Ἡρακλεῖδαι.
Θαλαμοποιοί.
Θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταί.
Θρῇσσαι.

Ἱέρειαι.
Ἱκέτιδες.
Ἰξίων.
Ἰφιγένεια.
Κάβειροι.
Καλλιστώ.
Κᾶρες ἢ Εὐρώπη.
Κερκυών σατυρικός.
Κήρυκες σάτυροι.
Κίρκη σατυρική.
Κρῆσσαι.
[Κύκνος.]
Λάϊος.
Λέων σατυρικός.
Λήμνιοι.
Λυκοῦργος σατυρικός.
Μέμνων.
Μυρμιδόνες.
Μυσοί.
Νεανίσκοι.
Νεμέα (Νέμεα?).
Νηρεΐδες.
Νιόβη.
Ξάντριαι.
Οἰδίπους.
Ὅπλων κρίσις.
Ὀστολόγοι.
Παλαμήδης.
Πενθεύς.
Περραιβίδες.
Πέρσαι.
Πηνελόπη.
Πολυδέκτης.
Προμηθεὺς δεσμώτης.
Προμηθεὺς λυόμενος.
Προμηθεὺς πυρκαεὺς σατυρικός.
Προμηθεὺς πυρφόρος.
Προπομποί.
Πρωτεὺς σατυρικός.
Σαλαμίνιαι.
Σεμέλη ἢ Ὑδροφόροι.
Σίσυφος δραπέτης (σατυρικός).
Σίσυφος πετροκυλιστής.
Σφίγξ σατυρική.
Τήλεφος.
Τοξότιδες.
Τυρώ.
Φιλοκτήτης.
Φινεύς.
Φορκίδες.
Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα.
Φρύγιαι.
Χοηφόροι.
Ψυχαγωγοί.
Ψυχοστασία.
Ὠρείθυια.

Inter quas quum minimum decem satyricae fuerint, minimum decem tetralogias docuisse Aeschylum perspicuum est. Sed de quattuor tantum constat hisce:

Φινεύς, Πέρσαι, Γλαῦκος (ποτνιεύς), Προμηθεύς (πυρκαεύς).
cf. Didasc. Persar. (verba ad Glaucum adscripsimus.)
Λάϊος, Οἰδίπους, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφίγξ σατυρική.
cf. Didasc. ad Septem. (verba ad Laium adscripsimus.)
Ἠδωνοί, Βασσαρίδες, Νεανίσκοι, Λυκοῦργος σατυρικός.
cf. schol. ad Arist. Thesm. 135. (fragm. 54.)
Ἀγαμέμνων, Χοηφόροι, Εὐμενίδες, Πρωτεὺς σατυρικός.
cf. Didasc. Agamemn.

Quibus perquam probabiliter adiicias hanc quintam:

Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς λυόμενος.
Vide quae de ea infra disputavimus.

De aliis, quas viri docti ex coniectura composuerunt, ipsorum libros inspicere operae pretium est, quos infra ad singulas fabulas citavimus, ne quid desiderent, qui harum rerum studiosi sunt.

AESCHYLI PERDITARUM FABULARUM FRAGMENTA.

ΑΘΑΜΑΣ.

Si fragm. I. recte ad Athamantis filium, Melicertam, lebeti aeneo iniectum refertur, Aeschylum eodem argumento usum esse probabile est, quod Sophocles in *Athamante altera* tractavit quodque Apollod. III, 4, 3 paucis adumbravit. Cuius verba haec sunt: *κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν καθήκοντα Διόνυσον γεννᾷ Ζεὺς λύσας τὰ ῥάμματα καὶ δίδωσιν Ἑρμῇ, ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ καὶ Ἀθάμαντα καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην. ἀγανακτήσασα δὲ Ἥρη μανίαν αὐτοῖς ἐνέβαλε. καὶ Ἀθάμας μὲν τὸν πρεσβύτερον παῖδα Λέαρχον ὡς ἔλαφον θηρεύσας ἀπέκτεινεν, Ἰνὼ δὲ τὸν Μελικέρτην εἰς πεπυρωμένον λέβητα ῥίψασα, εἶτα βαστάσασα μετὰ νεκροῦ τοῦ παιδὸς ἥλατο κατὰ βυθῶν. καὶ Λευκοθέα μὲν αὐτὴ καλεῖται, Παλαίμων δὲ ὁ παῖς, οὕτως ὀνομασθέντες ὑπὸ τῶν πλεόντων. τοῖς χειμαζομένοις γὰρ βοηθοῦσιν. ἐτέθη δὲ ἐπὶ Μελικέρτῃ ἀγὼν τῶν Ἰσθμίων Σισύφου θέντος.* cf. Sophocl. l. c. Pherecyd. ap. schol. Hom. Il. σ', 486. — Welcker (Tril. p. 336 sq. Append. p. 124.) fabulam in tetralogia quadam medium locum inter *Δικτυουλκούς* et *Θεωροὺς* tenuisse arbitratur.

I. (1.)

Athen. II. p. 37. F. et hinc Eustath. p. 740, 10. *ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων, οὓς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους. ἐμπυριβήτης ὁ καὶ λοετροχόος. Αἰσχύλος*

Τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ' οἰκεῖος λέβης,
ἀεὶ φυλάσσων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν.

Ὁ δ' ἕτερος κρατὴρ καλούμενος. Ad Athamantem fabulam versus pertinere cognoscitur ex eodem Athen. VII. p. 316. B. quem exscripsit Eustath. p. 1541, 29. *καὶ τρίπουν δὲ λέβητα Αἰσχύλος εἴρηκεν ἐν Ἀθάμαντι ἀπὸ ἁπλοῦ τοῦ ποῦς, ὡς νοῦς.* cf. Welck. Append. ad Aesch. Trilog. p. 127. — Pro *οἰκεῖος* Emperius (Opusc. p. 345.) maluit *εὔθετος* coll. Agam. 432.

II. (2.)

Hesych. *Ἀήτους, μεγάλας. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι.* (cod. *Ἀθάμαντας*, unde Schowio *Ἀθάμαντι σ.* h. e. *σατυρικῷ* eliciendum videtur.). Vocem firmat Hom. Il. φ', 395., explicavit Buttmann. Lexil. I. p. 233.

III. (3.)

Hesych. *Ἀπαρτί, ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι.* (cod. *ἀπαρτιᾶ, ἀπαρτισμένος,* quod primus H. Stephanus correxit. cf. schol. Aristoph. Plut. 388. Erotian. Suid. s. v.) Eadem omisso Aeschyli loco extant in Bekk. An. Gr. p. 418.

IV. (4.)*

Hesych. *Βρυαζούσης λεαίνης. * ἐν Ἀθάμαντι. ἀκμαζούσης ἢ ἐγκύμονος.* Locus utrum ad Athamantem Aeschyli an Sophoclis (an Antiphanis an Amphidis) referendus sit, dubitari potest.

ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ.

Sunt, qui, quoniam huius dramatis nisi in vetere Aesch. fabularum catalogo mentio non facta est, id ab eo abiudicent: sed temere eos facere inde cognosci potest, primum quod eius memoriam servarunt Gram. in Cram. An. Gr. Ox. II. p. 443, 10. et Etym. Gud. p. 227, 38. v. *Ζαγρεύς* (cf. Fragm. 219.) — — *ἐν δὲ Αἰγυπτίοις* (Etym. *Αἰγύπτι*) *τὸν Πλούτωνα καλεῖ τὸν ἀγραῖον, τὸν πολυξενώτατον, τὸν Δία τῶν κεκμηκότων,* quamquam videndum est, ne hi scriptores, id quod Welckero (Tril. p. 556.) persuasum est, Aegyptios cum Supplicibus (vs. 148.) confuderint; deinde quod fabulam eodem nomine inscriptam ante Aeschylum iam Phrynichus ediderat (cf. Poet. trag. fragm. Vol. III. p. 6.), ad cuius argumentum divinandum valent scholiastae ad Eur. Or. 859 verba a Cobetio nuper e codd. Ven. Vat. publicata: *Φρύνιχος δὲ ὁ τραγικός φησι σὺν Αἰγυπτίοις τὸν Αἴγυπτον ἥκειν εἰς Ἄργος.* Hinc ad eandem fabulam referenda esse suspicaris quae apud solum schol. Venet. ad Or. l. c. leguntur: *ὅπου φασὶ πρῶτον τὸν Δαναὸν μετὰ θάνατον τῶν υἱῶν Αἰγύπτου δοῦναι δίκας. αὐτὸς γὰρ ὁ Αἴγυπτος ἦκεν εἰς Ἄργος τιμωρήσων τῷ φόνῳ. Δαναὸς δὲ μαθὼν ἐξῆγεν εἰς ὅπλα τοὺς Ἀργείους. ἀλλὰ Λυγκεὺς πείθει λόγοις ὁρίσασθαι τὴν ἔχθραν καὶ καθιστῶσι δικαστὰς αὐτοῖς Αἰγυπτίων καὶ Ἀργείων τοὺς ἀρίστους. ὁ δὲ τόπος ἔνθα ἡ δίκη συνήχθη περὶ τὴν μεγίστην ἄκραν, ἔνθα καὶ Ἴναχος ἁλίσας τὸν λαὸν συνεβούλευσεν οἰκίζειν τὸ πεδίον. ὁ δὲ τόπος ἐξ ἐκείνου ἁλία λέγεται.* Iam vero si Aeschylum plane eodem argumento atque Phrynichum usum esse et *Aegyptios* in eadem tetralogia cum *Supplicibus* et *Danaidibus* fuisse constaret, illam fabulam tertium tetralogiae locum obtinuisse inde sequeretur, id quod Welcker (Trilog. p. 390. sq. Mus. Rhenan. Nov. IV. p. 482. sq.) aliique plane negarunt argumentum ab illo longe diversum in Aegyptiis infuisse statuentes.

A I T N A.

Quinam verus huius fabulae titulus fuerit, dubitari potest, quum, qui ad eam respexerunt scriptores, inter se dissentiant. Nam qui fabularum Aesch. catalogum composuit, citat: *Αἰτναῖοι γνήσιοι, Αἰτναῖοι νόθοι.* Apud Steph. Byz. v. *Παλική* (cf. fragmentum I. s. fin.) Holstenio et Meinekio testibus in codicibus est *ἐν Αἴτναις* (praeter cod. Rhedig., qui Passovio teste *ἐν Αἴτνᾳ* habet), sicuti in scholiis ad Hom. Il. *κ'*, 183 (fragm. II.), de qua nominis forma infra disputavimus. *Aetnam* vero drama inscriptum fuisse ait Macrobius (cf. fragm. I.), atque eodem ducere videtur scriptura *ἐν Αἴτνῃ* (cod. *ετνη*) apud Io. Laurentium Lydum (fragm. VI.). Apud Hesychium denique (cf. fgm. III. IV. V.), si quidem fragm. V. recte emendatum est, ter nomen *Αἰτναῖαι* extat. Cui patrocinari etiam videtur vitae Aesch. scriptor (Biogr. Gr. ed. Westerm. p. 129, 51.) his verbis: *ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος ἐπεδείξατο τὰς Αἰτναίας οἰωνιζόμενος ἐντεῦθεν βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικίζουσι τὴν πόλιν*, quamquam *τὰς Αἰτναίας* nisi in codd. Paris. A. B. non legitur, in cod. Guelph. et edit. Robert. vero *πάνυ λαμπρῶς* in reliquis libris *τὰς Αἴτνας* extat. Nam in libris per compendia scriptis haud raro syllabas excidisse nemo nescit, ac similiter in Sophoclei dramatis *Μυκηναίων* titulo codices inter scripturas *ἐν Μυκηναίαις* et *ἐν Μυκήναις* fluctuantes videmus. cf. Soph. fgm. 143. 144. Itaque etiam apud Steph. Byz. et in schol. Hom. (ll. cc.) *Αἴτναις* pro *Αἰτναίαις* scriptum esse videtur, quae tituli forma omnium fere virorum doctorum consensu probata est. Solus quod sciam Schneidewinus (in Welckeri et Ritschelii Mus. Rhen. III. p. 70.) genuinum nomen *Aetnam* fuisse satis e Macrobii verbis apparere verissime monuit, ad quam sententiam nuper etiam Welcker (Trag. Gr. p. 57.) accessit titulo *Νεμέα* (dubito num recte id fecerit. Vid. ad Nemea.) cum isto comparato. Nec mirum vero, quod grammatici ad chorum respicientes fabulam *Aetnaeas* appellarunt, siquidem eos in fabulis citandis haud raro negligentes fuisse meminimus, de qua re in adnot. ad Sophoclis Niptra verba fecimus. Utrum autem titulus *Αἰτναῖοι* (calami) errori originem debeat an fabula, in qua sententia Schneidewinus est, duplicem chorum, alterum ex adolescentibus, alterum ex virginibus constantem habuerit, in medio relinquimus. De argumento dramatis nihil compertum habemus neque e paucis quae supersunt fragmentis quidquam lucramur: haud improbabilis autem Schneidewini (l. c. p. 73.) est sententia: illius summam in explicanda origine inque instituendo cultu Palicorum positam fuisse. cf. fgm. I. Nihil ea de re protulit God. Hermannus, qui peculiari libello (Lips. 1837. repetit. in Opusc. VII. p. 315.) de hoc dramate egit: probabiliter vero inde, quod Hiero. Olymp. LXXVI, 1. Aetnam condere instituerit, coniici posse monuit, quo anno edita sit fabula.

I. (5.)

Macrob. Sat. V, 19. *„In libro nono Virgilius posuit hos versus* (581. sq.):

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Ibera,
insignis facie, genitor quam miserat Arcens
eductum matris luco Symaethia circum
flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici.

Quis hic Palicus deus, vel potius qui dii Palici, nam duo sunt, apud nullum penitus auctorem latinum, quod sciam, repperi, sed de Graecorum penitissimis literis hanc historiam eruit Maro. Nam primum ut Simaethus fluvius, cuius in his versibus meminit, in Sicilia est, ita et dii Palici in Sicilia coluntur, quos primum omnium Aeschylus tragicus, vir utique Siculus, in literas dedit. Interpretationem quoque nominis eorum, quam Graeci ἐτυμολογίαν vocant, expressit versibus suis. Sed priusquam versus Aeschyli ponam, paucis explananda est historia Palicorum. In Sicilia Symaethus fluvius est. Iuxta hunc nympha Thalia, compressu Iovis gravida, metu Iunonis optavit, ut sibi terra dehisceret, quod et factum est. Sed ubi venit tempus maturitatis infantum, quos alvo illa gestuverat, reclusa terra est et duo infantes de alvo Thaliae progressi emerserunt, appellatique sunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰκέσθαι, quoniam prius in terram mersi, demo inde reversi sunt. Nec longe inde lacus breves sunt, sed immensum profundi, aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolae crateras vocant et nomine Dellos appellant, fratresque eos Palicorum aestimant, et habentur in cultu maximo. Praecipueque circa exigendum iuxta eos iusiurandum praesens et efficax numen ostenditur. Nam quum furti negati vel eiuscemodi rei fides quaeritur et iusiurandum a suspecto petitur, uterque ab omni contagione mundi ad crateras accedunt, accepto prius fideiussore a persona quae iuratura est de solvendo eo quod peteretur, si addixisset eventus. Illic invocato loci numine testatum faciebat esse iurator, de quo iuraret. Quod si feliciter faceret, discedebat illaesus; si vero subesset iuriiurando mala conscientia, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Haec res ita religionem fratrum commendabat, ut crateres quidem implacabiles vocarentur. Nec sine divinatione est Palicorum templum. Nam quum Siciliam sterilis annus arefecisset, divino Palicorum responso admoniti Siculi heroi cuidam certum sacrificium celebraverunt et revertit ubertas. Qua gratia Siculi omne genus frugum congesserunt in aram Palicorum. Ex qua ubertate ara ipsa pinguis vocata est. Haec est omnis historia, quae de Palicis eorumque fratribus in Graecis tantummodo literis invenitur, quas Maro non minus quam Latinas hausit. Sed haec quae diximus auctoritatibus approbanda sunt. Aeschyli tragoedia est, quae inscribitur Aetna. In hac quum de Palicis loqueretur, sic ait:

A. Τί δῆτ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;
B. Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίσταται καλεῖν.
A. Ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μενεῖ φάτις;
B. Πάλιν γὰρ ἵκουσ᾽ ἐκ σκότου τόδ᾽ ἐς φάος.

Haec Aeschylus." — Aeschyli versus in editione Camerarii, quae omnium prima in hoc Saturnalium capite Graeca habet, sic exhibentur, ut vs. 1. sit: *τί δῆθεν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί.*, vs. 3. *μένει φάτις*, vs. 4. *ἐκ σκότους τό γ' ἐς φάος.* omnesque uni personae tribuantur. Hinc Hermannus l. c. coniectura effecit: *τὶ δῆθ' ἓν αὐτοῖς ὄνομα τιθέαται βροτοί.*, vs. 4. *ἐκ σκότου τόδ' ἐς φάος.* et stichomythiam versibus inesse bene perspexit. Sed primi vs. emendationem quum alii impugnarunt tum ferri non posse Schneidewinus l. c. nuper docuit, qui locum ex vet. cod. Paris. 6371. saec. XI. sic restituit, ut supra exhibitus est (nisi quod ibi *ἤκουσ'* legitur), ac bene explicuit. — Ad eundem Aeschyli locum haud dubie respexit Steph. Byz. v. *Παλική. πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δ' ἐν ἐνδεκάτῳ Περιηγήσεως Σικελίας Παλικὴν κρηνήν φησιν εἶναι. πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις* (cod. Rhedig. *Αἴτνᾳ*) *γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου, ... κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικοὺς διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἱκέσθαι.* cf. Hesych. v. *Παλικοί. Ἀδρανῷ δύο γεννῶνται υἱοὶ Παλικοί· οἱ νῦν τῆς Συρακουσίας εἰσὶ κρατῆρες οἱ καλούμενοι Παλικοὶ, οἱ καὶ κατοικήσαντες αὐτῇ.* cf. Diod. Sic. XI, 89. XXXVI, 33.

II. (6.)

Schol. Hom. Il. *π'*, 186. *Τὸν κάλαμον γὰρ τῶν βελῶν τινες ἠλακάτην φασὶ καὶ Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις τοὺς ποταμοὺς πολυηλακάτους φησί.*

III. (7.)

Hesych. et Phavor. *αἱμοί, δρυμοί.* (cod. Hes. *αἱμοίδρυμοι.*) *Αἰσχύλος Αἰτναίαις* (cod. *αἰτιναίαις.*). Consentit Gramm. in Bekk. An. p. 360, 30. et in Bachm. An. I. p. 49, 24. *αἱμοὺς τοὺς δρυμοὺς Αἰσχύλος, ἴσως ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ αἱμασιὰ κέκληται.* Unde corrigi possunt Suid. et Zon. p. 69. *αἱμοὺς τὰς* (*τοὺς* Zon.) *δρόσους* (sic) *φησὶν* (*λέγει* Zon.) *ὁ Αἰσχύλος.* Eustath. p. 1851, 26. *ἀλλαχοῦ δὲ φέρεται καὶ ὅτι αἱμασιὰν Ἀττικοὶ καὶ Ἴωνες τὸ τειχίον φασί. τὸ δὲ ἔδαφος αὐτὸ Δωριέας οἶμαι καλεῖν. καὶ ὅτι αἱμοὶ τοὺς δρόμους* (sic) *Αἰσχύλος λέγει, ἴσως, φασὶν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ αἱμασιὰ κέκληται.*

IV. (8.)

Hesych. *Ἀναξίαν, βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτναίαις* (cod. *λιανοίαις*). Eadem habet Phavorinus omisso fabulae nomine. *Ἀναξία* forma Sicula pro *ἄνασσα* fuisse, itaque corrigendum *βασίλειαν* videtur.

V. (9.)

Hesych. et Phavorin. v. *Κρείττονας. τοὺς ἥρωας οὕτω λέγουσιν. δοκοῦσι δὲ κακότυχοί τινες εἶναι. διὰ τοῦτο καὶ παριόντες τὰ ἡρῶϊα σιγὴν ἔχουσι μή τι βλαβῶσι. καὶ οἱ θεοὶ δέ. Αἰσχύλος Αἰτναίαις* (cod. *Αἰτναίας*, quod vitium Schowius probabiliter inde exortum esse suspicatur,

quod in codice, ex quo descriptus est Marcianus, fuerit Αἴτναις.) cf. Phot. p. 177, 8. *Κρείττονες, οἱ ἥρωες. δοκοῦσι δὲ κακωτικοὶ εἶναι. δι' ὃ καὶ οἱ τὰ ἡρῶα παριόντες σιωπῶσιν.* ex quo illud *κακόττυχοι* apud Hesych. in *κακωτικοὶ* corrigendum videri Hermannus monuit.

VI. (10.)

Io. Laurent. Lyd. fragm. p. 274. ed. Hasii, p. 116, 6. ed. Bekk. *καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν* (sc. *τὸν Κρόνον*) *ἡ ἱστορία παραδίδωσιν, ὡς ἔμπροσθεν ἀφηγησάμην, κατά τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους καὶ [πόλιν] κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησὶ, τὴ[ν τότε μὲν] λεγομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡς [Ἴ]σίγον[ος περὶ Ἑλλην]ικῶν θεῶν καὶ Πολέμων καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ* (cod. *ετνη*) *π[αραδιδόασιν]*. Uncis inclusa supplementa sunt Hasii. Illorum similia tradit Diod. III, 61. *δυναστεῦσαι δέ φασι τὸν Κρόνον κατὰ Σικελίαν καὶ Λιβύην, ἔτι δὲ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὸ σύνολον ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν τόποις συστήσασθαι τὴν βασιλείαν, παρὰ πᾶσι δὲ φρουραῖς διακατέχειν τὰς ἀκροπόλεις καὶ τοὺς ὀχυροὺς τῶν τόπων. ἀφ' οὗ δὴ μέχρι τοῦ νῦν χρόνου κατά τε τὴν Σικελίαν καὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν νεύοντα μέρη πολλοὺς τῶν ὑψηλῶν τόπων ἀπ' ἐκείνου Κρόνια προσαγορεύεσθαι.*

A A K M H N H.

Dubitationem hic titulus movet, non tam propterea, quod semel tantum citatur, quam quod in vetere fabularum Aesch. catalogo omissus est ac vix intelligi potest, quale fabulae sic inscriptae argumentum esse potuerit. Qua re viri docti varia ratione Hesychii loco, quo Alcmene citatur, mederi studuerunt, Welckerus (Trilog. p. 564.) autem personam tragoediae pro ipsa fabula citatam esse [1]) ratus Alcmenen ab *Heraclidis* non diversam fuisse coniecit.

I. (11.)

Hesych. *Ἀποστάς, φυγών. Αἰσχύλος Ἰσθμιασταῖς* (cod. *ἰσθάσταις*) *καὶ Ἀλκμήνῃ.* Stanleius pro *Ἀλκμήνῃ* corrigi *Ἀλκμάν* iussit, Albertius *Euripidis* (quidni *Ionis?*) nomen ante *Ἀλκμήνῃ* excidisse Butlerus *ἐν Ἀμυμώνῃ* scribendum esse statuit.

A M Y M Ω N H [*Σ A T Y P I K H*].

Vix dubitari potest, quin huius fabulae argumentum servaverit Hyginus (fab. CLXIX.) his verbis: *„Amymone Danai filia missa est*

---

[1]) De eo more vide quae infra monuimus, ubi de Sophoclis fabularum numero ac nominibus disputavimus.

patre aquam petitum ad sacrum faciendum; quae dum quaerit, ssitudine obdormiit: quam satyrus violare voluit. Illa Neptuni fidem nploravit. quod cum Neptunus fuscinam in satyrum misisset, illa se i petram fixit. Satyrum Neptunus fugavit. Qui quum quaereret i solitudine a puella, illa se aquatum missam esse dixit a patre: uam Neptunus compressit. Pro quo beneficium ei tribuit, iussitque us fuscinam de petra educere. Quae cum eduxisset, tres silani sunt scuti, qui ex Amymones nomine Amymonius fons appellatus est. Ex ua compressione natus est Nauplius. Hic autem fons Arnaeus po- ea est appellatus." cf. Apollod. II, 1, 4. Lucian. dial. marin. 6. abulam tale argumentum complexam satyricam fuisse facile intelgitur. — Picturas huc spectantes descripserunt Hirtius (in Boettieri Amalthea Vol. II.), O. Iahnius (Pict. Vas. p. 34.), Gerhardus Pict. vas. delect. I. p. 48. sq.), R. Rochettius (Choix de peint. 17. sq.).

I. (12.)

Ammon. de diff. verb. p. 37. v. γῆμαι. *Αἰσχύλος ἐν Ἀμυμώνῃ*

Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δ' ἐμοί.

egebatur γαμεῖν δὲ μή, quod emendatum est ex Bachm. An. Gr. II. 375, 9. ubi versus sine fabulae nomine citatus est. Ita etiam oniecerat Valckenarius. Apud Herodian. MS. περὶ ἀκνφολογίας Dinorfio teste legitur ἐμοὶ δὲ γαμεῖν.

II. (13.)

Athen. XV. p. 690. C. καὶ μήποτε οὐκ ἔστι μύρον ἡ βάκκαρις. Αἰσχύλος γὰρ ἐν Ἀμυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησὶ

κἄγαγε τὰς σὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα.

Ion. fgm. 26. (Vol. III. p. 31.)

III. (14.)

Hesych. Θρώσκων κνώδαλα, ἐκθορίζων καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ. cf. Eumenid. 630.

ΑΡΓΕΙΟΙ.

Quid hac fabula Aeschylus expresserit obscurum est, quamquam am ad res Thebanas pertinuisse cum ex titulo tum ex fgm. II. conci potest. Cavendum vero, ne eiusmodi indiciis in errorem inducamur, nemadmodum Hermannum errasse videmus, ubi (de trilog. Theb. 17. Opusc. VII. p. 206.) hanc fabulam praecessisse dixit Se-

ptem ad Thebas, eaque opinione obstrictus in fgm. II, quae grammatici sunt verba ἐν Ἀργείοις Aeschylo tribuit. Nam ex didascalia ad Aeschyli Septem a Franzio nuper edita rem longe aliter se habuisse cognoscitur. Neque plus tribuendum est Welckeri (Trilog. p. 372. sq. Zimmermanni Diar. schol. 1832. p. 229. sq.) rationi inter se connexas fuisse dicentis Epigonos, Argivos, Phoenissas, quum e melioribus Pollucis libris Phoenissas omnino ab Aeschylo non scriptas esse constet. Quam ob rem nescire nos, quid poeta spectaverit, fateri, quam vanis hariolationibus indulgere maluimus. Boeckhii (Trag. Princ. p. 30.) fabulam inter satyricas referentis opinionem bene dudum redarguerunt Welcker (Tril. p. 377.) et Hermannus (l. c. p. 18. Opusc. VII. p. 208.)

I. (15.)

Harpocr. v. χλίδος. (leg. χλῆδος.) quem exscripserunt Hesych. Suid. s. v. χλίδος. — πᾶν πλῆθος χλίδος λέγεται καὶ ἔστιν οἷον σωρός τις, μάλιστα δὲ τὸ τῶν ἀποκαθαρμάτων τε καὶ ἀποψημάτων. καὶ ἡ τῶν ποταμῶν πρόσχωσις καὶ πολὺ μᾶλλον τῶν χειμάρρων, ὃ καὶ χέραδος καλεῖται. — Αἰσχύλος Ἀργείοις (cod. Vratisl. Ἀργίαις)

Καὶ παλτὰ κἀγκυλητὰ καὶ χλῆδον βαλών.

cf. Etym. M. p. 812, 54. χλῆδος· ὁ κλῆρος τῶν ἀποκαθαρμάτων, ὁ ἔχων ἰλύν τινα καὶ βοτανώδη καὶ φρυγανώδη, ἢ σωρὸς λίθων. Valesius maluit καὶ πάλτ' ἀναγκύλητα κτλ.

II. (16.)

Etym. M. p. 341, 6. Ἐνηλύσια, εὐκίνητα. καὶ ἤλυσιν τὴν ἔλευσιν. Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις „Καπανεύς μου καταλείπεται λοιποῖς ἀκέραννος ἀρούρων ἐπηλυσίων ἀπέλιπεν.“ οἱ δὲ τὰ κατασκηφθέντα. Οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν. Εἰς δὲ τοὺς ἐτυμολόγους εὗρον, εἰς ἃ κέραννος εἰσβέβηκεν, ἃ καὶ ἀνατίθεται Διὶ καταιβάτῃ καὶ λέγεται ἄδυτα καὶ ἄβατα. Cf. Hesych. Ἐνηλύσιος· ἐμβρόντητος, κεραυνόβλητος. Deinceps: Ἐνηλύσια· τὰ κατασκηφθέντα χωρία ἐνηλύσια λέγεται. ἔνιοι δὲ εὐκίνητα παρὰ τὴν ἔλευσιν. In Aeschyli verbis ex ipso Etymologo restituendum esse ἐνηλυσίων vidit Stanleius, cetera intacta reliquit. Welcker (Diar. schol. 1832. p. 230. not.) collat. Eur. Suppl. 934. sqq. haec Aeschyli verba fuisse suspicatur:

Καπανέως μὲν καταλείπεται,
λοιβαῖς ἃ κεραυνὸς ἀρούρων
ἐνηλυσίων ἀπέλιπε.

quae quibus numeris quaque sententia esse ille voluerit, Hermannus (l. c. p. 20. Opusc. VII. p. 209.) expedire se non posse dicit. Ipse igitur proposuit: Αἰσχύλος·

ἐν Ἀργείοις
Καπανεὺς μὲν ἂν ἀλλ' ἐπέτας λοιποῖς
ἀκέραννον ἄρουραν ἐνηλυσίων
ἀπέλειπεν.

quibus vereor ne tantummodo vs. 3. 4. probabiliter restituti sint, liqua vero sine melioris codicis auxilio restitui omnino non possint.

III. (17.)

Hesych. Ἀπόσκημμα, ἀπέρεισμα (cod. ἀπέρισμα). Αἰσχύλος Ἀργείοις (cod. Ἀργίας).

IV. (18.)

Hesych. Ἐμμέλεια, εἶδος ὀρχήσεως. καὶ Πλάτων ἐπαινεῖ τὴν ὄρησιν καί φησιν (excidisse Platonis verba de Legg. VII. p. 816. B. onuit Dindorfius). ἢ ἀπὸ τοῦ μέλους ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ τοῦ πρὸς τὰ λη γενέσθαι. τραγικὴ δὲ ἡ ὄρχησις. Ἀργείοις (cod. ἀργυρίοις) δὲ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ σατυρικὴ (cod. σατοιρικὴ), ἥ ἐστι σίκιννις (cod. σικήνης). lirum est, quod Hesychius Aeschylum, quem in constituendis saltionum generibus diligentissimum fuisse constat (cf. Athen. I. 21.) nomine ἐμμελείας pro Sicinni de saltatione satyrica usum se refert, quum omnes reliqui scriptores illud nomen nisi de traca non dictum esse testentur. cf. Athen. I. p. 20. E. XIV. p. 618. 29. D. 630. B. 631. E. Poll. IV, 99. Schol. Aristoph. Nub. 540. ecte igitur Hermannus (l. c. p. 18. Op. VII. p. 207.) statuisse detur, Hesychii verba vitium contraxisse et sic restituenda esse: αγικὴ δὲ ὄρχησις· Αἰσχύλος Ἀργείοις. ἦν δὲ καὶ σατυρικὴ, ἥ ἐστι σίκιν-ς. Nam sic scripsit Hesych. ipse v. σίκιννις, ὄρχησίς τις — — ἦν καὶ ἐμμέλεια τραγικὴ καὶ κωμικὴ κόρδαξ.

Praeterea ad hanc fabulam referendum esse censet Wellauer agm. 19, Butler Pausaniae (VIII, 6, 6.) locum, quem ad fragm. 35 attulimus.

ΑΡΓΩ = ΚΩΠΕΥΣΤΗΣ.

Solus auctor catalogi fab. Aesch. titulum Ἀργὼ ἢ κωπευστὴς [2]) ervavit, in quo Welckerus (Tril. p. 312. Append. p. 101.) κωπευ-αὶ corrigendum esse fortassis recte coniecit, quamvis equidem, quum e argumento plane incerti simus, nihil mutare ausim. Nam ex iscriptione *Argonis* et e scholiastae Apollonii Rhodii verbis (infra sub-ctis) nihil aliud potest cognosci, quam argumentum ex Argonauta-

---

[2]) De duplici tragoediarum titulo vide quae infra in adnot. ad Sophoclis iptra disputavimus.

rum historia petitum fuisse. Verumtamen hoc quibusdam ita suffecit, ut ex Aeschyli dramate Attii fabulam *Argonautas* expressam eiusque versus a Cicerone (l. infra c.) servatos huc referendos esse statuerent. In qua re utrum recte iudicaverint an secus, nisi alia accesserint indicia, vix quisquam explorabit. Nam quum ad Iasonis et Argonautarum historiam etiam alia Aeschyli dramata pertinuerint (vid. ad Cabiros), illi versus facile etiam in alio locum habere potuerunt.

I. (19.)

Schol. Apoll. Rhod. I, 105. *Τίφυς δ' Ἁγνιάδης*) — *ὁ δὲ Φερεκύδης Ποντέα* (*Ποννίεα* Muell. Orchom. p. 264.) *ἱστορεῖ τὸν Τίφυν εἶναι. Αἰσχύλος δὲ τὸν Τίφυν ἐν τῇ Ἀργοῖ Ἴφιν καλεῖ.* Wellauer corrigi iussit *Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις.* male. Tiphyn inter Argonautas etiam affert ac navis clavem tenuisse narrat Apollod. I, 9, 16. 23.

II. III. IV. *

Cic. de Nat. Deor. II, 35, 89. „*Atqui ille apud Attium pastor, qui navem nunquam ante vidisset, ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit, primo admirans et perterritus hoc modo loquitur:*

— tanta moles labitur
fremebunda ex alto ingenti sonitu et spiritu,
prae se undas volvit, cortices si suscitat,
ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.
Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
dum quod sublime ventis expulsum rapi
saxum aut procellis, vel globoso turbines
exsistere ictos undis concursantibus:
nisi quas terrestres pontus strages conciet,
aut forte Triton fuscina evertens specus
subter radices penitus undante in freto
molem ex profundo saxeam ad coelum eruit.

Dubitat primo, quae sit ea natura, quam cernit ignotam, idemque iuvenibus visis auditoque nautico cantu

Sic inciti atque alacres rostris perfremunt
delphini. —

item alia multa:

Silvani melo
consimilem ad aures cantum et auditum refert.“

Ex Argonautis hos vs. petitos esse docet Priscian. de vers. com. p. 1325. P. — Fragm. IV. Bergkio (in Diar. Antiqu. 1841. p. 91.)

de ipsius navis voce accipiendum ac totus Attii locus ex Aeschyli Cabiris expressus videtur.

Ad hanc fabulam fortasse referendum est fragm. 336.

ΑΤΑΛΑΝΤΗ.

Quid Aeschylus hac fabula repraesentaverit plane ignoramus, quum praeter titulum in catalogo fab. Aesch. servatum nihil ex ea ac de ea traditum nobis sit. Atqui ipse ille titulus (quem in dubitationem non vocandum esse Aristiae Atalante docet; cf. Fragm. poet. trag. Vol. III. p. 11.) non iis fidem habendam esse documento est, qui argumentum ex *Meleagri* historia petitum fuisse statuunt, sed fabulae summam haud dubie ex ipsius Atalantae vita haustam fuisse. Ac nescio equidem, an fabula ea continuerit, quae narrat Apollod. III, 9, 2., ac fortasse satyrica fuerit.

ΒΑΚΧΑΙ.

Huius fabulae nisi in vetere catalogo mentio non est facta, itaque quid ea continuerit nescimus. Valckenarius (Diatr. p. 16.) Welckero assentiente eam non a *Pentheo*, Elmsleius (ad hypoth. Eur. Bacch. p. 5.) non a *Bassaridibus* diversam fuisse statuit, uterque sola coniectura ductus; equidem non differre *Bacchas* et *Xantrias* mihi persuadeo et, cur ita statuerem, infra (ad Xantrias) exposui. Quamquam in eiusmodi rebus facile errari posse non sum inscius.

ΒΑΣΣΑΡΙΔΕΣ.

Huic fabulae secundum in tetralogia Lycurgia locum fuisse testis est schol. Aristoph. Thesm. 135. (Vide infra fragm. 54.) Argumentum paucis adumbravit Eratosth. Catast. 24. *Μετέλαβε δὲ αὐτὴν* (sc. *τὴν λύραν*) *Ἀπόλλων καὶ συναρμοσάμενος ᾠδὴν Ὀρφεῖ ἔδωκεν, ὃς Καλλιόπης υἱὸς ὢν, μιᾶς τῶν Μουσῶν, ἐποίησε τὰς χορδὰς ἴσας τοῦ τῶν Μουσῶν ἀριθμοῦ, καὶ προήγαγεν ἐπὶ πλέον, ἐν τοῖς ἀνθρώπ[illegible]*

ξαζόμενος οὕτως ὥστε καὶ ὑπόληψιν ἔχειν περὶ αὐτοῦ τοιαύτην, ὅτι καὶ τὰς πέτρας καὶ τὰ θηρία ἐκήλει διὰ τῆς ᾠδῆς. ὃς τὸν μὲν Διόνυσον οὐκ ἐτίμα, τὸν δὲ Ἥλιον μέγιστον τῶν θεῶν ἐνόμιζεν εἶναι, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα προσηγόρευσεν. ἐπεγειρόμενός τε τῆς νυκτὸς κατὰ τὴν ἑωθινὴν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Πάγγαιον προσέμενε τὰς ἀνατολὰς, ἵνα ἴδῃ τὸν Ἥλιον πρῶτον. ὅθεν ὁ Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἔπεμψε τὰς Βασσαρίδας, ὡς φησιν Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς, αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν καὶ τὰ μέλη διέρριψαν χωρὶς ἕκαστον. αἱ δὲ Μοῦσαι συναγαγοῦσαι ἔθαψαν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Λειβήθροις. τὴν δὲ λύραν οὐκ ἔχουσαι ὅτῳ δώσειεν τὸν Δία ἠξίωσαν καταστερίξειν, ὅπως ἐκείνου τε καὶ αὐτῶν μνημόσυνον τεθῇ ἐν τοῖς ἄστροις. τοῦ δὲ ἐπινεύσαντος οὕτως ἐτέθη, ἐπισημασίαν δ' ἔχει ἐπὶ τῷ ἐκείνου συμπτώματι δυομένη καθ' ὥραν. **Hinc sua petiit Hygin. Poet. Astron. II, 7. p. 438. sq. Sed illud Eratosthenis testimonium quum solum sit, ex quo de fabulae argumento aliquid petamus, nec de ea ipsa nec de ratione, qua fabula cum reliquis eiusdem tetralogiae fabulis coniuncta fuerit, certum iudicium facere possumus. De qua re quid iudicaverint viri docti, paucis significavimus ad *Edonorum* argumentum.**

I. (28.)

Schol. Nicandr. Ther. 288. ψόλον) σημαίνει δὲ ἡ λέξις τρία. ἔστι γὰρ ψόλον (ψολόεν **Herm.**) τὸ μέλαν, τὸ σποδοειδὲς, τὸ λαμπρόν. Εὐφορίων „ἢ Αἴτνην ψολόεσσαν, ἐναύλιον Ἀστεροπαίου“ καὶ ἔτι „Λιγνὺν δὲ ψολόεσσαν, ἀϊδνήεντά τε καπνόν.“ καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσαρίσι (**vulg.** Βακχαρίσι)

Κάρφει παλαιῷ κἀπιβωμίῳ ψόλῳ.

Κάρφει **recte editt.** σκάρφει **Cod. et Schneider.**

II. (21.)

Hesych. Εἰλλόμενον· εἰργόμενον. Αἰσχύλος Βασσαρίσι (**cod.** Βάσσαρες.) **cf. Simplic. ad Aristot. de coelo. fol. 125, 6. (p. 505, 6, 19. ed. Brandis.)** Τὸ δὲ ἰλλομένην, εἴτε διὰ τοῦ ι γράφεται, τὸ δεδεμένην δηλοῖ· καὶ οὕτως Ἀπολλώνιος ὁ ποιητὴς (**Argon. I, 129.**) καὶ Ὅμηρος (**Il. XIII, 572.**). εἴτε διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται καὶ οὕτως εἰργομένην δηλοῖ, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσάραις (**sic**).

Γ Λ Α Υ Κ Ο Σ.

Duas fabulas *Glauci* nomine inscriptas ab Aeschylo editas esse, quamvis in vetere dramatum catalogo una tantum commemoretur, earumque alteram tertium in Persarum tetralogia locum obtinuisse ex apertis veterum scriptorum testimoniis cognoscitur: neque ea de re nunc inter viros doctos ulla est dubitatio. Sed utra cum Persis coniuncta fuerit, etiam nunc a quibusdam ambigitur. Nam in ar-

gumento Persarum graeco haec leguntur: *ἐπὶ Μένωνος* (h. e. Ol. LXXVI, 4.) *τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποντιεῖ* (sic vett. editt.), *Προμηθεῖ*. In quibus Welcker (Trilog. p. 470., Append. 176.), G. Hermannus (dissert. de Aeschyli Glaucis. Lips. 1812. Opusc. II. p. 60.), Gruppius (Ariadne. p. 81. sq.) Glauci Potniensis argumentum, quale id sibi finxerunt, consociari cum reliquorum illorum dramatum argumentis posse negantes pro *Ποντιεῖ* corrigendum esse *Ποντίῳ* dixerunt, atque Hermannus eo usque progressus est, ut *Glaucum Marinum* fabulam satyricam fuisse statueret (cf. fragm. I.). At eorum sententiam perquam dubiam, ne dicam improbabilem esse ex eo patet, quod de neutrius Glauci argumento neque ex fragmentis, neque ex veterum scriptorum testimoniis concludi quidquam potest, quod vel certum sit vel saltem aliquam veri speciem prae se ferat. Nam non multum valet, quod tradidit Pausanias (IX, 22, 6. sq.): *Τούτων τε δή ἐστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα. Εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα, καὶ ἐπεὶ τῆς πόας ἔφαγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν, οἵ τε ἄλλοι πιστὰ ἡγηνται καὶ οἱ τὴν θάλασσαν πλέοντες πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾄσαι τὰ ἐς Γλαῦκον, Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε.* quamquam eum ad *Glaucum Marinum* [3]) spectasse e fragmentis luculenter intelligitur, quum ex iis nihil praeterea consequatur, nisi aliquem (fortasse Glaucum ipsum) nescio cui de itinere quodam maritimo exposuisse. — Multo incertiora sunt, quae ex *Glauci Potniensis* reliquiis cognosci possunt, nec de fabulae summa extat ullius veteris scriptoris testimonium. Itaque viri docti alii aliter de ea iudicarunt, et fragmenta cum argumento ab ipsis constituto convenire acutius quam verius ostendere conati sunt. Inter quos certe maxima laude nobis I. A. Ahrens dignus videtur, quod solus (p. 195.) veteri didascaliae confisus *Glaucum Potniensem*, non *Marinum*, cum reliquis Persarum tetralogiae fabulis coniunctum explanare studuit. Ceterum Glaucus, de quo in hoc dramate agebatur, ab Anthedonio longe diversus erat teste Probo ad Virgil. Georg. III. 266. *Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius et Meropes, ut Asclepiades in tragodumenis lib. I. ait, habuit equas, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius: ipsum autem, cum alimenta deficerent, devorarunt in ludis funebribus Peliae.* Servius ad eundem *l. Potniae civitas est, de qua fuit Glaucus, qui quum sacra Veneris sperneret, illa irata equabus eius immisit furorem, quibus utebatur ad currum, et eum morsibus dilaceraverunt.* Et mox: *hoc autem ideo fingitur, quod eis furorem Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus effrenatis nimia cupiditate equabus, quum eas cohiberet a coitu, ut essent velociores.*

---

[3]) Reliquorum scriptorum locos (quibus addendum Palaephati c. 28.) ad eum spectantes collegit Hermannus l. c. p. 8. Opusc. II. p. 65. — Aeschyli drama imitatione expressisse videtur Cicero puer teste Plut. vit. Cic. 2. [redacted]

cf. Palaeph. 26. Schol. Eur. Or. 318. Hygin. fab. 250. 273. Bene inter utrumque distinxit Ovid. Ibid. vs. 557.

Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum
Inque maris salias, Glaucus ut alter, aquas.

Fragmenta partim ex Glauco Marino, partim ex Potniensi, partim ex Glauco simpliciter citantur. Quorum ea, quae ex Glauco cognomine omisso afferuntur, quum ad alteramutram fabulam cum certa probabilitatis specie referri nequeant, reliquis praemisimus.

I. (22.)

hoc loco alienissimum iudicarem, quum Strabo iam paullo ante fabulae nomen attulisset. Nonnulli codd. habent ἔχοντας, quod haud dubie sequenti τοὺς originem debet; Groskurdius maluit ἔχουσα, Lobeckius (Aglaopham. p. 1014.) οὔρεϊ ὄργι' ἔχουσ'., Friebelius (Satyrogr. p. 36.) ὄρσασα τάχ' ὄργαν' ἔχοντας. Bothius: ὀργίων δὴ ὄργανα ἔχοντας verba Straboni tribuens; Ahrens: Κότυς ἡ 'ν τοῖς Ἠδωνοῖς, ὄρθια δ' ὄργαν ἔχοντες. Sed haud iusta est mutationis causa.

Fgm. II. Hermannus verba βόμβυκας ἔχων ad vs. 1. refert. — Vs. 3. in libris est δακτυλόδεικτον, quod defendit Naekius (sched. crit. p. 24.), improbarunt Lobeckius (ad Phryn. p. 623.) δακτυλότευκτον proponens, Iacobius (Exerc. crit. I. p. 145.) δακτυλόθικτον commendans, Pauwius δακτυλόδικτον corrigens, quod Hermannus recepit. — Ad vs. 9. respexerunt Athen. XI. p. 479. B. καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς κοτύλας εἰρηκεν „ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ." Schol. Ven. ad Il. ψ'. 14., ubi στοβεῖ, et fabulae nomine omisso Eustath. p. 1282, 16, qui recte tamen ὀτοβεῖ. Similiter locutus est Aesch. Prom. 574.

IV. (54.)

Aristoph. Thesm. 135.

καί σ', ὦ νεανίσχ', ὅστις εἶ, κατ' Αἰσχύλον
ἐκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι.
ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;
τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί βάρβιτος
λαλεῖ κροκωτῷ; τί δὲ λύρα κεκρυφάλῳ;
τί λήκυθος καὶ στρόφιον; ὡς οὐ ξύμφορον.
τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία;
τίς δ' αὐτὸς, ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει;
καὶ ποῦ πέος; ποῦ χλαῖνα; ποῦ Λακωνικαί;
ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'; εἶτα ποῦ τὰ τιτθία;

Adnotat scholiastes: τὴν τετραλογίαν λέγει Λυκουργίαν, Ἠδωνούς, Βασσαρίδας, Νεανίσκους, Λυκοῦργον τὸν Σατυρικόν. λέγει δὲ ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον

ποδαπὸς ὁ γύννις.

G. Hermanno (l. c. p. 15.) autem totus versus

ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

Aeschylio esse videtur, quum scholiastae saepe initia tantum versuum ponant. At in eo non acquieverunt Welcker l. c. et Fritzschius (ad Aristoph. l. c.), sed ille totum fere locum duobus vs. extremis et paucis quibusdam verbis exceptis ex Aeschyli officina profectum dicit, hic eum ad similes Aeschyli versus compositum fuisse opinatur, Aeschylum vero in hunc fere modum scripsisse:

ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;
τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί [κύμβαλον]
λαλεῖ κροκωτῷ; τί δὲ [μίτρᾳ τὸ τύμπανον];

τί [βόστρυχος] καὶ [θύρσος;] ὡς οὐ ξύμφορον.
τίς δ' [αὖ γυναικῶν] καὶ ξίφους κοινωνία;
τίς δ' αὐτὸς, ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει;
καὶ ποῦ [χιτών;] ποῦ χλαῖνα; ποῦ [γενειάδες;]
ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'· εἶτα ποῦ ['σθῆτων στρόφος];
τί φῄς; τί σιγᾷς:

Verum haec nimis a tragoediae gravitate abhorrent: itaque probabiliorem duco Hermanni sententiam.

V. (55.)

Longin. de Sublim. c. XV, 6. *καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται*

Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη.

Stanleius, Brunckius (ad Aristoph. Ran. 1124.), Boettiger (Mus. Attic. I. p. 358.) versum ad *Lycurgum* fabulam, Welcker (Trilog. p. 322. Append. p. 105.) et Hermannus (l. c. p. 9.) huc referunt Lycurgum aegre ferre dicentes, quod omnia Bacchicam insaniam spirent.

VI. (56.)

Schol. Hom. Il. *ί*, 535. *χλούνην*) *οἱ μὲν ἀφριστήν. χλουδεῖν γὰρ τὸ ἀφρίζειν τινὲς Δωριέων ἔλεγον. ἄλλοι δὲ κακοῦργον. καὶ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἰαμβοποιῶν τινὰ φάναι, ἀνὴρ ὅδ' ἐσπέρης καθεύδοντα ἄπουν ἔδησε χλούνην. (ἄπ' οὖν ἔδυσε χλοῦνις.* Hermannus l. c. p. 10.) *Ξενοφῶντα δὲ γένος τι Ἰνδῶν (ἀκρίδων* corrigit Hermannus ex schol. Theocr. X, 18. fragm. 125. Malim *ἀνδρῶν*). *φάναι τὸν χλούνην εἶναι, καθάπερ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἠδωνοῖς*

Μακροσκελὴς μὲν ἄραμα χλούνης τις ἦ.

Huc respexisse videtur Eustath. p. 772, 53. *ὅτι δὲ καὶ ἐκτομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ, οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα ἐν τοῖς περὶ προνοίας χλούνην λέγων τὸν ἀπόκοπον. καὶ Ἀριστοτέλης κατὰ τὸν γεώγραφον χλούνην σῦν τὸν τομίαν λέγει.* — Aeschyli versum sic correxit Welcker (Tril. p. 321.): *μακροσκελὴς μὲν ἆρα καὶ χλούνης τις εἶ.* Suevernius (in Comment. Acad. Berolin. p. 40.) *μακροσκελὴς μὲν, ἀλλὰ μὴν χλούνης τις εἶ.* G. Bernhardyus (ad Dionys. Perieg. p. 942.) *μακροσκελὴς μὲν ἆρ', ἄνα, χλούνης τις εἶ.* G. Hermannus vero e loco scholiastae Theocr. l. c., de quo copiosus est, vocem *χλούνης*, quamvis repugnet Eustathius, locustae genus significari sibi persuasit et sic locum constituit: A. *μακροσκελὴς μέν* — B. *ἆρα μὴ χλούνης τις ἦν*: h. e. (Nuncius) *praelonga certe crura* —. (Lycurgus.) num locusta erat? Recte autem Ahrens et haec comoediae, non tragoediae, convenire monuit, et verba uni personae tribuit, servata quidem Hermanni correctione, sed alia adhibita interpretatione: ut Lycurgus e nuncio quaesivit:

μακροσκελὴς μὲν ἆρα μὴ χλούνης τις ἦν;

Num forte is (quem vidisti) maialis (eunuchus) fuit longis extructus cruribus?

VII. (57.)

Aristoph. Av. 276. *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ὀριβάτης*; **Adnotat scholiastes:** *Ὁ μουσόμαντις· ὁ κομπώδης· τοιοῦτοι γὰρ οἱ μάντεις καὶ οἱ ποιηταί. — Ἄτοπος ὄρνις· τοῦτο εἶπεν εἰς τὸ τερατῶδες τοῦ ὄρνιθος ἀφορῶν, οὐδὲν (οὗ δὲ* **Herman.**) *πρὸς τὸ προκείμενον· παρὰ τὰ ἐξ Ἡδωνῶν (ἡδόνων.* **Ven.**) *Αἰσχύλου*

Τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις, ἄλαλος, ἀβρατεὺς ὢν σθένει.

Cod. Ven. *τί ποτ' ἔσται* **et** *ἄλλο ἀκρατοῦς.* **Haec exscripsit et sic decurtavit Suid. v.** *Μουσόμαντις. κομπώδης. τοιοῦτοι γὰρ οἱ μάντεις καὶ οἱ ποιηταί· παρὰ τὰ ἐξ Ἡδωνῶν Αἰσχύλου „τίς ποτ' ἔσται ὁ μουσόμαντις ἄλλος* (cod. Lips. *ἄλαλος*) *ἀβρατεύς.*" **Brunck. ad Arist. l. c. correxit:** *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις, ἄλαλος, ἄβροτος, ὃν σθένει.* **Reisigius (comment. crit. ad Soph. OC. 1050. p. 328.) hoc improbans proposuit:** *ἄλαλος, ἄβροπος, ἐν στέφει*; **Welcker (Append. Tril. p. 113.) de Sileno agi arbitratus scripsit:** *τ. π. ε. ὁ μ. ἄλαλος, ἄβρ' ὃς ἀναστένει.* **G. Hermannus Bacchi verba esse dicens coniecit:** *τ. π. ε. ὁ μ., ἄλαλ' ὃς ἄβροτ' εὐθυνεῖ,* **quae postea ipse sic immutavit:** *ἄλαλ' ὃς ἄβροτά τ' εὐθυνεῖ* **h. e.** *quis istic est praesligiator, muta qui insensata agat?* **Simul vero de ipso Baccho agi posse confessus hanc proposuit coniecturam:** *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἀμαλὸς ἁβροβάτης σθένει.* **Fritzschius:** *τί ποθ' ὁ μουσόμαντις ἄλαλος ἁβροβάτης τόσον σθένει*; **Friebelius (Satyrogr. p. 139.)** *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλαλος ἁβροβάτης*; **verba** *ὃν σθένει* **(quae Suidas omisit) fortasse ne ipsius quidem Aeschyli esse dicens, ut rescribendum sit** *ὃν στίχον* **(per compendium** *στ.*) *σθένει*, **h. e. quem quidem versum pungit sc. Aristophanes. Simulque correctionem** *ἁβροβάτης* **ipsius Aeschyli (Pers. 1029.) et grammatici cuiusdam testimonio (in Bekk. An. Gr. I. p. 322, 11.** *ἁβρὰ βαίνων. θρυπτόμενος, βλακευόμενος.*) **firmavit. Dindorfius ad schol. Aristoph. l. c. in verbis** *ὃν σθένει* **latere suspicatus est** *ὅσον σθένει,* **quod Ahrens recepit versu sic exhibito:** *τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλαλος, ἁβρὸς ὅσον σθένει.* **Mihi ad verum proxime accedere videtur altera Hermanni correctio servata tamen librorum scriptura** *ἄλαλος*:

Τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλαλος ἁβροβάτης σθένει.

Cur Bacchus — nam de eo agi videtur — mutus sit dictus nunc haud facile explorabitur.

VIII. (58.)

Erotian. p. 192. *Ἴκταρ, ἐγγύς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι* (vs. 952.) *φησὶν, ἴκταρ ἥμενοι Διός. μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἡδωνοῖς. οἱ δὲ περὶ Ἰσχόμαχον καὶ Κυδίαν καὶ Κυδέαν τὸν Μυλασέα ἔγραφαν ἴκμαρ. αἰτία δὲ τούτου ἡ τῆς λέξεως ἄγνοια.* **cf. Etym. M. p. 470, 90. Phot. p. 106, 7. Aesch. Ag. 115.**

IX. (59.)

Hesych. *Ἄδασμος, οὐδένα δασμὸν ἐκτελοῦσα, οἷον τελοῦσα ἐνοίκιον. Αἰσχύλος Ἠδωνοῖς* (cod. *ἡδονήν.*). Phot. p. 8, 4. *Ἄδασμος· οὐδένα δασμὸν ἐκτίνουσα, οὐδὲ μερίζουσα δασμὸν τῆς οἰκήσεως. οὕτως Αἰσχύλος.*

X. (60.)

Hesych. et Suid. *Αἰγίζειν· διασπᾶν. παρ' ὃ καὶ (αἰκίζεσθαι.* cod. Hesych.) *τὸ αἰγίζεσθαι·* (corrigendum videtur *παρ' ὃ τὸ καταιγίζεσθαι.*) *ἀπὸ τῶν καταιγίδων. Αἰσχύλος. ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖς* (cod. Hesych. *ἡδονῇ*) *καὶ τὰς νεβρίδας* (*νευρίδας* cod. Hesych.) *οὕτω καλεῖ.* Cf. Suid. v. *Ἠδωνὰ ἱμάτια., Θρᾳκικά. Ἠδωνίς, Ἠδωνίδος, χώρα οὕτω λέγεται. καὶ Ἠδωνοί, ὄνομα ἔθνους. Αἰσχύλος. ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖσι τὰς νεβρίδας οὕτως καλεῖ. καὶ ἔστιν ἐν τῷ αἰγίζειν.* Phavorin. *αἰγίζει, διασπᾷ, καταιγίζει. ἐκ μεταφορᾶς, παρ' ὃ καὶ τὸ αἰκίζεσθαι, ἀπὸ τῶν καταιγίδων. ἔτι ὁ αὐτὸς ποιητὴς ἐν Ἠδωνοῖς αἰγίζειν τὰς νευρίδας λέγει, ἀντὶ τοῦ διασπᾶν καὶ καταιγίζειν.* Hinc Hermannus (l. c. p. 14.) poetae verba fuisse suspicatur.

νεβρίδας δ' Ἠδωνίδας
ἤγιζον.

h. e. *pellesque hinnuleorum Edonides carptim revellunt.* At Hesychii et Suidae locos consideranti mihi Phavorinus non ex antiquiore, sed ex turbato fonte hausisse vel male intellexisse videtur ea, ex quibus sua excerpsit: illi certe nihil aliud dicunt, quam Aeschylum aliquo loco usum esse verbo (*κατ*)*αιγίζεσθαι*; in Edonis autem pelles hinnuleorum (*κατ*)*αιγίδας*) appellasse.

XI. (61.)

Hesych. *Ἀμφίδρομος· Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ Ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἔλεγες τὸν γενέθλιον. δηλοῖ δὲ καὶ ἐξ ἑκατέρου μέρους θεώμενον ἢ προηγούμενον ἢ ὁρμᾶν δυνάμενον, ὡς Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς* (cod. *ἡδωνές.*) Eadem habet Phavorinus sed omissis fabulae ac poetae nominibus. cf. Harpocr. v. *Ἀμφιδρόμια· ἡμέρα τις ἦγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος παρὰ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας ἐλάμβανον.* Welck. Tril. p. 329.

XII. (62.)

Hesych. *Ἄσσιστα· ἔγγιστα. Αἰσχύλος Ἠδωνοῖς.* (cod. *ἡδωνῶν.*)

Praeterea ad hanc fabulam referuntur a G. Hermanno (l c. p. 18.) fgm. 377, 373, 380; a Welckero (Trag. Graec. p. 49.) fgm. 344.

ΗΛΙΑΔΕΣ.

Quod huius fabulae fuerit argumentum neque ex fragmentis neque aliunde liquet. Ex titulo vero apparet, introductas fuisse Heliades, Solis filias, quas infelicem fratris Phaethontis sortem lugentes ad amnem Eridanum, in quem ille praeceps irruisse ferebatur, in populos electrum stillantes a Iove mutatas esse veteres scriptores tradunt. Quod hinc coniicias, Phaethontis temeritatem sororumque luctum tragoediae argumentum praebuisse confirmari videtur testimoniis et Plinii (fgm. I.) et schol. ad Od. ρ'. 208: *Ἥλιος Ῥόδῃ μιχθεὶς τῇ Ἀσωποῦ, παῖδας ἴσχει Φαέθοντα καὶ Λαμπετίην καὶ Αἴγλην καὶ Φαέθουσαν. ἀνδρωθεὶς δὲ ὁ Φαέθων, ἤρετο τὴν μητέρα τίνος εἴη πατρός. πυθόμενος δὲ ὡς Ἡλίου, παρεγένετο ἐπὶ τὰς τοῦ πατρὸς ἀνατολάς. γνωρισθεὶς δὲ τούτῳ, ἐδεῖτο τοῦ πατρὸς ἐπ' ὀλίγον αὐτῷ συγχωρῆσαι τὸ ἅρμα καὶ τοὺς ὑητῆρας, ὅπως κατοπτεύσειε τὸν κόσμον. ὁ δὲ Ἥλιος ἀκούσας, παραυτὰ μὲν ἀντέλεγεν, εἰδὼς ἃ πείσεται. σφόδρα δὲ αὐτῷ ἐγκειμένῳ συγχωρεῖ, διδάξας ὅτι τὸ μεταίχμιον. ἐπιβὰς δὲ ἐκεῖνος τοῦ ἅρματος, ἀτάκτως ἤλαυνεν, ὥστε πάντα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρύγειν. καταπεσόντος δὲ αὐτοῦ μετὰ τῆς θείας φλογὸς ἐπὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν καὶ φθαρέντος, αἱ ἀδελφαὶ παραγενόμεναι κατὰ τὸν τόπον τοῦ Κελτικοῦ πελάγους ἐθρήνουν ἡμέρας ἀδιαλείπτως καὶ νύκτας. ὅθεν κατελεήσας ὁ Ζεὺς ταύταις ἀνάμνησιν ἐνεποίησε τῶν κακῶν, μεταμορφῶν αὐτὰς εἰς αἰγείρους, αἵπερ εἰσὶ δένδρα. λέγεται δὲ καὶ ἐντεῦθεν ἀπογεννᾶσθαι τὸν ἤλεκτρον, τῆς ἀρχαίας οἰμωγῆς ἀποδακρυόντων τοῦτον καρπὸν τῶν δένδρων. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ τοῖς τραγικοῖς.* Nam extrema verba tantummodo ad Aeschylum et Euripidem pertinere possunt, quippe qui soli ex omnibus, quotquot nobis innotuerunt, poetis tragicis Phaethontis res tractaverint; Euripides vero (cf. Eurip. Fragm. p. 379. sqq.) Phaethontis matrem Clymenen appellavit, itaque probabilis est Welckeri (Tril. p. 570.) coniectura, scholiasten, quum Rhoden matrem nominaverit, ad Aeschyli fabulam respexisse. Sed quae eius fuerit compositio nunc vix explorari poterit. Vide quae de ea disputarunt Welcker l. c. et in Diar. scholiast. a. 1828. nr. 30. G. Hermannus in diss. de Aesch. Heliadibus. in Opusc. III. p. 130., Droysenius (Aesch. II. p. 242.).

I. (63.)

Plin. Hist. N. XXXVII, 11. *Phaethontis fulmine icti sorores, luctu mutatas in arbores populos, lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocavimus, electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit ἠλέκτωρ, plurumi poetae dixere primique, ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Euripides, Satyrus, Nicander. Quod esse falsum, Italiae testimonio patet. Diligentiores eorum Electridas insulas in mari Hadriatico esse dixerunt, ad quas delaberetur Padus. Qua appellatione nullas unquam ibi fuisse certum est, nec vero ullas ita positas esse, in quas quidquam cursu Padi devehi possit. Nam quod Aeschylus in Iberia, h. e. in Hispania Eridanum esse dixit, eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus et Apollonius in Hadriatico litore confluere Rhodanum et Padum, fa-*

ciliorem veniam facit ignorati sucini in tanta orbis ignorantia. Consentit Appuleius de orthogr. ed. ab Ang. Maio. p. 135. *Eridanus citra diphthongum, fluvius Atticae nec non Thessaliae. Est item Italiae, qui est Padus: item Hiberiae auctoribus Aeschylo, Pausania, Euphorione minore.* Apte Plinii verba huc rettulit Butler.

II. (64.)

Schol. Soph. OC. 1248. *Τὰ ἀπὸ τῶν ὀρῶν φησὶ τῶν προσαγορευομένων Ῥιπῶν. τινὲς δὲ οὕτω καλοῦσι Ῥιπαῖα ὄρη. λέγει δὲ αὐτὰ ἐννύχια διὰ τὸ πρὸς τῇ ἄρκτῳ κεῖσθαι. μέμνηται δὲ Ἀλκμὰν, λέγων οὕτω· „Ῥιπᾶς ὄρος ἔνθεον ὕλαι νυκτὸς* (Hermannus corrigit: *ἔνθ' ἀντολαὶ Νυκτὸς* collat. Soph. fgm. 682.) *μελαίνας στέρνων·“ καὶ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλος·*

Ῥιπαὶ μὲν δὴ πατρός.

Ῥιπαὶ codex, ut intelligatur cursus praeceps solis, sed editores *ῥῖπαι* de montibus accipiunt, ut scholiastae visum est. Hermannus eiusmodi quid scriptum fuisse putat: *ῥῖπαι μὲν δὴ πατρὸς Ὠκεανοῦ γείτονες αὖται* vel *ῥῖπαι μὲν δὴ πατρὸς αἵδε Διὸς χειμωνοτόκοι.*

III. (65.)

Athen. X. p. 424. D. *Τῷ δὲ ἀκρατέστερον Ὑπερίδης κέχρηται ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους γράφων οὕτως „Εἰ μέν τις ἀκρατέστερον ἔπιεν, εἶπε σέ.“ τούτῳ ὅμοιόν ἐστι τὸ ἀνιηρέστερον καὶ τὸ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλου*

Ἀφθονέστερον λίβα.

Libri *ἀφθονέστερα, ἀφθονέστερον* Epitome et qui hanc formam ex Athenaeo commemorat Eustath. p. 746, 45. Non opus esse, ut cum Casaubono *ἀφθονεστέραν λίβα* corrigatur, recte monet Hermannus p. 135. Similiter scripsit Pind. Ol. II, 171. (memoratus ab Antiatt. Bekk. p. 80, 70 et Eustathio ad Dion. Perieg. p. 172.) *ἀφθονέστερον χέρα.* — Similis locutio est in Epigon. fgm. III.

IV. (66.)

Athen. XI. p. 469. F. *Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν Στησίχορος μὲν οὕτως φησίν·*

Ἅλιος Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε
χρύσεον, ὄφρα δι' Ὠκεανοῖο περάσας
ἀφίκοιθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς
ποτὶ ματέρα κουριδίαν τ' ἄλοχον
παῖδας τε φίλους. ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφναισι κατάσκιον
ποσσὶ παῖς Διός.

— *καὶ Ἀντίμαχος — καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἡλιάσιν*

Ἔνθ' ἐπὶ δυσμαῖσι σοῦ
πατρὸς Ἡφαιστοτυκὲς

δίπας, ἐν τῷ διαβάλλει
πολὺν οἰδματόεντα φέρει δρόμον
πόρον οὐδ εἰς μελανίππου
προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν.

Sic locum dedit Dindorfius praeter vs. 1, de quo mox dicemus. Libri vs. 2. ἠφαιστοτευχὲς, quod Schweighaeuser et alii in ἠφαιστοτυχὲς mutarunt. Hermannus ἠφαιστοτυκές. Vs. 3. optimi libri διαβάλλει, vulg. διαβάλλων. Vs. 6. ἱερᾶς habent Cod. Marc. et Epit. ἱμερᾶς Laur. ἱμερτᾶς vulg. — Butler, Erfurdtius, alii metrum anapaesticum esse crediderunt, bene autem Hermannus monuit esse ionicum a minore. — Vs. 1. quum librorum scriptura ἰσοῦ πατρὸς a Dindorfio servata aptam sententiam non praeberet, Casaubonus egregie correxit: δυσμαῖσι σοῦ πατρὸς, quae sententia quum metro minus conveniret, ab Hermanno in ἔνθ' | ἐπὶ δυσμαῖσι τεοῦ | πατρὸς κ. τ. λ. mutata est. Sed ut de metro in universum constet, tamen de unoquoque versu, ubi antistropha deest, indicium tam certum fieri nequit, ut nobis eo nixis librorum scripturam mutare liceat, nisi forte alia ratio nos cogit. — Vs. 4. Hermannus eadem ratione ductus Stesichori loco respecto scripsit: πολὺν οἰδματόεντ' ἀμφίδρομον | πόρον, εἰς μελανίππου κτλ. Qua correctione fortasse sententia bene restituta est, non item verba: nam quomodo ἀμφίδρομον in φέρει δρόμον depravari potuerit, haud facile perspicitur. Quae fuerint poetae verba, sine melioris codicis auxilio vix explorabitur: nolo tamen coniecturam quae in mentem mihi venit, silentio premere: ἐν τῷ διαβάλλειν | σάλον οἰδματόεντα περῶν δρόμου | πόρον οἶδ' κτλ. h. e. *in quo (Sol) cursus iter perficiens transilicere scit mare fluctuosum.* De re contulisse non pigebit etiam Mimnermi locum post Aeschyleum ab Athenaeo allatum. Friebelius (Poet. satyr. p. 139.) proposuit: ἐν τῷ διαβάλλει| πολὺν οἰδματόεντ' ἀφέσει δρόμον | περανοῦσ' εἰς κτλ. — Vs. 6. De voce ἀμολγὸν Hermannus comparari iussit Eurip. fgm. 775. vs. 6. sed vide quae ibi disputavimus. Melius huc quadrat Eurip. fgm. 107.

V. (67.)

Grammat. in Bekk. An. p. 346, 9. Ἀδριαναὶ γυναῖκες. Αἰσχύλος ἐν Ἡλιάσιν

Ἀδριαναί τε γυναῖκες ῥόπον ἔξουσι γόων.

Hermannus p. 138 scripsit Ἀδριηναί et verba in eodem chori Ionico carmine locum habuisse coniecit, Aeschylum dicens Ionica, ut poetica forma, usum esse, sicut Euripidem in Hippol. 735. ἀρθείην ἐπὶ πόντιον κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς ἀκτᾶς Ἠριδάνου θ' ὕδωρ, ἔνθα πορφύρεον σταλάσσουσ' εἰς οἶδμα πατρὸς τάλαιναι κόραι Φαέθοντος οἴκτῳ δακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Praeterea ad hanc fabulam relata sunt a Gatakero fgm. 297, ab Hermanno fgm. 308. 354. 398. et Chaeremonis fragm. 22. cf. fgm. 322.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

Quale Aeschylus hac fabula expresserit argumentum neque ex fragmentis neque ex veterum scriptorum testimoniis compertum habemus, neque ex titulo quidquam aliud coniicere possumus, quam Herculis posteros sicut in Euripidis fabula eodem nomine inscripta fuisse introductos. Num vero inter utriusque poetae fabulam praeter titulum alia quoque similitudo intercesserit, latet nos. Welckero (Tril. p. 564.) ab Aeschyli dramate non diversa fuisse videtur eiusdem *Alcmene.*

I. (68.)

Stob. CXXII, 2. *Αἰσχύλου Ἡρακλειδῶν.*

Οὐ γάρ τι μεῖζον ἄλλο τοῦδε πείσομαι.

Fabulae titulus in solo cod. Paris. A. extat.

II. (69.)

Hesych. *Ἀμφιμήτορες· οἱ ἐκ πολλῶν μητέρων γεγονότες ἀδελφοί. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.* cf. Pollux. III, 23. *οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοί, διαφόρων δ' ὄντες μητέρων, ἀμφιμήτορες, εἰ δὲ εἶεν ἐκ διαφόρων πατέρων, ἐκ μέντοι μιᾶς μητρὸς, ἀμφιπάτορες.* Etym. M. p. 91, 3. Suid. v. *ἀμφιμήτωρ.*

III. (70.)

Hesych. *Ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.* Cf. Choeph. 1041. *μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά.* Pollux. II, 109. *καὶ οὐκ ἐπιγλωττήσομαι ἤγουν οὐ λοιδορήσομαι.* Schol. Aristoph. Lys. 37.

ΘΑΛΑΜΟΠΟΙΟΙ.

De argumento huius fabulae, quae in vetere catalogo omissa et omnino semel tantum citata est, neque veteres scriptores memoriae quidquam prodiderunt neque fragmentum, quod superest, lucis aliquid affert, neque titulus probabili coniecturae locum praebet; nihilo tamen minus nonnulli viri docti coniectando non modo fabulae summam

lumbrare, sed etiam dramata explorare studuerunt, quibuscum ea eadem tetralogia fuerit. (Cf. Welcker. Trilog. p. 408. sq. Append. 8. sq. Droysen. Aesch. II. p. 246. Grupp. Ariadn. p. 568. Welcker. in Mus. Rhenan. V. 1837. p. 447.) Et consentiunt quidem eo paene omnes, coniunctas fuisse Θαλαμοποιούς, Ἰφιγένειαν, Ἱερείας, d de ordine, quo eae se exceperint, dissentiunt. Welcker poremo loco eum probavit, quem modo attulimus. — Blomfieldus lus. crit. Cantabrig. V. p. 79.) autem fabulam inter satyricas rettulit.

I. (71.)

Pollux. VII. 122. καὶ ἐκφάτνωμα δὲ καὶ κῦμα μέρη ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς.

ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον φατνώματι
κῦμ' ἐν τριγώνοις ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

ρα δὲ καὶ οἱ θαλαμοποιοὶ εἶδος τέχνης. Sic locum exhibuit Bekker. ndorfius verba φάτνωμά τι (sic enim antea legebatur) ut temere in etae versus illata, eiecit; quod probare equidem non possum, um laquearis ab Aeschylo mentionem esse factam ex ipso Pol- e appareat. Sed mirum est, quod Pollux de voce ἐκφάτνωμα quitur, in Aeschyli versu autem φάτνωμα legitur. Locus igitur ihi videtur in hunc modum restituendus:

Ὁ μὲν τὸ Λέσβιόν γ' ἐν ἐκφατνώματι
κῦμ' ἐν τριγώνοις ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

iod alii φάτνωμα et κυμάτιον, id Aeschylus ἐκφάτνωμα et κῦμα dise videtur. Sententia haec est: *alius vero Lesbium cymatium in queari numeris triangulis conficiat.* De exornando thalamo agi aperm est. *Lesbii cymatii* meminit etiam Vitruv. III, 1. IV, 3. cf. sych. κυμάτια, αἱ ὑπεροχαὶ παρὰ τέκτοσι καὶ λιθοποιοῖς. Id. v. αἰε- . — καὶ ὄροφος καὶ τῷ ἐπὶ γείσῳ κυμάτιον. Ahrens dedit: ὁ μέν τις σβιον φατνώματι κῦμ' ἐν τριγώνοις ἐμπεραινέτω ῥυθμοῖς.

ΘΕΩΡΟΙ = ΙΣΘΜΙΑΣΤΑΙ.

In vetere Aesch. fabularum catalogo et apud Hesychium (fgm. .) legitur Θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταί (cod. θεόδωροι ἢ ἰσομιασταί.), ex quo re ne fabulam hoc duplici titulo inscriptam fuisse credas. (Vide ae in adnot. ad Sophoclis Niptra monuimus.) Argumentum plane ertum est: nam in coniectura satis infirma Welckeri (vid. ad ενουλκούς) posita est sententia, in hac fabula ludos Isthmios in elicertae honorem esse institutos. Probabiliter vero idem (in pend. Trilog. p. 134.) eorum redarguit sententiam, qui hanc falam propter fgm. I. inter satyricas rettulerunt.

I. (72.)

Athen. XIV. p. 629. F. *ἦν δὲ ὁ σκὼψ τῶν ἀποσκοπούντων τὸ σχῆμα, ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. μνημονεύει Αἰσχύλος ἐν Θεωροῖς*

Καὶ μὴν παλαιῶν τῶνδέ σοι σκωπευμάτων.

Huc respexerunt Hesych. *Σκωπευμάτων· σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων.* **Id. v.** *ὑπόσκοπον χέρα.* **(cod.** *ὑποσκεπόνχερα.***)** *Αἰσχύλος. ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, καθάπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι.* **(sic.)** *σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκοπός.* **Phot. p. 527, 6.** *Σκώπευμα· σχῆμα σατυρικόν, ὡς καὶ ὁ σκωπός. οὕτως Αἰσχύλος.* **Corrigendum** *σκοπός* **ex eodem liquet p. 514, 11.** *σκοπός. σχῆμα ὀρχηστικόν. οὕτως Εὔπολις.* **Item scribendum esse ubique** *σκοπευμάτων* **recte monuit Ruhnkenius: verbum enim deductum est a verbo** *σκοπεῖν,* **quum ii, qui intente aliquid et accurate cernere velint, manum ad frontem super oculos tendant. Inter hunc gestum et saltationem, quae vulgo** *σκὼψ, strix* **appellata est, aliquid similitudinis intercessisse videtur, ut poetis verborum lusu liceret nomina** *σκόπευμα* **et** *σκοπός* **ad eam transferre. Non repugnat Pollux. IV, 103.** *ἦν δέ τι καὶ σκὼψ, τὸ δ' αὐτὸ καὶ σκωπίας, εἶδος ὀρχήσεως ἔχον τινὰ τοῦ τραχήλου περιφορὰν κατὰ τὴν τοῦ ὄρνιθος μίμησιν, ὃς ὑπ' ἐκπλήξεως πρὸς τὴν ὄρχησιν ἁλίσκεται.* **Nam etiam caput circumferre et corpus mox erigere, mox demittere solent, qui non primo aspectu oculorum acie aliquid dignoscere possunt. — Verba** *ὑπόσκοπον χέρα* **num ad eandem fabulam referenda sint, dubito.**

II. (73.)

Hesych. *Ἀποστάς.* **Cf. fgm. 11.**

III. (74.)

Hesych. *Ἰαμβίς. Αἰσχύλος Θεωροῖς ἢ Ἰσθμιασταῖς. τοῖς κιθαρίζουσιν ὁ αὐλὸς συνήει καὶ αἱ τοιαῦται κιθαρίσεις ἐλέγοντο παριαμβίδες.* **Pollux. IV, 66. inter harmonias affert:** *ἴαμβοι, ἰαμβίδες, παριαμβίδες.* **Id. IV, 83.** *καὶ μὴν ἴαμβοί γε καὶ παριαμβίδες νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν.*

IV. (75.)

Phot. p. 655, 12. *Ψο.* **(sic)** *ἐπὶ τοῦ σαπροῦ καὶ μὴ συναρέσκοντος. ἔστι δὲ ἀποκομματικοῦ λεξειδίου· ψόθον γὰρ καλοῦσιν· Ἀριστοφάνης. Πλέω γράσου καὶ ψοθοίου καὶ ῥύπου γε καὶ ψόθου. Αἰσχύλος Θεωροῖς.* **Quid h. l. Aristophanis sit, quid Aeschyli, non liquet. Dobraeus in Ind. p. 735. correxit:** *πλέω γράσου τε καὶ ψόθου· οἷον καὶ ῥύπου. Αἰσχ. Θ.* **et intellexit quasi statim post** *ψὸ* **sequeretur** *Αἰσχύλος.* **Aeschylo versum etiam Dindorfius tribuit, sed sic scribit:** *πλέω γράσου γε καὶ ψοθοίου καὶ ῥύπου.* **coll. Theognosto in Bekk. An. III. p. 1432.** *ψοθιούς ὁ ἀκάθαρτος.* **Th. Bergkio (ad Aristoph. Fragm. p. 1329.) legendum esse videtur:** *Πλέω γράσου τε καὶ ῥύπου γε*

καὶ φόθου· ut hic Aristophanis sit versus, Aeschylus autem illud ipsum φὸ dixerit. Non negat tamen, scribi etiam posse: Πλέφ γράσου τε καὶ φοθοιοί. Καὶ ρύπου γε καὶ φόθου [πλέων]. ut alterum Aeschyli, Aristophanis sit alterum. Haec ratio multo probabilior mihi videtur, ac nescio, an etiam illud καὶ ante ῥύπου Photii, non poetae, sit. — Ad illud φὸ contulisse non pigebit Soph. fgm. 475.

ΘΡΗΙΣΣΑΙ.

Hanc fabulam ex choro captivarum mulierum inscriptam esse cognoscitur e schol. Soph. Aj. 134. qui explicans, cur Sophocles ex viris Salaminiis chorum fecerit, haec scripsit: τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων κηδεμονικὸν μὲν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις, οὐ μὴν εὐπρόσωπον. ὅρα γὰρ οἷον αἰχμαλώτους ἐπιτιμᾶν τῷ Μενελάῳ. Quod hinc conlici potest, inter Sophoclis Aiacem et Thressas Aeschyli intercessisse aliquam argumenti similitudinem, id duobus aliis eiusdem scholiastae locis, (fragm. I. II.) ita confirmatur, ut dubitari omnino non possit, quin Aeschylus plane idem argumentum tractaverit atque Sophocles. Sed qua ratione hoc fecerit poeta obscurum est. — Ceterum non sine probabilitatis specie viri doctissimi Welcker (Tril. p. 438. sq.), Droysenius (Aesch. II. p. 248.); G. Hermannus (de trag. fata Aiacis et Teucri compl. Lips. 1838. Opusc. VII. p. 362.) Gruppius (Ariadn. p. 577.) hanc fabulam cum *Armorum Iudicio* et *Salaminiis* eiusdem tetralogiae nexu, ita tamen, ut medium inter illas locum tenuerit, coniunctam fuisse statuunt.

I. (76.)

Schol. Soph. Aiac. 815. Μετάκειται ἡ σκηνὴ ἐπὶ ἐρήμου τινὸς χωρίου, ἔνθα ὁ Αἴας εὑτρεπίσας τὸ ξίφος ῥῆσίν τινα πρὸ τοῦ θανάτου προφέρεται, ἐπεὶ γελοῖον ἦν κωφὸν εἰσελθόντα περιπεσεῖν τῷ ξίφει. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια· εἰώθασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. τί οὖν τὸ αἴτιον; φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγέλλας· ἴσως οὖν καινοτομεῖν βουλόμενος (sc. ὁ Σοφοκλῆς) καὶ μὴ κατακολουθεῖν τοῖς ἑτέρου τινὸς, ἐπ' ὄψιν ἔθηκε τὸ δρώμενον, ἢ μᾶλλον ἐκπλῆξαι βουλόμενος· εἰκῇ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον.

II. (77.)

Schol. Soph. Aiac. 833. Παραδεδομένου δὲ καθ' ἱστορίαν ὅτι κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην τρωτὸς, διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα τῇ λεοντῇ αὐτὸν σκεπάσαντα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀσκέπαστον ἐᾶσαι διὰ τὸν γωρυτὸν ὃν περιεκεῖτο. φησὶν δὲ περὶ αὐτοῦ Αἰσχύλος, ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτετο οὐθαμοῦ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ· τὸ ξέον ὥς τις ἐντείνων, πρὶν δή τις, φησὶ, παροῦσα δαίμων ἔδαε

ξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ, ὁ δὲ Σοφοκλῆς, ἐριθεῦσαι μέν τι ὡς πρεσβυτέρῳ μὴ βουληθεὶς, οὐ μὴν παραλιπεῖν αὐτὸ δοκιμάζων, ψιλῶς φησὶ πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ, κατὰ τί δὲ τὴν πλευρὰν μὴ εἰπών. Eodem respexerunt Schol. Hom. Il. ξ', 404. et Eustath. p. 995, 1. *Τρωτὸς ὅλον ἦν ὁ Αἴας τὸ σῶμα καὶ οὐ μόνον τὰ περὶ μασχάλην κατὰ Αἰσχύλον καὶ ἄλλους.* E scholiastae Soph. verbis G. Hermannus (l. c. p. 13. Opusc. VII. p. 374.) hos Aeschyli versus eruit

ἔκαμψε, τόξον ὥς τις ἐντείνων, ξίφος,
πρὶν δὴ παροῦσα δαιμόνων τις εὐφρόνως
ἔδειξεν αὐτῷ —

III. (78.)

Aristoph. Ran. 1294.

Τὸ συγκλινὲς ἐπ' Αἴαντι.

Adnotat scholiastes: *Τιμαχίδας φησὶ τοῦτο ἐν ἐνίοις μὴ γράφεσθαι. Ἀπολλώνιος δέ φησιν ἐκ Θρῃσσῶν αὐτὸ εἶναι.* G. Hermannus l. c. se non dubitare dicit, quin haec ad eandem rem (de qua fgm. II.) pertineant et Aeschyli verba haec fuerint: *τὸ συγκλινές τ' ἐπ' Αἴαντι ξίφος.* Fritzschius (ad Arist. l. c.) vero hoc improbat poetamque scripsisse censet: *τὸ συγκλινὲς ἐπ' Αἴαντι* (*ἔθνος*) h. e. *densum phalangem Aiaci adstantem.* collat. Hom. Il. ν', 126. sq. 709. sq. Quod vereor ut cuiquam persuadeat.

IV. (79.)

Hesych. *Ἀγαῖς, ζηλώσεσιν. Αἰσχύλος Θρῄσσαις.* Corrigendum esse *ἄγαις* monuit Hermannus l. c. cf. Hom. Od. γ', 227.

Praetcrea a Suevernio probabiliter ad hanc fabulam referuntur versus, quos sine poetae nomine servavit Clem. Alex. Strom. II, 15, 63. p. 462. P. quosque inter Incertorum tragicorum reliquias (fgm. III, IV. Vol. III. p. 182.) exhibuimus.

I E P E I A I.

Quod argumentum in hac fabula, cuius nomen in vetere catalogo omissum est, Aeschylus tractaverit plane nos latet: nam in coniectura non admodum firma innititur Welckeri (vide ad *Θαλαμοποιούς.*) sententia *Ἱερειῶν* nomine significari sacerdotes Dianae Tau-

cae dramatisque summam in Iphigenia e Tauris abducenda fuisse sitam. Hoc solum memoriae traditum est, poetam in hoc drate, sicut in quibusdam aliis res mysticas attigisse. Ad Aristelis (Ethic. Nicom. III. 2.) enim verba: *Ὁ δὲ πράττει ἀγνοήσειέν τις, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτοῖς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόρρητα , ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά·* adnotavit Eustratius p. 40. A. *Δοκεῖ ρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξότισι καὶ Ἱερείαις καὶ ἐν ισύφῳ πετροκυλιστῇ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Οἰδίποδι· ἐν γὰρ ύτοις πᾶσι περὶ Δημήτρας λέγων τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεαι ἔοικε. λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ ώτῳ περὶ Ὁμήρου ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν ιστικῶν περιφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν ὑ Διονύσου βωμόν κτλ.* Hanc ob rem Aeschylum accusatum, fratris niniae ope vero absolutum esse narrat Aelian. V. H. V, 19. . fgm. 273. Lobeck. Aglaoph. p. 77.

I. (80.)

Aristoph. Ran. 1274. *Εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι δόμον Ἀρτέμιδος πέ; οἴγειν.* Adnotat scholiastes: *Εὐφημεῖτε μελισσονόμοι· ἐξ ρειῶν Αἰσχύλου. οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως ἢ οἰκοῦντες ἐν τῇ πόλει.*

II. (81.)

Macrob. Sat. V, 22. *In tertio Aeneidos libro cursim legitur, ne e unde translatum sit, quaeritur „quae Phoebo pater omnipotens, hi Phoebus Apollo praedixit". In talibus locis grammatici excuates imperitiam suam inventiones has ingenio magis quam doctrinae aronis assignant: nec dicunt eum ab aliis mutuatum, ne nominare gantur auctores. Sed affirmo doctissimum vatem etiam in hoc Aeylum, eminentissimum tragoediarum scriptorem secutum, qui in bula, quae latina lingua SACERDOTES inscribitur, sic ait:*

Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθιεῖ Λοξίᾳ θεσπίσματα.

alibi (Eum. vs. 19.)" — Eosdem vs. omisso *θεσπίσματα* affert hol. Soph. OC. 793. cf. Soph. fgm. 300.

III (82.)·

Hesych. *Κασωλάβα· οἱ μὲν πόλις, οἱ δὲ κώμη. Αἰσχύλος Ἱερείαις.*

I Ξ I O N.

Ixionis impietatem ac poenam, quas tradunt Diod. Sic. IV, 69, 5. Schol. Apollon. Rhod. II, 62. Schol. Eur. Phoen. 1192. Hy-

gin. LXII. (cf. Eurip. Ixion. fgm. p. 218.), hoc dramate repraesentatas esse nisi e titulo et fgm. I. divinare non licet: multo minus igitur de ratione, qua poeta hoc argumentum tractaverit, iudicare possumus. — O. Mueller (ad Aesch.. Eum. p. 138.), Welcker (Trag. Gr. p. 30. 52.), Droysenius (Aesch. II. p. 241.) cum eo Perrhaebides coniunctas fuisse statuunt, sed de ordine et argumento dissentiunt. De qua coniectura ad Perrhaebides verba fecimus.

I. (83.)

Schol. Pind. Pyth. II, 39. *Τὸν μὲν Ἰξίονα οἱ μὲν Ἀντίονος γενεαλογοῦσιν, ὡς Αἰσχύλος.*

II. (84.)

Athen. IV. p. 182. C. *εἰσὶ δ' οἱ αὐλοὶ οὗτοι* (sc. *ἡμίοποι*) *ἐλάσσονες τῶν τελείων. Αἰσχύλος γοῦν κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίονι φησὶ*

Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα
ταχέως ὁ μέγας καταπίνει.

εἰσὶ δ' οἱ αὐτοὶ τοῖς παιδικοῖς καλουμένοις, οἷς οὐκ οὖσιν ἐναγωνίοις πρὸς τὰς εὐωχίας χρῶνται. Vs. 1. correxit Porso (Adv. p. 74.) *καὶ τὸν ἐλάσσω.* Delevit haec verba Bothius. Respexit huc Pollux. VI, 161. *καὶ ἡμίοπον αὐλὸν* (εἴρηκε) *Αἰσχύλος.* Locum Schweighaeuser sic bene explicuit: „metaphora, qua usum esse Aeschylum Athenaeus ait, in eo posita videtur, ut, quod in *ἡμιόπῳ* minori tibia usu venit, ut sonus eius a maiori obruatur et quasi absorbeatur, id generatim ad alia omnia transferri posse significaverit poeta dixeritque ubique *„quod minus sit id a maiori obscurari et quasi deglutiri.“* Cf. Hesych. *ἡμίοποι οἱ μὴ τέλειοι αὐλοί· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων μὴ τελείων.*

III. (83.)

Stob. CXXI, 16. *Αἰσχύλου Ἰξίονος.*

Βίου πονηροῦ θάνατος εὐκλεέστερος.

Haud dissimile est fgm. 334.

IV. (86.)

Cram. An. Gr. Oxon. I. p. 62, 12. *Αἰσχύλος Ἰξίονι·*

πρευμενὴς ἀλάστορος.

Similiter voce usus est Aeschylus in fgm. 401.

V. (87.)

Hesych. *Ἱερεῖτιν* (cod. *ἱερείτην*)· *καθαρμοῦ δεομένην, ἱκέτιν. Αἰσχύλος Ἰξίονι.* Dindorfius dedit *ἱερῖτιν.*

Ad hanc fabulam Pauwius, Droysenius et Welcker praeterea rettulerunt fgm. 382.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ad Iphigeniae historiam hoc drama pertinuisse ipse titulus documento est, nec dubitari poterit, si quidem recte fragm. I, ex quo Agamemnonem inter personas fuisse apparet, huc relatum est, quin in eo illa sint exposita, quae Aulide gesta sunt quaeque a Sophocle in *Iphigenia* (de qua infra), ab Euripide in *Iphigenia Aulidensi* sunt explicata. De tetralogia, ad quam viri docti Aeschyli fabulam referunt, vide *Θαλαμοποιούς* et *Ἱερείας*, de mysteriis in ea profanatis Eustratii verba (ad *Ἱερειῶν* argumentum adscripta.).

I. (88.)

Aristoph. Ran. 1270.

Κύδιστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανε παῖ.

Adnotat scholiastes: *Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος, ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί. Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Αἰσχύλου· Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας.*

II. (89.)

Schol. Soph. Ai. 722. *κυδάζεται*) *λοιδορεῖται, ὑβρίζεται ὑπὸ πάντων· καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀμύκῳ· „Ἄμυκε, μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν·“* (sic). *καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἰφιγενείᾳ*

Οὗτοι γυναιξὶ δεῖ κυδάζεσθαι· τί γάρ;

ἀρσενικῶς δὲ ὁ κόδος ἐπὶ τῆς ὕβρεως. Exscripsit haec Suid. v. *κυδάζεται*, apud quem tantummodo *οὗτοι γυναιξὶ κυδάζεται* legitur. Cf. Etym. M. p. 325, 6. *ἔστι κῦδος* (leg. *κύδος*) *ἀρσενικῶς καὶ σημαίνει παρὰ Συρακουσίοις τὴν λοιδορίαν. Ἀπὸ γοῦν τοῦ κῦδος* (leg. *κύδος*) *κυδάζω κυδάζομαι. καὶ „κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις.“ ἀντὶ τοῦ λοιδορεῖται· Σοφοκλῆς Αἴαντι* (vs. 722.). Consentiunt in prosodia Epicharm. ap. Athen. VI. p. 236. A. Apoll. Rhod. I, 1337. ad quem locum cf. schol. Adde Phot. p. 184, 1. *Κύδος, λοιδορία ἀρσενικῶς.* Schol. Aristoph. Nub. 616. Eustath. p. 790, 40. — De formula *τί γάρ;* cf. Blomfield. ad Agam. 263.

ΚΑΒΕΙΡΟΙ.

Huius dramatis argumentum ex Iasonis historia petitum fuisse apparet ex fragm. II et III; sed quum ad eandem etiam *Argo* te

Hypsipyle (et fortassis etiam *Lemnii*) pertinuerint, difficillimum est ad dicendum, quid in unaquaque earum repraesentaverit Aeschylus. Hanc quoque ob caussam dubium est, quod Welcker (Trilog. p. 311. Append. p. 100. Trag. Gr. I. p. 50. sq.), Droysenius (Aesch. II. p. 236.), Klausenius (Aesch. Choeph. p. 235.) statuunt, illas tetralogiae nexu inter se fuisse coniunctas: nec mirum, quod iidem de ordine, quo fabulae se exceperint, non modo non consentiunt, sed etiam Welcker sententiam in Tril. et App. l. c. prolatam nuper in Trag. Gr. l. c. sic mutavit, ut *Hypsipylen* primum, *Argonem* alterum, *Cabiros* tertium tetralogiae locum obtinuisse diceret. Ex *Cabirorum* nomine, quo chorus significatus esse videtur, probabiliter coniicias, scenam in insula Lemno fuisse; ibi enim Cabiri initio colebantur teste Herod. II. 51. cf. Lobeck. Aglaoph. p. 1202. sqq. Welck. Trilog. p. 155. sqq. Habet igitur, quo commendetur eorum sententia, qui in hoc dramate Iasonis et Hypsipyles nuptias, cui Cabiri tanquam convivae interfuerint, celebratas esse coniiciunt. Quae si vera est coniectura, respectis fragmentis fabulam inter satyricas referre vix dubitabis, quamquam iudicium in eiusmodi rebus facile falli potest.

I. (90.)

Athen. IX. p. 373. D. *ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα.* — — *καὶ Σοφοκλῆς* (fgm. 140.) — *Αἰσχύλος Καβείροις*

Ὄρνιθα δ' οὐ ποιῶ σε τῆς ἐμῆς ὁδοῦ.

II. (91.)

Athen. X. p. 428. F. *Ἐπεὶ καὶ τὸν Αἰσχύλον ἐγὼ φαίην ἂν τοῦτο διαμαρτάνειν. πρῶτος γὰρ ἐκεῖνος καὶ οὐχ, ὡς ἔνιοί φασιν, Εὐριπίδης παρήγαγε τὴν τῶν μεθυόντων ὄψιν εἰς τραγῳδίαν. ἐν γὰρ τοῖς Καβείροις εἰσάγει τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα μεθύοντας·* — — *ὡς ἱστορεῖ Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Αἰσχύλου. ἀγνοοῦσί τε οἱ λέγοντες πρῶτον Ἐπίχαρμον ἐπὶ τὴν σκηνὴν παραγαγεῖν μεθύοντα. μεθ' ὃν Κράτητα κτλ.* Cavendum est, ne inde, quod Athenaeus scripsit *εἰς τραγῳδίαν*, *Cabiros* tragoediam fuisse concludatur: nam ita scribere coactus fuit, quum poetas tragicos, ut e postremis verbis liquet, comicis opposuerit.

III. (92.)

Schol. Pind. Pyth. IV, 303. *Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον εἰσελθόντας σκάφος, καὶ Αἰσχύλος Καβείροις* (codd. *κίβηραις*.).

IV. (93.)

Plut. Quaest. Conviv. II, 1, 7. p. 632. F. *ποιεῖ δ' εὔχαρι σκῶμμα καὶ μέμψις ἐμφαίνουσα χάριν.* — — — *καὶ εἴ τις ἀντιστρέψας αἰτιῷτο τοὺς Αἰσχύλου Καβείρους*

Ὄξους σπανίζειν δῶμα

ποιήσαντας, ὥσπερ αὐτοὶ παίζοντες ἠπείλησαν, „tam benignam videlicet daturi vindemiam, ut gutta aceti non relinquatur in aedibus," addit interpres Latinus in edit. Paris. Duebneri. Sed rectius statueris Cabiros minitatos esse, se tantum bibere velle, ut ne acetum quidem remansurum sit. Stanleius Aeschylum scripsisse existimat: Ὄξους σπανίζειν δῶμα μὲν (malim τοὶ) ποιήσομεν. Ad eandem rem pertinet fgm. V.

V. (94.)

Phrynichus Bekkeri I. p. 115, 3. Τδρήρους πίθους καὶ οἰνηρούς. Αἰσχύλος Καβείροις (cod. καιείροις.). Versus, ex quibus haec petita sint, servavit Pollux. VI, 23. καὶ οἰνηρὸς θεραπὼν παρὰ Ἀνακρέοντι καὶ οἰνηρὸς παρὰ Κρατίνῳ· „οὐδ' ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται." καὶ Αἰσχύλος

μήτε κρωσσοὺς
μήτ' οἰνηροὺς μήθ' ὑδατηροὺς
λείπειν ἀφνειοῖσι δόμοισι.

Vs. 1. Blomfieldus correxit μηδ' αὖ. Vs. 3. librorum scripturam λιπεῖν emendavit Heathius. — Quo haec pertineant patet e fgm. IV.

Ad eandem fabulam Th. Bergkius refert fgm. 336.

ΚΑΛΛΙΣΤΩ.

Huius fabulae memoria nisi in vetere catalogo et uno Hesychii loco non servata est, itaque de argumento nihil potest dici, praeterquam quod ex ipso titulo coniicere licet, tractata esse a poeta, quae narravit Eratosth. Catast. 1. Ἄρκτος ἡ μεγάλη. Ταυτήν (Callistonis nomen supplerunt viri docti ex Apollod. III, 8, 2. Hygin. Poet. Astron. II, 1. III, 1. Schol. Germanic. 24.) Ἡσίοδός φησι Λυκάονος θυγατέρα ἐν Ἀρκαδίᾳ οἰκεῖν, ἐλέσθαι δὲ μετὰ Ἀρτέμιδος τὴν περὶ τὰς θήρας ἀγωγὴν ἐν τοῖς ὄρεσι ποιεῖσθαι, φθαρεῖσάν τε ὑπὸ Διὸς ἐμμεῖναι λανθάνουσαν τὴν θεόν· φωραθῆναι δὲ ὕστερον ἐπίτοκον ἤδη οὖσαν, ὀφθεῖσαν ὑπ' αὐτῆς λουομένην. ἐφ' ᾧ ὀργισθεῖσαν τὴν θεὸν ἀποθηριῶσαι αὐτήν, καὶ οὕτως τεκεῖν ἄρκτον γενομένην τὸν κληθέντα Ἀρκάδα. οὖσαν δ' ἐν τῷ ὄρει θηρευθῆναι ὑπὸ αἰπόλων τινῶν καὶ παραδοθῆναι μετὰ τοῦ βρέφους τῷ Λυκάονι. μετὰ χρόνον δέ τινα δόξαι εἰσελθεῖν εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄβατον ἱερόν ἀγνοήσασαν τὸν νόμον. ὑπὸ δὲ τοῦ ἰδίου υἱοῦ διωκωμένην καὶ τῶν Ἀρκάδων καὶ ἀναιρεῖσθαι μέλλουσαν διὰ τὸν εἰρημένον νόμον ὁ Ζεὺς διὰ τὴν συγγένειαν αὐτὴν ἐξείλετο καὶ ἐν τοῖς ἀστροῖς αὐτὴν ἔθηκεν. Ἄρκτον δὲ αὐτήν ὠνόμασε διὰ τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ σύμπτωμα. Ad. Schoellius

(Tetral. Trag. I. 1. p. 8.) fabulam satyricam fuisse dicit, sed mihi illud argumentum eiusmodi videtur, ut, sicut plura alia, et in tragoedia et in dramate satyrico explicari potuerit.

I. (95.)

Hesych. *Πανίας βήσσας· ὡς ἀπὸ* (cod. *ἐπὶ*) *τοῦ Πανός. Αἰσχύλος Καλλιστοῖ.* Hinc corrigendus Phot. p. 377, 19. *Πανίας αἶσα· ἀπὸ τοῦ Πανός.*

ΚΑΡΕΣ = ΕΥΡΩΠΗ.

In vetere catalogo extat titulus *Κᾶρες ἢ Εὐρώπη* Stephani Byz. auctoritate (fgm. II.) firmatus, ex quo tamen cave coniicias, fabulam a poeta dupliciter inscriptam fuisse. (Vide quae ad Sophoclis Niptra monuimus.) Rectius ex eo divinaveris, in dramate expressam fuisse notissimam illam historiam, quam de Iove in taurum mutato deque Europa virgine, Agenoris filia, ab illo rapta narrant Eratosth. Catast. 14. Apollod. III, 1. Ovid. Met. II, 845. sq. Art. am. I. 323, alii. Sunt quidem, qui, quum Agenorem Phoenicum regem fuisse et Europam in Cretam insulam transiectam legerint, *Carum* chorum ab isto argumento alienum iudicent: sed aliter haud dubie sentient, si ex Athenaeo (IV. p. 174. F.) Phoenicen nonnunquam etiam Cariam esse appellatam didicerint. Nam vix potest dubitari, quin idem fecerit Aeschylus. Quae si recte disputata sunt, probari nequit Welckeri (Append. Tril. p. 311.) opinio per se non admodum credibilis, Europam fugientem incidisse in satyros, qui se Caros esse simulaverint et virginem amore persecuti sint. — De ratione, qua Aeschylus argumentum tractaverit, in tanta fragmentorum paucitate iudicare non licet: itaque non pro certo affirmaverim, quod plerisque certum videtur, fabulam fuisse satyricam.

I. (96.)

Stob. LI, 26. *Αἰσχύλου Καρῶν·*

Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ
ἀεὶ τὰ λῷστα πάντα τἀνθρώπων στρατοῦ.

Sic e libris dedit Gaisfordus nisi quod *τ' ἀνθρώπων* scripsit. Sed quum in optimo libro Vindob. (teste Gaisfordo ad calcem Stob. Eclog. p. 880) sit *πάντα τἀνων*, quodammodo ingeniosa Valckenari coniectura firmari videtur in Diatr. Eurip. p. 225. haec scribentis: „Redeat vox *ἀνθρώπων* in suum compendium *ανων*. Alicubi *μῶν* in Euripidis versu mutatum fuit in *νῶν*: hic *ανων* mutetur in *ἀμῶν*, *metens*, de Marte homicida, qui demetit ense suo praestantissimos quosque. Dici certe potuit: *χαίρει γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμῶν στρατοῦ.*

Sed φιλεῖ requirit ἀμᾶν: hoc igitur restituamus et suum Aeschylo versum trochaicum:

Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ.

i. e. *sed amat metere Mars semper optimos quosque ex exercitu.*" Ad sententiam suam confirmandam adiecit plura similia de Marte dicta poetarum. v. c. Soph. fgm. 677. Atqui vereor, ne ea ingeniosior quam verior sit. Primum non est, cur poetae pro senario versum troch. tribuamus: deinde male insertum est γὲ, neglecta vero (quum in cod. sit πάντα τἀνων, non πάντ' ἀνων) una syllaba; postremo, id quod gravissimum est, de sententia non recte statuisse videtur vir clarissimus. Stobaeus enim haec affert in capite περὶ τόλμης, in quo eiusmodi sententia nec legitur nec apte legi potuit. Nescio igitur, an poeta talem fere sententiam protulerit: „*Mars semper optimos quosque ex exercitu sibi eligere solet socios.*" et in hunc modum scripserit:

Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ
ἀεὶ τὰ λῷστα πάντα τἀνδρῶν ἐν στρατῷ.

Facile τἀνδρῶν ἐν in τἀνθρώπων corrumpi potuit. Erfurdt. ad Soph. Phil. 437. p. 223 proposuerat: παντὸς ἀνατρέπων, Dindorfius πάντ' ἀνατρέπων, uterque eandem atque Valckenarius sententiam secutus.

II. (97.)

Steph. Byz. Μύλασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Μυλάσου, τοῦ Χρυσάορος, τοῦ Γλαύκου τοῦ Σισύφου τοῦ Αἰόλου· λέγεται καὶ Μύλασος, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν ἢ Εὐρώπῃ. Optimus cod. Rhedig. habet Μύλασος, Voss. Palat. Μύλας.

ΚΕΡΚΥΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

In hoc dramate, quod satyricum fuisse Hesychii testimonio constat, haud dubie ea erant expressa, quae de Cercyone, Vulcani vel Neptuni filio tradit Diod. Sic. IV, 59, 5. Ἀνεῖλε δὲ καὶ (sc. ὁ Θησεὺς) περὶ τὴν Ἐλευσῖνα Κερκυόνα (ita, non Κερκύονα scribendum esse docet Arcad. p. 15, 27.) τὸν διαπαλαίοντα τοῖς παριοῦσι καὶ τὸν ἡττηθέντα διαφθείροντα. cf. Plut. vit. Thes. 11. Paus. I, 5, 2. Ovid. Met. VII, 439. sq. Hygin. fab. 38. 187. Stat. Theb. XII, 576. Similia argumenta tractarunt Sophocles in Amyco et Salmoneo, Euripides in Busiride, Theristis, Scirone, Syleo, quod Ahrentis causa moneo de argumento isto dubitantis.

I. (98.)

Pollux. X, 175. εἶεν δ' ἂν καὶ ἀμφωτίδες ἐκ τῶν σκευῶν, Πλάτωνός τε εἰπόντος καὶ ἐν Κερκυόνι Αἰσχύλου

ἀμφωτίδες τοι τοῖς ἐνωτίοις πέλας.

cf. Pollux. II, 83. — *καὶ νεὼς δὲ ἐπωτίδες ὠνομάζοντο καὶ ἀμφωτίδες. ἐνώτια ὁ κόσμος ὁ ἐν τοῖς ὠσὶν.* Etym. M. p. 93, 12.

II. (99.)

Hesych. *Ἄμβωνες· αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν. Αἰσχύλος Κερκυόνῃ* (cod. *Κερκύονι.*) *καὶ Σισύφῳ.* Huc respexit Erotian. p. 86. *Καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι ἄμβωνας τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Αἰσχύλος.* Consentiunt Ael. Dionys. apud Eustath. p. 1636, 10. Etym. M. p. 81, 8. *Ἄμβων· κυρίως δὲ ἄμβων τὸ χεῖλος τῆς λοπάδος παρὰ τὸ ἐν ἀναβάσει εἶναι· οἷον· „πολλῶν ἤδη λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.“ λέγονται δὲ καὶ ὀρεινοὶ καὶ ὑψηλοὶ τόποι.* Similiter 597, 49. Gud. p. 43, 33. ubi vitiose *ἄμβρων* scribitur. Zonar. p. 142. 146. ubi male *ἄμβρων.* Phryn. Bekkeri p. 12, 4. cf. Meinek. Poet. com. II. p. 440. — Sunt fortasse, qui ipsa verba

— — *πολλῶν ἤδη λοπάδων*
τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.

Aeschyli esse dicant, nec proferri ea aptissime de Hercule, voracitatis quasi exemplo, potuisse negaverim: sed quum Hesychius et Erotianus, qui ad Aeschylum respexerunt, vocem verbis *τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις* interpretati sint, illorum sententia probari nequit.

III. (100.)

Hesych. *Ἀπεψύχη* (cod. *ἀπεψύχει*)· *ἀπεπνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκυόνι σατυρικῷ* (cod. *κερκυόνησατυρικῶ*).

IV. (101.)

Hesych. *Ἀτίσεις· ἀτιμάσεις. Αἰσχύλος Κερκυόνι.* Cf. Theogn. 819. Welck.

V. (102.)

Hesych. *Εὐλήματεῖ* (cod. *εὐλήματι*). *λήματος καὶ ἀνδρείας εὖ ἔχει. Αἰσχύλος Κερκυόνι* (cod. *Κερκυόνῃ*) *σατυρικῷ.*

VI. (103.)

Harpocr. p. 134, 24. ed. Bekk. *Ὄρον, σκεῦός τι γεωργικὸν, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Διοκλέους ὑποσημαίνει. μήποτε μέντοι τὸ ὄρον. παρά τε Αἰσχύλῳ ἐν Κερκυόνι* (cod. *Κεραυνῶνι*) *καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν δευτέρᾳ Ἐπικλήρῳ σημαίνει ξύλον τι, ᾧ τὴν πεπατημένην σταφυλὴν πιέζουσιν.* Haec excerpserunt Suid. v. *ὄρον* et Phot. p. 349, 18. omisso autem fabulae nomine. Lignum illud, quod Harpocratio *τὸ ὄρον* appellatum esse tradit, Pollux. VII, 150. X, 130. *τὸν ὄρον* dicit.

ΚΗΡΥΚΕΣ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Quale huius fabulae fuerit argumentum neque ex fragmentis neque ex titulo liquet. Valde enim obscurum est, qui fuerint praecones, quos poeta introduxit. Casaubonus intellexit *praecones sacrorum administros*, de quibus Athen. XV. p. 660. A. Ὅτι δὲ σεμνὸν ἦν ἡ μαγειρικὴ μαθεῖν ἔστιν ἐκ τῶν Ἀθηναίων κηρύκων. οὔδε γὰρ μαγείρων καὶ βοντύπων ἐπεῖχον τάξιν, ὥς φησι Κλείδημος ἐν Πρωτογονίας πρώτῳ. Ὅμηρός τε τὸ ῥέξειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει, τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν. καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον. ἔδρων δ' οἱ κήρυκες ἄχρι πολλοῦ βουθυτοῦντες, φησὶ, καὶ σκευάζοντες καὶ μιστύλλοντες, ἔτι δ' οἰνοχοῦντες. κήρυκας δ' αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὠνόμαζον. ἀναγέγραπταί τε οὐδαμοῦ μαγείρῳ μισθὸς, ἀλλὰ κήρυκι. cf. Hom. Od. α'. 146. sq. Ahrens e fragmentis apparere dicit, Herculem esse facetiis ob inexpletam famem traductum : sed equidem nihil eiusmodi in iis detegere possum. Nam inde quod in fragm. III pellis leoninae et in fgm. VI leonis mentio facta est, nondum sequitur, ut Hercules introductus fuerit. Quod si ex illis fragmentis certo concludi posset, haud improbabilis esset coniectura, hanc fabulam non diversam a *Leone* fuisse. (Vid. infra.) Ac facile fieri potuit, quum Κήρυκες et Λέων in catalogo se excipiant, ut particula ἤ, qua has fabulas non differre significatum erat, exciderit.

I. (104.)

Pollux IX, 136. φαῦλον γὰρ τὸ λογγάζειν ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου. Eodem respexit Phot. p. 228, 22. Λογγάσω. στραγγεύσομαι· ὃ ἡμεῖς λαγγάσω καὶ λαγγονεύσω λέγομεν. Αἰσχύλος. Quae post Aeschyli nomen sequuntur verba δὲ ἐξ ὧν τὰ ἀπογεῖα δοῦσιν (leg. δέουσι ex Hesych.) λογγάσια, recte monuit Butler alius glossae fragmentum esse, qua de v. λογγῶνες agebatur. cf. Etym. M. p. 569, 42. Λογγῶνες δὲ καλοῦνται οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων τρητοὶ λίθοι· οὓς τρυπῶσιν, ἵν' ἐξαρτῶσι τὰ σχοινία νεῶν ἐξ αὐτῶν. τοὺς δὲ τοιούτους λίθους καὶ λογγάσια ἔλεγον. Hesych. Λογγάσια· ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια δέουσιν τῶν νεῶν. De voce λογγάζειν cf. Phryn. Bekkeri 50, 51. Λογγάζειν· τὸ διαδιδράσκειν τὸ ἔργον, προφασιζόμενόν τινα πρόφασιν. καὶ τοῦτο Ἀριστοφάνης τίθησιν ἐπὶ ἵππων προσποιουμένων χωλεύειν. Hesych. v. λαγγάζει et λογγάζει.

II. (105.)

Pollux. X, 68. Μήποτ' οὖν βέλτιον στενόστομον αὐτὸ (sc. τὸ κυρίλλιον, quod Teleclides σύστομον appellavit) καλεῖν, εἴρηται δὲ τοὔνομα ἐπὶ ἀμφόρεως ἐν σατυρικῷ δράματι Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου

στενόστομον τὸ τεῦχος.

III. (106.)

Pollux X, 168. Φαίης δ' ἂν καὶ σίσυρναν, Αἰσχύλου μὲν ἐν Κήρυξι σατύροις λέγοντος

κατὰ τῆς σισύρνης τῆς λεοντέας.

Σοφοκλῆς δ' (fgm. 386.) — Sic locum dedit Bekker. — Toupius (Emendat. II. p. 166.) comparato Hesychii loco *Λεόντειος δορά· τὸ δέρμα αὐτοῦ.* versum voce *δορᾶς* explevit.

IV. (107.)

Antiattic. Bekkeri I. p. 102, 14. *Κακοποιεῖν. Αἰσχύλος Κήρυξιν.*

V. (108.)

Id. I. p. 109, 22. *Νοσσόν· χωρὶς τοῦ ε. Αἰσχύλος Κήρυξιν.* cf. Lobeck. ad Phryn. p. 206. Alibi poeta habet *νεοσσός*: v. c. Sept. 485. Ag. 799. Choeph. 254. 494.

VI. (109.)

Phot. p. 477, 11. *Πυρσοκόρσου λέοντος. Αἰσχύλος ἐν Κάρυξι* (sic) *σατύροις.* cf. Hesych. *Πυρροκόρσου λέοντος· πυρροκεφάλου, ξανθοτρίχου.*

ΚΙΡΚΗ ΣΑΤΥΡΙΚΗ.

In vetere Aesch. fab. catalogo legitur *Κέρκοι σατυρικοί*, quod ex Hesychio correctum est. Argumentum dramatis haud dubie petitum fuit ex iis, quae Homerus in libro X Odysseae tradidit: sed qua ratione fuerit conformatum, propter fragmentorum paucitatem et exilitatem dici nequit.

I. (110.)

Hesych. *Αὐτόφορβος· αὐτόφαγος. Αἰσχύλος Κίρκῃ.*

II. (111.)

Hesych. *Ζυγώσω· δαμάσω, κλείσω, καθέξω. Αἰσχύλος Κίρκῃ σατυρικῇ.* (cod. *Κιρκησατυρι*). cf. Phot. p. 55, 8. *Ζυγώσω· καθέξω, δαμάσω.*

III. (112.)*

Huc referendum esse suspicor versiculum, quem sine poetae et fabulae nomine affert Etym. p. 592, 33. *Μῶλυ· εἶδος βοτάνης, ὅπερ δέδωκεν Ὀδυσσεὺς τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ καὶ ἀποκατέστησεν αὐτοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ἀλλοιώσεως τῆς Κίρκης, παρὰ τὸ μωλύειν (τουτέστι πραῦνειν καὶ καταστέλλειν) τὰς φθοροποιοὺς ἐννοίας. Μωλύνειν δέ ἐστι τὸ ἀμβλῦναι καὶ κωλῦσαι, ἀπὸ τοῦ μὴ ὀλλύειν ἢ ἀπὸ τοῦ κωλύειν.*

ἔχων μὲν ἐν τῇ χειρὶ μῶλυ.

ἀντιφάρμακον γὰρ δέδοται. cf. Hom. Od. X, 305. Ovid. Met. XIV. 291. Verba in nuncii narratione locum habuisse videntur.

Κ Ρ Η Σ Σ Α Ι.

Quod huius fabulae fuerit argumentum, neque ex fragmentis concludi neque ex titulo divinari potest. O. Mueller (ap. Welck. Trag. Gr. p. 57.) et Hoeckius (III. p, 289.) vero idem fuisse coniecerunt, quod Sophocles in *Μάντεσι* (vid. infra), Euripides in Polyido repraesentaverit. Cui opinioni favere videtur fgm. 1. collat. cum Soph. fgm. 368, quamquam non valde refragabor, si quis poetam argumentum tractasse dicat eius simile, quod Euripides in *Cressis* expressit.

I. (113.)

Athen. II. p. 51. D. (praemisso fgm. 253. pergit:) ἐν δὲ Κρήσσαις καὶ τὰ τῆς βάτου

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις
καὶ μιλτοπρέπτοις βρίθεται ταὐτοῦ χρόνου.

cf. Eustath. p. 1254, 24. Παραγωγὴ δὲ αὐτοῦ μείρω μερῶ μέμορκα, μέσος μέμορα, ἐξ οὗ μέμορμαι, μέμορσαι, ὅθεν ὁ μόρσιμος κατ' ἀναλογίαν τῶν διὰ τοῦ ιμος παραγωγῶν, ὧν τινὰ καὶ διὰ τοῦ χιμος καινότερον παράγονται. οὕτως Αἰσχύλος πέπλους μελαγχίμους φησίν. ἕτερος δέ τις μελάγχιμα συκάμινα ἐν τῷ

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις

ὅπερ ἐστι μέλασι·

καὶ μιλτοπρέπτοις (ἤγουν ἐρυθροῖς) βρίθεται ταὐτοῦ χροιᾷ (sic).

Dubitari potest, utrum Eustathius, quae Brunckii (ad Aesch. Pers. 299.) sententia est, verba *πέπλους μελαγχίμους*, quae in Euripidis Phoenissis (vs. 238) leguntur, errore Aeschylo tribuerit, an re vera, in qua sententia Butler fuit, locum Aeschyli (Choeph. 11, ubi est *φάρεσιν μελαγχίμοις*) ante oculos habuerit, sed ex memoria non recte citaverit. Certe eum de altero loco errasse praeter Athenaeum testis est Pollux VI, 46. ταῦτα δὲ (sc. τὰ συκάμινα) καὶ μόρα Αἰσχύλος ὠνόμακεν, τὰ ἄγρια οὕτως ὀνομάσας τὰ ἐκ τῆς βάτου.

II. (114.)

Hesych. Ἀτόπαστον· ἀνείκαστον. τοπάζειν γὰρ τὸ εἰκάζειν· καὶ τὸ ὑποτοπῆσαι δὲ ἐνθένδε λέγεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις. Utrum Hesychius ἀτόπαστον an ὑποτοπῆσαι apud Aeschylum invenerit dubitari potest.

III. (115.)

Hesych. *Αὐτορέγμονος πότμου, ὃν ἑαυτῷ* (cod. *ὅσον ἑαυτὸν*) *ἔρεξε· [καὶ καθευθὺς ἑαυτορέγμονος, παρὰ τὸ ὀρέγειν τὴν χεῖρα.] Αἰσχύλος Κρη.* Sic codex, unde Musurus effinxit *Κίρκῃ*, Dindorfius *Κρήσσαις*.

IV. (116.)

Hesych. *Ἐπιξενοῦσθαι· μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι· Σοφοκλῆς* (fgm. 151.) *καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις.*

V. (117.)

Phot. p. 430, 24. *Πισσοκωνήτῳ πυρί· τῷ εὐκαύτῳ· ἐπεὶ τὰ καιόμενα πίσσῃ χρίεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις.* cf. Hesych. v. *πισσοκωνήτῳ πυρί. πίσσῃ χρίουσιν ἵνα τάχιον κατακαίηται· κωνῆσαι δέ ἐστι τὸ περιενεγκεῖν.* Id. v. *Κωνῆσαι·* (cod. *κωνεῖσαι.*) *πισσοκοπῆσαι καὶ κύκλῳ περιενεγκεῖν. καὶ πισσωκώνητον μόρον λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν. Αἰσχύλος Κρήσσαις καὶ Κρατῖνος.* (Cod. *αἰσχύλος καὶ κρατῖνος κρήσαις.*) Nisi forte Aeschylus utraque locutione, *πισσοκωνήτῳ πυρί* et *πισσωκώνητον μόρον* usus est, apud Photium et Hesych. pr. l. corrigendum erit *πισσοκωνήτῳ μόρῳ*.

K Y K N O Σ. *

Cycnum viri docti Aeschylo tribuunt propter Aristophanis (Ran. 963.) verba, quibus Aeschylus reprehenditur:

Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

Ex quibus sane Cycnum in aliqua fabula introductum esse apparet, sed utrum fabula eius nomine inscripta fuerit non liquet.[4]) Welcker (Tril. p. 544) quidem hoc propterea veri simillimum esse dicit, quia inter Troicas Aeschyli fabulas nobis cognitas nulla sit, in qua Cycnus in scenam produci potuerit: sed equidem hoc non tam praefracte negaverim, quum de fabularum argumentis haudquaquam satis constet; verum etiamsi constaret, Cycnus tamen in perdita quadam fabula introductus esse potuisset. Omnino autem ea de re difficillimum est ad recte iudicandum, quum nesciamus, quis fuerit ille Cycnus ab Aeschylo inductus. Quattuor enim vel quinque commemorantur Cycni. Primus, Martis et Pyrenes filius: ad Echedorum, Macedoniae flumen ab Hercule interfectus est: quem quum Mars ulcisci coepisset, fulmine immisso Iupiter certamini finem imposuit. cf. Apollod. II, 5, 11, 3, Hygin. fab. 31. — Alter Cycnus, Martis et Pelopeae filius, immanitate insignis, quippe quum peregrinorum, quotquot eum adibant, capita abscinderet iisque Marti templum ex-

[4]) Cf. p. 59. adnot. 5.

strueret (cf. schol. Pind. Ol. II, 82. XI, 15.), pariter ab Hercule occisus est. (cf. Pind. Ol. XI, 15. Eur. Herc. f. 390. sq. Apollod. II, 7. 7, 5. — Tertius, Stheneli filius, ob nimium dolorem, quo infelicem Phaethontis sortem prosecutus est, a Iove in olorem mutatus esse fertur. cf. Ovid. Met. II. 367. sq. — Quartus idemque omnium notissimus, Neptuni filius, insulae Tenedi regnum tenebat et foedere cum Troibus icto cum Hectore Graecos a litore arcere conabatur, quum classem ad Troiam appulerant. Ubi quum Graeci vehementer premerentur, Achilles auxilio venit et manus cum Cycno conseruit. Uterque autem quippe divina stirpe oriundus ferro vulnerari non poterat: quare Achilles eum terrae affixit et galeae vinculis adductis suffocavit. cf. Ovid. Met. XII, 64. sc. Tzetz. Anteh. 257. sq. Athen. IX. p. 393. D. sq. Dict. Cret. II. 12. — Si Aeschylus primum vel secundum Cycnum sibi elegit, fabula haud dubie satyrica fuit; sin tertium vel quartum, tragoedia.

- ΚΩΠΕΥΣΤΗΣ. Vide ΑΡΓΩ.

ΛΑΙΟΣ.

Hanc fabulam primum locum in tetralogia, in qua fuit Septem ad Thebas, obtinuisse apparet ex huius dramatis didascalia, quam e cod. Mediceo publici iuris fecit I. Franzius (Berol. 1848.). In ea enim haec leguntur: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγένους* (*Θεαγενίδου* correxit Franzius) *Ὀλυμπιάδι* $\overline{\text{οη}}$. *ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ· δεύτερος Ἀριστίων* (*Ἀριστίας* Franzius) *Περσεῖ, Ταντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός. τρίτος Πολυφράσμων* (*Πολυφράδμων* Franz.) *Λυκουργίᾳ τετραλογίᾳ.* Idem coniecerat olim G. Hermannus (de compos. tetral. p. 11. Opusc. II. p. 314. sq.), postea vero (de Aesch. tril. Theb. p. 3. Opusc. VII. p. 191.) Welckero aliisque obloquentibus hanc sententiam abiecit. Sed omissis iis, quae viri docti de fabularum ex historia Thebana petitarum compositione olim coniecerunt, de Laii argumento videamus necesse est. Quod partim ex fgm. I., partim e titulo divinare licet. Illud enim quum ad infantem exponendum pertineat, veri est simillimum, in dramate actum esse de Oedipo interficiendo, quem contra oraculi iussum Laius genuerat. cf. Apollod. III, 5, 7. Diodor. IV, 64. Hygin. fab. LXVI. Auctor. argum. Eurip. Phoeniss.

I. (118.)

Schol. Ven. Aristoph. Vesp. 218. *ἐγχυτριεῖς· ἀπο τῶν ἐκτιθεμένων παιδίων ἐν χύτραις. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ καὶ Αἰσχύλος Λαΐῳ* (cod. λαξω) *καὶ Φερεκράτης.* cf. Schol. Aristoph. Ran. 1190. *τὸ δὲ ἐν ὀστράκῳ, ἐπεὶ ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ*

παιδία. διὸ καὶ χυτρίζειν ἔλεγον. Etym. M. p. 313, 39. ἐγχυτρίζειν· τὸ ἀποκτείνειν. ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς χύτραις ἐκτιθεμένων βρεφῶν.

II. (119.)

Hesych. Ἀράχνου, ἀπ' εὐθείας ὁ ἀράχνης. Αἰσχύλος Λαΐῳ. Cf. Etym. M. p. 134. fin. ἀράχνης· παρὰ τὸ ἀναρριχᾶσθαι. ἢ παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν ἀπὸ τῆς τῶν ποδῶν ἀραιότητος. Ἡσίοδος (Opp. 777.). ἀρσενικῶς λέγεται τὸ ζῶον, ἀράχνη δὲ τὸ λεπτότατον ὕφασμα τοῦ ἀράχνου. ἢ παρὰ τὸ εἰς τὸν ἀέρα αἴρειν τὰ ἴχνη. Ammon. de diff. voc. p. 24. Valck. Suid. s. v. Soph. fgm. 273.

Praeterea ad hanc fabulam rettulit Th. Gataker (Adv. Misc. p. 529. B.) fgm. 297. et versus quosdam, quos sine auctoris nomine servavit Clem. Alex. Strom. II, 15. p. 462. P. sed eos ex Euripidis Chrysippo ductos esse suo loco docuimus. cf. Eurip. fgm. 829. 830.

ΛΕΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Argumentum huius fabulae, cuius memoriam veteri catalogo et Stephano Byz. debemus, nescio an haustum fuerit ex iis, quae memoriae tradidit Apollod. II, 5, 1. Nam de portento quodam actum esse, quod viatoribus interitum paraverit, e Stephani loco intelligitur. Summa igitur fabulae in interficiendo vel capiendo leone Nemeaeo posita fuisse videtur, cui rei satyri eodem modo interfuerunt, quo in Euripidis Cyclope in excaecando Polyphemo occupati sunt. Quo timidiores enim ipsi erant, eo magis Herculem exhortati esse videntur. — Ab hac fabula vide ne diversa non fuerit Κήρυκες.

I. (120.)

Steph. Byz. v. Χώρα: — — ὅθεν τὸ χωρίτης — (allatis Sophoclis fgm. 22 et 217. pergit:) καὶ Αἰσχύλος ἐν Λέοντι σατυρικῷ

Ὁδοιπόρων δήλημα, χωρίτης δράκων.

ΛΗΜΝΙΟΙ.

In vetere catalogo extat titulus Λήκνιοι, quem haud dubie recte in Λήμνιοι mutarunt viri docti. Sed quid fabula sic inscripta con-

tinuerit, haud facile dixeris. Dubitari enim potest, utrum ad Hypsipyles et Argonautarum historiam, sicut Sophoclis Lemniae, an Welckero (Trag. Gr. p. 29.) auctore ad Philoctetae res referenda sit. Non mirum igitur, quod Ahrens *Λήμνιαι* corrigendum fabulamque ab Hypsipyla non diversam esse, Welcker autem servato titulo *Λήμνιοι* a Philocteta non differre censet.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Hanc fabulam ad Lycurgiam tetralogiam pertinuisse constat testimonio schol. Aristoph. Thesm. 135. (fgm. 54.): sed quale eius fuerit argumentum neque hinc neque ex fragmentis cognoscitur. G. Hermannus (de Aesch. Lycurg. p. 18. Opusc. V. p. 22. sq.), quum absonum ei videretur, virum insignem, cuius adversi casus modo miseratione atque horrore spectatorum animos implessent, inter satyrorum ioculares lusus petulantemque lasciviam in scena conspici, Lycurgum in hac fabula dei loco habitum et simul cum Dionyso a Thracibus cultum esse coniecit, testibus usus Auct. Rhesi vs. 970. sq. Strabo X, 3. p. 471. *καὶ τὸν Διόνυσον δὲ καὶ τὸν Ἡδωνὸν Λυκοῦργον συνάπτοντες εἰς ἕν, τῶν ἱερῶν τὴν ὁμοιοτροπίαν αἰνίττονται.* (integrum attulimus locum ad fgm. 53.) Nonn. Dionys. XXI, 155. sqq. Quae coniectura si vera est, haud inepte ad Lycurgum, deum agrestum factum, referas vini hordacei (fgm. I.) inventionem.

I. (121.)

Athen. X. p. 447. B. *τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτον τινὲς καλοῦσιν. ὡς Σοφοκλῆς* (fgm. 566.) — — *μνημονεύει τοῦ πώματος Αἰσχύλος ἐν Λυκούργῳ·*

Κἀκ τῶνδ' ἔπινες βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ,
κἀσεμνοκόμπει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ στέγῃ.

Vs. 1. libri *τῶν δ' ἔπινες*, Laur. *ἔπεινε*, quod Dindorfium commovit, ut *ἔπινε* scriberet. Vs. 2. in codd. est *καὶ σεμνοκόπτει*, quod correxit Lobeck. ad Phryn. p. 416. Multa in his versibus offensioni sunt: primum quo spectet *ἰσχναίνων*, *arefaciens*, non apparet; deinde solitaria fere est dictio *ἀνδρεία στέγη*; postremo mirum est, quod vs. 2. ad aliud subiectum pertinere videtur. Quas difficultates removit G. Hermannus l. c. p. 28. hac emendatione:

κἀκ τῶνδ' ἔπινες βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ,
κἀσεμνοκόμπει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ στέγῃ.

h. e. *ex his bibebas zythum tempore aridis, atque in virtute hoc iactitabat domus.* „Colloquitur nescio quis, inquit ille, cum Lycurgo:

qui quum ἐκ τῶνδε dicit, vel calvas intelligit vel utres ex coriis factas hospitum, quos occidisset Lycurgus: quorum ille dissecta membra postibus domus suae affigere consueverat. Hinc quod ille sic de more capita et pelles arefaceret, tempore praesente dictum ἰσχναίνων; quod autem in fronte domus arescerent, tecta hanc crudelitatem in virtutis loco cum iactatione testari dicuntur. Ipse eam feritatem iactat Lycurgus ap. Nonn. XX, 311. et pluribus in illa oratione."

II. (122.)

Schol. Aristoph. Equ. 1150. (allato Soph. fgm. 467. pergit:) *Αἰσχύλος ἐν Λυκούργῳ ἀλληγορικῶς τοὺς δεσμοὺς κημοὺς εἴρηκε διὰ τούτων*

καὶ τούσδε κημοὺς στόματος.

III. (123.

Schol. Soph. OC. 674. *Ἀνέχουσα κισσόν· ὑπὲρ ἑαυτὴν ἔχουσα τὸ φυτὸν, ἄνω ἔχουσα τὸν κισσόν· ὡς ἐν Λυκούργῳ Αἰσχύλος·*

ἄκουε δ' ἄν' οὗς ἔχων.

Suid. et Phavorin. *ἄν' οὗς ἔχων, ἀντὶ τοῦ ἄνω τὸ οὗς ἔχων.* Butler correxit: *ἄκου' ἄν' οὗς ἔχων*, Dindorfius maluit *ἄκουε δ'* in versus fine poni. Sed recte haec G. Hermannus l. c. p. 29. ex melico carmine petita videri monuit apteque comparavit Theogn. 883.

IV. (124.)

Hesych. *Ἀνούτατος· ἄτρωτος ἐκ χειρός· Αἰσχύλος Λυκούργῳ.* cf. Schol. Hom. Il. δ'. 540. Etym. M. p. 119. 52. *ἀνούτατος· ὁ ἀτραυμάτιστος παρὰ τὸ οὐτάζω.* De Hesychii loco sic disputavit Hermannus l. c. p. 29. „Non esset, opinor, sic interpretatus grammaticus, nisi adiectum fuisset aliquid, unde appareret proprie accipiendum esse vocabulum, ut apud Homer. Il. XI, 659, XVI, 25. Itaque quum idem Hesychius alibi posuerit: *ἄβλητος· ἄτρωτος ἐκ βέλους·* hoc quoque ex illo Aeschyli versu sumtum videtur, in quo scriptum fuisse puto: *ἄβλητος ὤν, ἀνούτατος· non vulneratus eminus, non comminus.*" Vereor ut Hermannus haec cuiquam persuadeat. Sed quum Hesychius scripserit: *ἄτρωτος ἐκ χειρός*, verba *ἐκ χειρος* vel similia ex ipsius poetae loco fluxisse veri est simillimum: ut Aeschylus *ἀνούτατος [μὲν ἐκ χερὸς, τετρωμένος | λόγοις δὲ κτλ.]* vel similiter scripserit.

V. (125.)

Schol. Theocr. X, 18. ad verba Theocr. „*μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία.*" haec adnotavit: *ἴσως οὖν ὁ Θεόκριτος τὴν ἰσχνὴν εἰπεῖν θέλων καὶ διεφθινηκυῖαν τοῦτο φησίν. ἢ τὴν ἐπιβλαβὲς καὶ χαλεπὸν ὁρῶσαν. Ἀρίσταρχος γὰρ ἐν ὑπομνήματι Λυκούργου Αἰσχύλου τὴν ἀκρίδα φησὶ ταύτην, εἰ προσβλέψει τινὶ τῶν ζώων, ἐκείνῳ κακὸν γίγνεσθαι. ἔστι δὲ χλωρὰ καὶ περιμήκεις τοὺς πόδας ἔχουσα καὶ λεπτούς, καὶ συνεχῶς αὐτοὺς κινοῦσα. — — ἢ ἡ σὴ ἐρωμένη ἡ ἐοικυῖα τῇ ἀκρίδι τῇ καλαμαίᾳ*

ὀνομαζομένη, τῇ πρὸς μαντείας ἐπιτηδείᾳ, περιβαλεῖται τὸν χρῶτά σου κατὰ τὴν νύκτα. τουτέστιν, ἡ ἰσχνὴ καὶ λεπτὴ καὶ μακρόσκελος (Herm. μακροσκελὴς) συγκοιμηθήσεταί σοι. Hinc G. Hermannus maxime propter extrema verba fgm. 56 restituendum esse opinatus est, in qua re eum errasse videri suo loco ostendimus: recte autem monuit, fortasse scholiasten verba ne recte quidem ad Lycurgum referre, quum non constet, utrum illud Aristarchi ὑπόμνημα Λυκούργου in solo Lycurgo constiterit neque etiam eorum aliquid explicare potuerit, quae in praegressis legerentur tragoediis, an universam tetralogiam complexum sit.

M E M N Ω N.

Huius fabulae aperte mentio non est facta [5]) nisi in vetere fab. Aesch. catalogo et apud Polluc. IV, 110. Bekk. ὁπότε μὴν ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ δέοι τινὰ τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ᾠδῇ, παρασκήνιον καλεῖται τὸ πρᾶγμα, ὡς ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου. εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παραχορήγημα ὀνομάζεται, καὶ πεπρᾶχθαί φασιν αὐτὸ ἐν Μέμνονι (legebatur olim Ἀγαμέμνονι, quod Bekker e cod. correxit.) Αἰσχύλου. Memnonis autem, Aethiopum regis, historiam tractavit Aeschylus etiam in Psychostosia: qua re factum est, ut alii viri docti Memnonem et Psychostosiam eandem fabulam, alii diversas quidem, sed eiusdem tetralogiae partes fuisse statuerent. Haec sententia ab Hermanno (de Aesch. Psychost. p. 6. Opusc. VII. p. 347.) maxime defensa alteri longe videtur praeferenda ac nuper a Welckero quoque (Trag. Gr. p. 29. 35.) est accepta, quum Memnonis historia sane eiusmodi sit, ut duabus fabulis materiam praebere potuerit. Nam vix potest dubitari, quin Aeschylus in tetralogia ea expresserit, quae Aethiopidis scriptor, Arctinus Milesius (ap. Proclum in Chrestom. p. 583. ed. Didot.) narravit. Μέμνων δὲ ὁ Ἠοῦς υἱὸς ἔχων ἡφαιστότευκτον πανοπλίαν παραγίνεται τοῖς Τρωσὶ βοηθήσων. καὶ Θέτις τῷ παιδὶ τὰ κατὰ τὸν Μέμνονα προλέγει, καὶ συμβουλῆς γενομένης Ἀντίλοχος ὑπὸ Μέμνονος ἀναιρεῖται. ἔπειτα Ἀχιλλεὺς Μέμνονα κτείνει. καὶ τούτῳ μὲν Ἠὼς παρὰ Διὸς αἰτησαμένη ἀθανασίαν δίδωσι,

---

[5]) De fabularum titulis nihil potest subsidii peti ex verbis Aristoph. Ran. 961. sq.

ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκουν
ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἀποσπάσας, οὐδ' ἐξέπληττον αὐτούς,
Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

Vehementer enim v. c. erret, qui ex eiusdem poetae verbis (Ran. 1043):

ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ Φαίδρας ἐποίουν πόρνας οὐδὲ Σθενεβοίας,

ab Euripide tragoediam *Phaedrae* nomine inscriptam compositam esse concludat. cf. Eurip. Fragm. p. 222. Ex illis verbis nihil aliud sequitur, quam in alia fabula Cycnum, in alia Memnonem ab Aeschylo introductum [illegible]

τρεφάμενος δ' Ἀχιλλεὺς τοὺς Τρῶας καὶ εἰς τὴν πόλιν εἰσπεσὼν ὑπὸ Πάριδος ἀναιρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ περὶ τοῦ πτώματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης Αἴας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζει, Ὀδυσσέως ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν. ἔπειτα Ἀντίλοχόν τε θάπτουσι καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Ἀχιλλέως προτίθενται. καὶ Θέτις ἀφικομένη σὺν Μούσαις καὶ ταῖς ἀδελφαῖς θρηνεῖ τὸν παῖδα. καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ τῆς πυρᾶς ἡ Θέτις ἀναρπάσασα τὸν παῖδα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομίζει. οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τὸν τάφον χώσαντες ἀγῶνα τιθέασι καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων Ὀδυσσεῖ καὶ Αἴαντι στάσις ἐμπίπτει. Quae si ab Aeschylo in tetralogia tractata sunt, probabilis est G. Hermanni l. c. sententia, in prima fabula *(Memnone)* Antilochum a Memnone, in altera *(Psychostasia)* Memnonem ab Achille, in tertia (cuius nomen se nescire fatetur Hermannus, Welcker l. c. autem *Nereïdes* fuisse existimat) Achillem ab Alexandro esse interfectum. Sed qua ratione poeta singulas fabulas conformaverit, plane incertum est. —

I. (126.)

Strabo. XV. p. 728. *Λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι. φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν.* cf. Choeph. 417. et Interprett. ad h. l. Dubito an pro *Αἰσχύλος* corrigendum sit *Σοφοκλῆς*. Nam ex Plutarcho et Polluce (vid. ad Psychostas.) apparet, in *Psychostasia* Memnonis matrem non mulierem Cissiam, sed deam Auroram introductam fuisse, nec poetam in *Memnone* rem aliter instituisse credibile est. Nisi forte igitur locus ad aliam quandam fabulam pertinuit, in qua Memnonis mater per occasionem memorata erat, Strabonem Aeschyli et Sophoclis Memnones inter se confudisse statuendum erit.

G. Hermannus praeterea huc refert fgm. 312. 385.; equidem huc pertinere etiam dixerim fgm. 395. 414. 421. et fortassis fgm. 22.

MYRMIΔONES.

Viri docti, qui Aeschyli fabularum reliquiis examinandis atque interpretandis operam dederunt, Welcker (Trilog. p. 415. sq.) G. Hermannus (de Aesch. Myrmid. etc. Lips. 1833. Opusc. V. p. 136. sq.), Droysenius (Aesch. II. p. 237. sq.), A. Schoellius (Tetral. Trag. 391. sq.), quamvis de singulis quibusdam dissentiant, tamen omnes in eo concordant, *Myrmidones*, *Nereides* et *Phryges* una tetralogia comprehensas et ab Attio Latine fuisse expressas. Cui sententiae sane et argumenti continuitas et fragmenta ipsa quodammodo favent: nam certe *Myrmidonum* et *Phrygum* reliquiae ita sunt comparatae, ut fabularum summas ex iis divinare possimus. Probabiliter igitur

Hermannus inde nexum tetralogiae, qua Aeschylus Iliadem in tragoedias convertit, paucis sic descripsit: „In *Myrmidonibus*, quantum colligi potest, Achilles, quum precibus et necessitate victus tandem Patroclum in proelium ire passus esset, isque esset ab Hectore occisus, mortuum deflebat. *Nereïdes* (cf. Il. XVIII — XXII.) pugnam Achillis, qui nova a matre arma accepisset, necemque Hectoris videntur continuisse. In *Phrygibus* (Il. XXIII. XXIV.) Priamus corpus filii ab Achille redemit.“ — Ad hanc fabulam haud dubie respexit Aeschylus Aristophanis (Ran. 1040.)

ὅθεν ἡμὴ φρὴν ἀπομαξαμένη πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν,
Πατρόκλων, Τεύκρων θνμολεόντων κτλ.

I. (127.)

Harpocr. p. 159, 7. ed. Bekk. *Προπεπωκότες· ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες· ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται. — ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος*

Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
δοριλυμάντους Λαναῶν μόχθους,
*οὓς * * εἴσω κλισίας.*

Versu 1 usus est Aristoph. Ran. 992, ad quem locum scholiastes adnotat: *ἔστι δὲ ἀρχὴ αὕτη Μυρμιδόνων Αἰσχύλου.* — Vs. 3. lacunam Blomfieldus (praef. ad Pers. p. XIV.) expleri iussit verbis *σὺ προπίνεις*; Heathius probabilius *προπεπωκώς* excidisse coniecit, cuius sententiam Hermannus amplexus in sequentibus *μίμνεις* vel *θάσσεις* vel talorum ludi commemorationem sequutam esse dicit, si quidem verum sit, quod scholiastes quidam ad Aristoph. Ran. 1400. *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.* adnotavit: *ἐκ Μυρμιδόνων· πεποίηκε γὰρ αὐτοὺς κυβεύοντας.* Verum his verbis nihil tribuendum esse non modo inde apparet, quod ea in optimis libris Rav. Ven. desunt, sed quod etiam versus *βέβληκ'* κτλ., qui olim inter Aeschyli Myrmidonum reliquias circumferebatur, ab alio scholiasta, Zenobio, Eustathio, Suida, Photio, Euripidi tribuitur. Cf. Eurip. fgm. 692.

II. (128.)

Aristoph. Ran. 1264.

Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ, τί ποτ' ἀνδροδαΐκτον ἀκούων
λήκοπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

Schol. adnot. *Εὐριπίδης ἐστὶ τὰ Αἰσχύλου λέγων· ἔστι δὲ ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου.* [*τοῦτο ἀπὸ τῶν πρέσβεων πρὸς Ἀχιλλέα* (Fritzschius ad Aristoph. Ran. 992. maluit: *τοῦτο πρὸς Ἀχιλλέα ἀπὸ τῶν πρέσβεων ὡς*) *Αἰσχύλος πεποίηκεν· ἔστι δὲ ἐκ Μυρμιδόνων. προφέρει καὶ Εὐριπίδης εἰς γέλωτα ἄλλα ἐξ ἄλλων δράματα συναγαγών. διὸ καὶ ἀσαφῆ, μίαν ἁρμονίαν οὐκ ἔχοντα.*] Et ad vs. 1266. *προφέρεται δὲ οὐκ ἐφεξῆς τὰ αὐτὰ μέλη αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἄλλο ἄλλοθεν, καὶ ἐπιλέγει τὸ λήκοπον,* [*κυρίως ἐκείνων τῶν στίχων ὄν, τοῦ Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ.*] Quae uncis inclusimus

verba in optimis libris Rav. Ven. desunt. Bene correxerunt Heathius et Hermannus:

Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ, τί ποτ', ἀνδροδάϊκτον ἀκούων,
ἰή,
κόπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

cf. Schol. Arist. Ran. 1275. *τινὲς ἀξιοῦσι τὸ ἰὴ ψιλοῦν, ὅταν μὴ ᾖ ἐν ὕμνῳ. ἐκεῖ γὰρ δασύνεται. ὡς ἐφυμνίῳ δὲ κέχρηται τῷ ἰήκοπον οὐ πελάθεις.* Etym. M. p. 469, 41. Suid. v. *ἰή*. Defendit vero *ἰήκοπον* et idem atque *ἰήϊον κόπον, lamentabilem planctum,* esse dixit Fritzschius ad Aristoph. Ran. 1264.; haud feliciter.

III. (129.)

Schol. Aristoph. Av. 1256. *τριέμβολον· πολλάκις ἐμβαλεῖν δυνάμενον. μήποτε δὲ καὶ πλοίου τις ἦν κατασκευή· καὶ γὰρ δεκέμβολον Αἰσχύλος εἶπε τὴν τοῦ Νέστορος ναῦν ἐν Μυρμιδόσιν.* Eadem habet Suid. v. *τριώβολον* sed omissis verbis *Αἰσχύλος εἶπε.* Hermannus haec et fgm. IV. ibi locum habuisse arbitratur, ubi de calamitate Graecorum aucta, imprimis de igni navibus iniecto expositum sit.

IV. (130.)

Schol. Aristoph. Pac. 1177. *ὥσπερ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών· ὡς φοινικὰ πτερὰ ἔχοντα δηλοῖ. ὅτι τοῦ παρ' Αἰσχύλῳ πολλάκις κληθέντος ἱππαλεκτρυόνος, ὃν ἀεὶ κωμῳδοῦσιν, ἐν Μυρμιδόσι μέμνηται.* — *Ἄλλως. ὁ Αἰσχύλος „ἀπὸ δ' αὖτε ξουθὸς ἱππαλεκτρυὼν στάζει κηρο....θεὶς τῶν φαρμάκων πολὺς πόνος.“ θέλει δὲ εἰπεῖν ὅτι πρῶτος φεύγει ὡς ἵππος καὶ ὄρνεον.* Sic cod. Venet. cf. Schol. Aristoph. Av. 799. *εἶτ' ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει κἄστι νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών· παρὰ τὰ γραφέντα ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου. λέγει δὲ ὅτι μέγας ὄρνις γέγονε καὶ οὐχ ὁ τυχών.* (Verba *παρὰ — Αἰσχύλου* tantummodo ad v. *ἱππαλεκτρυὼν* pertinere monuit Dindorfius.) Aristoph. Ran. 1030. sq.

ΔΙΟΝ. *Νὴ τοὺς θεούς, ἐγὼ γοῦν*
ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα
τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.
ΑΙΣΧ. *σημεῖον ἐν ταῖς ναυσίν, ὦμαθέστατ', ἐνεγέγραπτο.*

Adnotat schol.: *προείρηται ὅτι ἐκ τῶν Μυρμιδόνων ἐστὶν ἐπὶ νεὼς „ἐπὶ δ' αἰετὸς ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.“ τὸ δὲ ἵππος ἐπὶ τοῦ μεγάλου.* Extrema verba, nisi forte ex illis: *ἀπὸ δ' αὖτε* depravata sunt, sic videntur restituenda:

ἔπι δ' αἰετὸς [καὶ] ξουθὸς ἱππαλεκτρυών

Agebatur enim de picturis, quibus navis exornata erat. — Verba a schol. Arist. Pac. allata vero sic dedit Hermannus:

ἀπὸ δ' αὖτε ξουθὸς ἱππαλεκτρυών
στάζει, κριθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος.

praecessisse dicens vocabulum, quale χροία est, quo crasis fieret in ἀπό. Sed Hermannus ipse haec intelligi vix posse et στάζει, si πολὺς πόνος recte se habeant, ut ipse iste equigallus dictus sit *discretorum colorum multus labor*, ad aliquod e praegressis verbis referendum esse fassus est. Quam ob rem sic immutavit vs. 2: κριθέντων φαρμάκων πολὺν πόνον. At neque haec mutatio neque, quod literae κηρο et lacuna prorsus ab eo neglectae sunt, probari potest. Ad verum igitur multo propius accessisse videtur Dindorfius, qui (adnot. ad schol. Arist. l. c.) in illis verbis trium versuum lacinias superesse coniecit in hunc modum constituendas:

ξουθὸς ἱππαλεκτρυών
στάζει . . . . .
κηρὸς λυθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος.

Male autem et verba ἀπὸ δ' αὖτε locum habere in senario potuisse negavit ideoque omisit, et infeliciter vs. 3. restituit. Rectius fortasse nuper dedit Welcker (de pictura encaustica in Script. minor. Vol. III. p. 413.):

ἀπὸ δ' αὖτε ξουθὸς ἱππαλεκτρύων
στάζει . . . . . .
κηροχριθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος.

cum verbo κηροχίεσθαι collat. v. κυροχυτεῖν, ad vs. 2. 3. collat. Agam. 179. στάζει δ' ἐν ὕπνῳ πρὸ καρδίας μνησιπήμων πόνος. Sed vide, ne vs. 1. e schol. Ran. 1030, eum in modum, quo supra scripsimus, corrigendus et post ἱππαλεκτρυὼν interpungendum sit: praeterea dubito, num recte se habeat κηροχριθέντων. Nescio igitur, an poeta scripserit:

ἔπι δ' αἰετὸς [καὶ] ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.
στάζει [δὲ δεινῆ τοῦ πυρὸς τακεὶς φλογὶ]
κηρῷ [τι]θέντων φαρμάκων πολὺς πόνος.

Male Fritzschius (ad Aristoph. Ran. 492.) coniecit:

α.
Ποῦ δ' αὖτε φροῦδος ἱππαλεκτρυών;
β κηρ. (i. e. κήρυξ.)
στάζει, λυθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος.

V. VI. (131.)

Athen. XIII. p, 601. A. Οὕτω δ' ἐναγώνιος ἦν ἡ περὶ τὰ ἐρωτικὰ πραγματεία καὶ οὐδεὶς ἠγεῖτο φορτικοὺς τοὺς ἐρωτικούς, ὥστε καὶ Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς καὶ Σοφοκλῆς ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας, ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν παίδων. διὸ καὶ παιδερασταί τινες καλοῦσι τὴν τραγῳδίαν· καὶ ἐδέχοντο τὰ τοιαῦτα ᾄσματα οἱ θεαταί. De hac re, quam poetis haud pauci vitio verterunt, vide quae ad Niobes Sophocleae argumentum disputavimus. Plato (Sympos. p. 180. A.) non propter amoris commemorationem, sed quod Patroclum ab Achille, non hunc ab illo

amatum finxerit, Aeschylum reprehendit his verbis: *Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολὺ, ὥς φησιν Ὅμηρος.* De quibus alii aliter iudicarunt. cf. Stallb. ad h. l. — Fragmenta, quae ad illum amorem pertinent, haec sunt. Athen. XIII. p. 602. E. *Παρὰ δὲ Σπαρτιάταις, ὡς Ἄγνων φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς, πρὸ τῶν γάμων ταῖς παρθένοις ὡς παιδικοῖς νόμος ἐστὶν ὁμιλεῖν. καὶ γὰρ ὁ νομοθέτης Σόλων ἔφη „μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.“ Αἰσχύλος τε καὶ Σοφοκλῆς ἀναφανδὸν ἔφασαν· ὁ μὲν Μυρμιδόσι*

Σέβας δὲ μηρῶν ἁγνὸν οὐκ ἐπηδέσω,
ὦ δυσχάρισιε τῶν πυκνῶν φιλημάτων.

ὁ δ' ἐν Κολχίσι (fgm. 316.). In libris est *ἅγιον*, quod Canter (Var. Lect. II, 9.) correxit. cf. Pors. ad Eur. Med. 750. Cavetur autem hoc ipso adiectivo *ἁγνὸν*, ne de amore flagitioso cogitetur. Vs. 2. libri *πικρῶν*, quod Canter l. c. ex Plutarcho emendavit, qui de adul. et amic. 19. p. 61. A. versum 2 sine auctoris et fabulae nomine, totum locum vero in Amator. V, 2. p. 751. C. sic exhibuit: *Προσλαβὲ δὲ τῷ Σόλωνι* (l. c.) *καὶ τὸν Αἰσχύλον λέγοντα· „σέβας δὲ μηρῶν οὐ κατηδέσω, ὦ δυσχάριστε καὶ πυκνῶν φιλημάτων.“* Achillis ad Patrocli cadaver verba esse monuit Porso l. c. et eodem rettulit Lucian. Amor. 54. T. II. p. 457. *ἀλλ' ἦν καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσῖτις ἡδονή· στένων γοῦν Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον, ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀληθειαν ἀπερράγη·*

μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία
[καλλίων.]

In aliquot libris est *καλλίω*, in aliis *καλλίων*, in aliis vox deest. Boissonadius correxit *κάλλιον*, Belinus de Ballu *μηρῶν τί τῶν σῶν εὐσεβοῦς ὁμιλίας κάλλιον*, G. Hermannus *εὐσέβησ' ὁμιλίαν κλαίων. κλαίων* proposuit etiam Dobraeus (Append. ad Aristoph. p. 129.). Fritzschius (de Sophocl. Niob. p. 36.), collat. Aristoph. Equ. 1262. *μηρῶν τί τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία κάλλιον;* recte ceteroquin monens, Achillis Patroclique amorem tanto pudore descriptum fuisse, ut omnis rerum atque verborum turpitudo abesset. — Equidem vereor, ne hic versus non Aeschyli sit, sed Luciani, qui, quum versus, quos supra attulimus, citare vellet, eorum vero non satis memor esset, eandem quidem sententiam, sed alia verba usurpavit; nam mirum in modum conveniunt *σέβας ἁγνὸν μηρῶν* et *ὁμιλία εὐσεβὴς μηρῶν*, nec credendum, a poeta in eadem scena bis eandem sententiam esse prolatam. Vox *καλλίων* autem vel quidquid in ea latet a librario ad supplendam sententiam adiectum videtur.

VII. (132.).

Grammatic. in Bekk. An. Gr. I. p. 321, 19. Bachm. An. I. p. 4, 2. Suid. Zonar. p. 9. Cram. Anecd. Gr. Paris. Vol. IV. p. 83. *Αβδέλυκτα· ἀμύσακτα, μάιαντα, τὰ μὴ μιαίνοντα, ἃ οὐκ ἄν τις βδελυ-*

χθείη καὶ δυσχεράνειε· τραγικωτέρα δὲ ἡ λέξις· Αἰσχύλος (*Μυρμιδόσι* addit Suid.)

Καὶ μὴν, φιλῶ γὰρ, ἀβδέλυκτ' ἐμοὶ τάδε.

Sic libri: Bekker scripsit *φιλῶ γε κἀβδέλυκτά μοι τάδε* sine iusta causa.

VIII. (133.)

Aristoph. Eccles. 392.

Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τρωβόλου
τὸν ζῶντα μᾶλλον. τάμὰ γὰρ διοίχεται.

Adnotat schol. (et hinc Suid. v. *ἀποίμωξον.*) *Παρὰ τὸ ἐξ Αἰσχύλου Μυρμιδόνων*

Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
τὸν ζῶντα μᾶλλον.

Probabiliter G. Hermannus etiam verba *τάμὰ γὰρ διοίχεται* Aeschyli esse coniecit. Ab Achille haec Antilocho dicta esse, qui primus ei de Patroclo interfecto nuntium attulisset, ut est ap. Hom. Il. σ', 18., monuit Porso ad Eur. Med. 750.

IX. (134.)

Aristoph. Av. 808.

Ταυτὶ μὲν ἡκάσμεσθα κατὰ τὸν Αἰσχύλον,
τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς.

ubi scholiastes (quem exscripsit Suid. v. *ταυτὶ μέν* et v. *οὐχ ὑπ' ἄλλων*, ubi v. 1. omisit.): *κατὰ τὸν Αἰσχύλον· Ἐκεῖνος γὰρ Λιβυστικὴν αὐτὴν καλεῖ παροιμίαν·*

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος,
πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν,
εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·
τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς
ἁλισκόμεσθα.

πεποίηκε γὰρ ὁ Αἰσχύλος ἀετὸν τετρωμένον λέγοντα ταῦτα, ἐπειδὴ εἶδε τὸ βέλος ἐκπερωμένον καὶ ἐμπεπαρμένον αὐτῷ· καὶ ἡμεῖς οὖν, φησὶν, οὐχ ὑπ' ἄλλων πάσχομεν ταῦτα, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν γνώμῃ. — τοῖς αὐτῶν πτεροῖς· ὅλον τοῦτο ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου. τὸ δὲ, οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεσθα, ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοῖς ταῦτα πεποιήκαμεν. — Vs. 1. Suid. *ὅδ'*. Sed Diogenian. I, 189. et schol. Anglic. ad Aphthon. (in Walzii Rhett. II. p. 12.): *Λιβυκὸς δὲ αἶνος ἀπὸ τοῦ ἔθνους εἰρῆσθαι λέγεται, ἀπὸ Λίβυός τινος· οἱ δὲ Κύβισσαν* (*Κύβισαν* Diogen.) *εὑρετὴν γενέσθαι τοῦ εἴδους τούτου, ὡς Αἰσχύλος διασαφεῖ „ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυκῶν τὸ κλέος.* Hinc genuinam scripturam Schneidewinus bene perspexit hanc esse:

Ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν κλέος.

Vs. 4. sq. in proverbium abiit, quo multi scriptores usi sunt, quorum locos congesserunt Gataker Adv. posth. p. 538. sq., Porso ad Eurip. Med. 139. VIII., Valckenarius ad fragm. Callim. p. 286., Blomfieldus ad Agam. 796., Schaefer ad Aesop. p. 139. Addendum esse locum Galeni de Hippocr. et Plat. placit. T. I. p. 280. Bas. (T. V. p. 395. Lips.) monuerunt Hermannus et Dindorfius. Verba Achillis esse querentis, quod Patroclum armis suis ornatum ipse ad necem miserit, vidit Porso l. c.

X. (135.)

Schol. Aristoph. Av. 1420. πτερῶν Πτερῶν δεῖ· παρὰ τὸ Αἰσχύλου ἐξ Μυρμιδόνων

Ὅπλων ὅπλων δεῖ.

Verba Achillis esse arma requirentis monuit Hermannus.

XI. (136.)

Hesych. et Phavorin. Ἄγρεμον· τὸν πάμακα, ἀπὸ τοῦ αἱρεῖν καὶ λαμβάνειν, ἤγουν ἀγρεύειν· ἢ λαμπάδα ἢ δόρυ. Αἰσχύλος ἐν Μυρμιδόσιν. δ

(Hesychii cod. Αἰσχύλος δὲ μυρμή.) Si recte se habet δὲ, verissime inquit Hermannus, continuenda his est glossa, quae apud utrumque grammaticum sequitur: ἀγρέμονα, τὸν ἐπιμήνιον. Sed Hermannus ipse Phavorini scripturam praefert, nisi quod Aeschylum non ἄγρεμον, sed ἀγρέμονα posuisse existimat. Quae sententia eo confirmari videtur, quod in Etym. M. p. 13, 17. legitur: ἀγρεμὼν (sic), θηρευτικός.

XII. (137.)

Hesych. Ἐγκουράδες, τὰ ἐν τῷ προσώπῳ στίγματα. καὶ οἱ ἐν ταῖς ὀροφαῖς γραφικοὶ προσώπων πίνακες. ἔστι γὰρ κουρὰς ἡ κορυφὴ (ὀροφὴ Struvius in Supplem. Lex. Schneideri p. 117.) καὶ ὁ γραπτὸς πίναξ. ἐγκουρὰς δὲ ὁ γεγραμμένος. Αἰσχύλος Μυρμιδόσιν (cod. μυρμήδοσιν.) Id. et Phavorin. v. Κουρὰς, ἡ ἐν τοῖς ὀροφήμασι γραφὴ, ὀροφικὸς πίναξ. παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἐν Μυρμιδόσι ἀμφιβόλλεται (sic correxit Hermannus pro ἀμφιβάλλει) ἐγκουράδι (Phavorin. ἐν κουράδι.) ἔστι δὲ ἐγκὸυράς ὀροφικὸς πίναξ. Ex his dubitasse grammaticos apparet, utrum Aeschylus ἐγκουράδι an ἐν κουράδι scripserit.

Hermannus praeterea huc refert fgm. 139. et 356.

ΜΥΣΟΙ.

Aristotelis locum (fgm. I.), quo Telephum in Mysiam venisse mutum narratur, recte ad Aeschyli (non ad Sophoclis) Mysos referri inde cognosci potest, quod versibus quibusdam, quos Photius ex eo dramate servavit, famulus pro domino loqui videtur. Domino enim, si quidem is Telephus fuit, loqui non licuit, quia caede pollutus ac nondum expiatus erat: ita enim ferebat mos. cf. Aesch. Eum. 423. sq. Eur. Fragm. 1028. Welcker. Trag. Gr. p. 53. sq. Et Telephum introductum esse etiam ex fgm. IV, quo Tegeae mentio facta, probabile est: nam e Tegea Telephus in Mysiam ex oraculi iussu profectus est, ut propter avunculorum caedem expiaretur. Veri igitur est simillimum, ab Aeschylo in hac fabula ea esse expressa, quae Apollod. III, 9, 1., Hygin. fab. C., alii narrant, quaeque a nobis infra (ad Sophoclis Mysos) sunt exposita. Ibi etiam de discrimine, quod inter utriusque fabulam intercessisse videtur, pauca diximus.

I. (138.)

Aristot. Poetic. c. 25. Tyrrwh. p. 69. Herm. *τούς τε λόγους μὴ συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων, ἀλλὰ μάλιστα μὲν μηδὲν ἔχειν ἄλογον· εἰ δὲ μή, ἔξω τοῦ μυθεύματος· ὥσπερ Οἰδίπους τὸ μὴ εἰδέναι πῶς ὁ Λάϊος ἀπέθανεν. ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ δράματι. ὥσπερ ἐν Ἡλέκτρᾳ* (Soph. El. 680.) *οἱ τὰ Πύθια ἐπαγγέλλοντες, ἢ ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἦκων.*

II. (139.)

Strab. XIII. p. 616. *Ῥεῖ δ' ἐκ τοῦ Τήμνου ποταμὸς Μύσιος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κάϊκον ὑπὸ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ· ἀφ' οὗ δέχονταί τινες εἰκεῖν Αἰσχύλον κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου*

Ἰὼ Κάϊκε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί.

Eundem vs. sine auctoris et fabulae nomine afferunt Schol. Hephaestionis p. 84. (103. ed. Gaisf.) et Macrob. Saturn. V, 20. — Mirum est, quod Strabo eum *κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου* locum habuisse dicit, quum Harpocrationis et scholiastae Aristoph. (fgm. 127.) testimoniis prologum metro anapaestico conscriptum fuisse constet. G. Hermannus (de Aesch. Myrmid. etc. p. 5.) Opusc. V. p. 139.) quidem istis verbis primam histrionis orationem iambicam, (sicut in Euripidis Iphigenia in Aulide anapaestos excipiat is, qui propter argumenti enarrationem vocetur prologus,) significari arbitratus locum inter Myrmidonum fragmenta recepit, sed bene hanc sententiam redarguit Welcker (Trag. Gr. p. 54.) ac iure violentam dixit hanc rationem. Adde iis, quae vir doctissimus disputavit, scholiastae ad Arist. Thesm. 1074. (Eurip. fgm. 117.) similiter locuti verba. Multo igitur probabilior est Pauwii coniectura, ad quam Butler, Dindorfius, Welcker, alii accesserunt, [illegible] tum esse in fabulae nomine sive a Strabone ipso sive

quodam et illius loco substituendum *ἐν Μυσοῖς*. Caïci enim in hac fabula mentionem esse factam etiam e fgm. III. liquet.

III. (140.)

Phot. p. 344, 7. et Suid. *Ὀργεῶνες· οἱ τοῖς ἰδίᾳ ἀφιδρυμένοις θεοῖς ὀργιάζοντες· ὀργιάζειν δέ ἐστι τὰ τῶν θεῶν ὄργια τελεῖν· τουτέστι μυστήρια καὶ νόμιμα. Νόμων δ'· μὴ κεκτῆσθαι ἔσω ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά. τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια. Σέλευκος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων· ὀργεῶνάς φησι καλεῖσθαι τοὺς συνόδους ἔχοντας περί τινας ἥρωας ἢ θεούς· ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτως καλοῦσιν· ὁ γ' οὖν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ· Γενεὴ Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργείωνας· καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ Καΐκου προσαγορεύων·*

Ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών·
εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας Παιωνίαις.

περὶ τῶν ὀργεώνων γέγραφεν καὶ Φιλόχορος· τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννητὰς (sic) *καλοῦμεν.* **Apud Suid. est** *σώσεις — παιωνίας.* — **Huc respexit etiam Harpocrat. p. 139, 4. ed. Bekk. v.** *Ὀργεῶνας. — ὀργεῶνες δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τιμῇ θεῶν ἢ ἡρώων συνιόντες. — — οἱ μέντοι ποιηταὶ ἔτατταν τοὔνομα ἁπλῶς ἐπὶ τῶν ἱερέων, ὡς Ἀντίμαχός τέ που καὶ Αἰσχύλος ἐν Μύσταις* (sic.) **Cf. Etym. M. p. 226, 18.** *Γεννῆται· γένους ἐστὶ σύστημα ἐκ τριάκοντα ἀνδρῶν συνεστὼς, οὗ οἱ μετέχοντες ἐκαλοῦντο γεννῆται· οὐ κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντες, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ δημόται καὶ φράτορες ἐκαλοῦντο, νόμων κοινωνίαν τινὰ ἔχοντες, οὕτως καὶ οἱ γεννῆται συγγενικῶν ὀργίων ἢ θεῶν, ἀφ' ὧν ὀργεῶνες ὠνομάσθησαν. ἢ οἱ ταὐτοῦ γένους μετέχοντες ἢ ἀπ' ἀρχῆς κοινὰ ἱερὰ ἔχοντες· οἱ δὲ ὁμογαλάκτους, φράτορας, συγγενεῖς τοὺς γεννήτας.*

IV. (141.)

Steph. Byz. *Οἶος, πολίχνιον Τεγέας. Αἰσχύλος Μυσοῖς.*

Welcker (Trag. Graec. p. 56.) huc rettulit fgm. 290. 407, sed fortassis etiam huc pertinet fgm. 229.

N E A N I Σ K O I.

Quale huius fabulae, quae tertium in Lycurgia tetralogia obtinuit locum, viris doctis fuisse videatur argumentum, in universum iam ad *Edonos* indicavimus. Hoc loco satis erit adiecisse, quum omnia, quae de ea scimus, in coniectura posita sint, Hermannum

(de Aesch. Lycurgia p. 20. Opusc. V. p. 25.) Νεανίσκων nomine statuisse iuvenes Edonos significari, qui cognita Bacchi potentia, sacra eius amplexi, quum etiam Lycurgus impietatem luisset suam, deorum eum numero additum coniunctis cum Baccho sacris coluerint. Fabulae enim tale argumentum complexae ait vir clarissimus apte adnecti potuisse Lycurgum satyricum, de quo supra dictum.

I. (142.)

Athen. XI. p. 503. C. Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς καλεῖσθαί φησι ψυκτήρια καὶ τοὺς ἀλσώδεις καὶ συσκίους τόπους τοὺς τοῖς θεοῖς ἀνειμένους, ἐν οἷς ἐστιν ἀναψῦξαι. Αἰσχύλος Νεανίσκοις

σαύρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις.

Εὐριπίδης (fgm. 778.). Sic libri, nisi quod in deterioribus quibusdam ὑπηνόοισιν est. Valckenarius (ad Eur. Hippol. 199.) literam σ in σαύρας e praegresso Νεανίσκοις adhaesisse ratus correxit αὖρας, quod editores recipere non dubitarunt. Verissime autem monuit G. Hermannus, pravam esse ratiocinationem, qua ille versum Aeschyli corrigendum iudicaverit. Nam quis reprehenderet, si Aeschylus sic scripsisset: οὐδ' εὕροι τις ἂν σαύρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις; vel sic: ὥστε καὖμ' ὑπεκφυγεῖν σαύρας κτλ. sicut Virg. Ecl. II, 9. *nunc virides etiam occultant spineta lacertos.*, vel si poeta in comparatione aliqua lacertae mentionem fecisset?

II. (143.)

Hesych. et Phavorin. Ἀρεῖφατον λῆμα, ἰσχυρὸν, ἀντὶ τοῦ Ἄρει ἐοικός (Phavorin. ἐοικός). Αἰσχύλος Νεανίσκοις. Cf. Aesch. Eum. 873. Eur. Suppl. 621. Etym. M. p. 139, 20.

III. (144.)

Hesych. Ἀφοίβατον· ἀκάθαρτον. Αἰσχύλος Νεανίσκοις. Eadem sine auctoris et fabulae nominibus habet Phavorinus. Haud dubie recte correxerunt viri docti ἀφοίβαντον, ἀκάθαρτον, nam ἀφοίβαντον χέρα habet Aesch. in Eum. 237, quem locum scholiastes ipso illo ἀκάθαρτον explicavit.

IV. (145.)

Apud Phot. p. 326, 15. se excipiunt hae glossae: Ὀκτώπηχυς καὶ Ὀκτώπους· Φιλήμων. — Ὀκτώπαν ποταμὸν Αἰσχύλος διαπέπλευκε Νεανίσκοις. — Ὀκτώπας· ἤτοι ὁ σκορπίος. — Ὀκτώπους· ἢ ὁ μακρὸς ὀκτὼ ποδῶν. — Ὀκτώπουν (cf. fgm. 161.). Similem habet Hesych. Ὀκτώπας, ποταμός. Sed neque fluvius aliquis Ὀκτώπας innotuit, nec, si forte illa vox adiectivum est, quid significet aut qua ratione corrigenda sit, ut fluvio conveniat, liquet. Nemînem autem latere potest, apud Photium omnia esse perturbata, nec facile ad dicendum, quomodo possint restitui. G. Hermannus l. c. p. 26. sibi de tribus constare dicit: primo aut haec verba, Αἰσχύλος Νεανίσκοις,

aut illa ποταμὸν διαπέπλευκεν vel ex margine vel quod supra versum adscripta fuissent, locis non suis esse inserta; deinde ἤτοι, ἢ indicio esse, non quod vocabulum in capite glossae posuerit Photius, sed illud, quod scriptoris ab eo commemorati sit, explicari; postremo ὀκτώπαν et ὀκτώπας indocto librario deberi, qui quum in codice, quem ante oculos habuerit, scriptum viderit ὀκτώπουν et ὀκτώπους, utrique autem voci supra appictum esse α, hoc α non, uti debuerit, mediae, sed ultimae syllabae correctionem esse crediderit. His positis emendavit: ποταμὸν διαπέπλευκεν ὀκτάπους, sed dubitari simul posse monuit, utrum haec verba Aeschyli an Philemonis nomini sint adiicienda. Et quum ipse ea potius comoediae quam tragoediae convenire existimaret, in hunc modum Photii glossas esse redintegrandas coniecit: ὀκτώπηχυς καὶ ὀκτώπους. Αἰσχύλος Νεανίσκοις. Φιλήμων ὀκτάπουν. „ποταμὸν διαπέπλευκεν ὀκτάπους·“ ἤτοι ὁ σκορπίος ὁ ὀκτώπους, ἢ ὁ μακρὸς ὀκτὼ ποδῶν. incertum esse dicens, scorpiumne an cancrum (cf. Nicandr. Ther. 605.) in mente habuerit illius versiculi auctor. Haec Hermannus. — Butler dedit Ὀκτώπαν· ποταμὸν (διαπέπλευκε) Αἰσχ. N. verbum διαπέπλευκε a Photio adiectum esse arbitratus, quo ostenderet, unde penderet casus obliquus. — Friebelius (Satyrogr. fragm. p. 137.) proposuit: Ὀκτώπαν ποταμόν· Αἰσχύλος δι' α πέπλακε Νεανίσκοις· Ὀκτώπας· ἤτοι ὁ σκορπίος. quamquam ipse propter Hermanni disputationem de hac forma dubitans. — Mihi neque haec neque quae Hermannus disputavit, ab omni parte satisfaciunt: ipse tamen meliora non habeo, quae proferam. Nescio tamen, an simpliciter corrigendum Ὀκτώπαν ποταμόν διαπέπλευκεν. Αἰσχύλος Νεανίσκοις. et credendum sit, a poeta allatum esse fluvium aliunde nobis non cognitum. Neque hoc offensioni esse debet, quum Aeschylus saepius urbes fluviosque commemoraverit ceteroquin ignotos. cf. fgm. 82. 97. 141. 349. Videant de hac re doctiores.

Hermannus huc praeterea referendum esse censet fgm. 291.

N E M E A.

Quid in hac fabula, cuius nisi in vetere fab. Aesch. catalogo mentio non est facta, poeta repraesentaverit, plane ignoramus. Nam ne titulus quidem ita comparatus est, ut ex eo probabilem coniecturam facere queamus. Falsam vero esse eorum sententiam, qui hanc fabulam cum Septem contra Thebas in eadem tetralogia fuisse statuerunt, ex illis luculenter apparet, quae ad Laium Aeschyli disputavimus. Quamobrem etiam admodum dubium est, quod de eius argumento viri docti divinarunt, latere id in iis dicentes, quae

memoriae prodidit Apollod. III, 6, 4. *Παραγενόμενοι δὲ εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευσε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη, νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν, Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου. αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν· διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι· τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν. οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα. καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησεν Ἄδραστος, σταδίῳ δὲ Ἐτέοκλος, πυγμῇ Τυδεὺς, ἅρματι καὶ δίσκῳ Ἀμφιάραος, ἀκοντίῳ Λαόδοκος, πάλῃ Πολυνείκης, τόξῳ Παρθενοπαῖος·* Idem argumentum Euripides in *Hypsipyle* tractavit, ubi plura de eo diximus. cf. Eur. Fragm. p. 373. Sed si eodem usus est Aeschylus, id quod G. Hermanno (de Aesch. trilog. Theban. p. 16. Opusc. Vol. VII. p. 205.) propter locum schol. Pind., qui in Nemeorum praefatione de istorum ludorum institutione scripsit: *ἄλλοι δὲ, ὧν ἐστι καὶ Αἰσχύλος, ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τῷ Νεμέας* (sic) *παιδί*, veri simile videtur, mirum est, quod poeta fabulam urbis nomine inscripsit. Comparavit quidem Welcker (Trag. Gr. p. 57.) cum eo titulum *Αἴτνα*, sed longe alia est huius, alia illius dramatis ratio. Nescio igitur, an dramatis titulus *Νέμεα*, non *Νεμέα*, fuerit: si quidem summa fabulae in instituendis ludis Nemeis erat posita. Ac sic inscribi eam potuisse non negabit, qui tragoedias nonnunquam ab argumenti summa nomen accepisse consideraverit. (Vide quae infra ad Sophoclis Niptra monuimus). In eo autem ad Hermanni sententiam accedo, quod is fabulam potius ad Hypsipyles, quam ad Thebanas res pertinuisse dicit.

ΝΗΡΕΙΔΕΣ.

Huius fabulae quale fuerit argumentum neque ex fragmentis neque aliunde compertum habemus. Quod ex titulo autem viri docti divinarunt, supra (ad Myrmidones) est commemoratum. Sed a reliquis Welcker (Tril. p. 422. 436. sq. Trag. Gr. p. 35. sq.) cum in aliis quibusdam, quae afferre longum est, tum in eo maxime dissentit, quod duas Aeschyli fabulas fuisse statuit *Nereïdum* nomine inscriptas, quarum altera cum Myrmidonibus, altera cum Memnone et Psychostasia coniuncta fuerit.

I. (146.)

Schol. Eur. Phoen. 209. (219. Valck.) *περιρρύτων· τῶν σφοδρῶς ῥεομένων καὶ κύκλῳ κεχυμένων. Ἀκάρπιστα δὲ πεδία τὴν θάλασσάν φησιν, ἐπεὶ ἱππεύειν αἱ νῆες δοκοῦσιν ὀχήματος τρόπον. οὕτω καὶ Ἴων λέγει* (fgm. 62. Poet. trag. fgm. Vol. III, p. 46.) *καὶ Αἰσχύλος Νηρεΐσι*

δελφινοφόρον πόντου πεδίον
διαμειψάμεναι.

Cod. Aug. Taur. δελφίνορον, Hav. δελφήνηρον, vett. editt. δελφινορόν πεδίον πῶς δ. Barnesius correxit δελφινοφόρον Valckenario aliisque probantibus, G. Hermannus (de Aesch. Myrmid. etc. p. 15. Opusc. V. p. 151.) δελφινηρὸν πεδίον πόντου.

II. (147.)

Hesych. Ἐναραφόρος· σκυλοφόρος. ἐναροκτάντας δὲ, φθογγ...κότος (φθογγοσκότος Musurus.), ὑψοῦ τέλος ἀθανάτων ἀπολέψει (ἀπολείψει Musur.). Αἰσχύλος Νηρεῖσιν. οἱ ὑπομνηματισταὶ παρὰ τὸ (Hom. Od. χ', 412.) „οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν (ἐπαδρᾶσιν cod.) εὐχετάασθαι", ἵνα ᾖ ὁ νοῦς, ὁ δὲ ἐναροκτάντας θάνατον μὴ (μοι Musur.) ἐπικαυχώμενος, τὸ ἐκ τῶν θεῶν τέλος ὑψοῦ ἀπολείψει, τὰ τῶν ἀθανάτων ὕψη, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥξει. Huc respexisse videtur Eustath. p. 437, 20. Ἐκ τοῦ ἐναίρειν καὶ κτείνειν ἐναροκτάντας ὁ θάνατος· Unde in Hesychii verbis G. Hermannus θάνατος corrigendum esse monuit. Sed quod idem Aeschyli verba sic constituit:

ἐναροκτάντας δὲ φθόνος αὐχαῖς
ἔγκοτος ὑψοῦ
τέλος ἀθανάτων ἀπολείψει,
ἥξει τ' ἐχθρούς.

(chorum haec de Hectore dixisse arbitratus, qui gloriatus esset, se Achillis armis Patroclo detractis Achilli ipsi interitum esse paraturum,) id, quamvis vel denuo ab Hermanno (Non videri Aesch. Ἰλίου πέρσιν scrips. Lips. 1841. p. 1. sq.) defensum sit, vereor tamen, ut cuiquam probetur. Nam ut omittam, extrema verba haud dubie non Aeschyli, sed interpretis esse, etiam priora vix unquam restituentur, nisi forte e meliore codice vel aliunde loco auxilium latum erit. Nam perturbatum esse totum Hesychii locum, non modo inde cognoscitur, quod Aeschyli verba lacunosa et corrupta sunt, sed quod ea ad explicandam vocem ἐναραφόρος adscripta sunt, ad quam minime pertinent. Facile igitur excidisse aliquid intelligitur. Ingenii vero solertia non sufficit ad locos restituendos, in quibus ne constat quidem, de qua re agatur.

III. (148.)

Schol. Pind. Nem. VI. 85. Δίκρουν γὰρ ὥστε δύο ἀκμὰς ἔχον καὶ μιᾷ βολῇ ὥστε διττὰ τὰ τραύματα ἀπεργάζεσθαι. καὶ Αἰσχύλος ἐν Νηρεῖσι „κάμακος εἶσι κάμακος γλώσσημα διπλάσιον·". Schuetzius et I. G. Schneider verba κάμακος εἶσι, Butler verba κάμακος γλώσσημα διπλάσιον, delenda dicit. Dindorfius Aeschyli versum fuisse censet hunc: κάμακος δ' εἶσι γλώσσημα διπλοῦν vel εἶσιν κάμακος γλ. δ., G. Hermannus et Fritzschius:

κάμακος δ' εἰσιν
γλώσσημα διπλοῦν.

nisi quod Fritzschius διφροῦν (cf. fgm. 46.) praefert. Hermannus verba arcte cum antecedente fragm. cohaesisse existimat. — De voce κάμαξ cf. Agam. 166. fgm. 162. Eur. Hec. 1155. El. 852.

IV. (149.)

Hesych. Ἀθήρ· ἐπιδορατίς. μεταφορικῶς. Αἰσχύλος Νηρεῖ (sic cod.). Huc respexit etiam Gramm. in Bekk. An. p. 353, 15. ἀθήρ. ἀκμὴ τοῦ ἡκονημένου σιδήρου, κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ ἀθέρος, ὅς ἐστι τοῦ ἀστάχυος. λέγεται δὲ καὶ ἡ ἐπιδορατὶς ἀθήρ. Cf. fgm. 395.

Huc fortassis praeterea referendum est fgm. 390.

N I O B H.

Niobes historiam paucis tradidit Hygin. fab. IX. „*Amphion, in coniugium Niobam, Tantali et Diones filiam accepit. Ex qua procreavit liberos septem totidemque filias. Quem partum Niobe Latonae anteposuit superbiusque locuta est in Apollinem et Dianam: quod illa cincta viri cultu esset et Apollo vestem deorum atque crinitus, et se numero filiorum Latonam superare. Ob id Apollo filios eius in sylva venantes sagittis interfecit in monte Sipylo. Et Diana filias in regia sagittis interemit praeter Chloridem. At genitrix liberis orba flendo lapidea facta esse dicitur in monte Sipylo. Eiusque hodie lacrymae manare dicuntur. Amphion autem cum templum Apollinis expugnare vellet, ab Apolline sagittis est interfectus.* In qua narranda quantum antiqui poetae variaverint ex parte cognosci potest ex Apollod. III, 5. 6. Schol. ad Hom. Il. ω', 602. Uberius eam exposuit Ovidius (Metam. VI, 146. sq.), tragicos poetas [6]) procul dubio secutus, quamvis hodie vix dixeris, in qua re Aeschylum, in qua Sophoclem ante oculos habuerit, quum neque ex fragmentis neque aliunde appareat, qualis fuerit Aeschyleae, qualis Sophocleae Niobes compositio. Multa quidem viri docti [7]) de utriusque poetae Niobe

[6]) H. e. Aeschylum et Sophoclem, nam reliqui poetae tragici, quantum equidem scio, hoc argumentum neglexerunt.

[7]) De Aeschyli dramate scripserunt Welcker (Trilog. 341. sq. Append. p. 143.), G. Hermannus (de Aesch. Niobe. Lips. 1823. Opusc. III. p. 37. sq.), Fritzschius (de Aesch. Niobe, Rostochii, 1836.), Schoellius (Tetral. Trag. I. p. 504. sq.). De Sophoclis dramate loco suo diximus.

ingeniose disputarunt, sed quum certum fundamentum non haberent, quo niterentur, alius aliam sententiam amplexus est. Nam et illud perquam dubium, ne dicam falsum est, quod Welckero placuit, *Τροφούς* (quam fabulam a *Διονύσου τροφοῖς* diversam esse statuit) *Νιόβην* et *Προπομπούς* tetralogiae vinculo coniunctas fuisse, et illud, quod e loco Aristotelis corruptissimo [8]) (Poet. XVIII, 17.) et ab aliis aliter correcto plerique concluserunt, Aeschylum non omnem Niobes historiam, sed unam tantum eius partem complexum esse. Neque equidem satis intelligo, qua ratione hoc dixerint. Nam si *Niobe* tetralogiae pars fuit, non necesse erat, ut omnis historia in uno eademque dramate tractaretur; sin minus, illorum sententia tragoediae notioni repugnat, quippe quum eadem fabula, quae Niobes supplicium ac dolorem continuit, etiam delictum eius continere debuerit.

I. (150.)

Schol. Eur. Phoen. 159. *Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Εὐριπίδης φησὶ* (fgm. 456.)· *ὁμοίως καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν δράματι Νιόβης* (*Δράμασιν ἢ Νιόβῳ* Dindorf.). *ὁμοίως ζ' αὐτὰς λέγουσιν, εἶναι δὲ ἑπτὰ καὶ τοὺς ἀρρένας.*

II. (151.)

Hephaestio (p. 7. ed. Gaisf.) ut diphthongum etiam in media voce corripi doceat, affert: *Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ*

Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται.

Eundem vs. omisso fabulae nomine habent Priscian. I, 9. p. 562. (p. 47. ed Krehl.) Eustath. p. 1665, 38. Sed fluctuant codd. editionesque et Hephaestionis et Prisciani inter *Ἴστρος* et *οἶστρος*, pro *λοχεύεται* praeterea edit. Aldina Prisciani *μαιεύται*, Eustath. *μνηστεύεται* praebet. Hermannus (l. c. p. 45.) igitur, quum Istri commemoratione offenderetur, Aeschylum scripsisse censuit: *οἶστρος τοιαύτας παρθένους μνηστεύεται*, haec non ad chorum pertinere, sed de amore prolata esse dicens, quo formosissimas Niobae filias proci expetiverint. Probabiliter vero hanc sententiam Fritzschius l. c. p. 11. sq. redarguit versumque *Ἴστρος — λοχεύεται* ab Aeschylo profectum, alterum vero *οἶστρος — μνηστεύεται* a quodam comico poeta ad illius imitationem effictum esse iudicavit. Videtur enim versus *Ἴστρος — λοχεύεται*, id quod Hermannum ipsum non fugit, eodem modo ad chorum Niobae referendus, quo in Supplic. 287 de Danaidum choro dictum est: *καὶ Νεῖλος ἂν θρέψειε τοιοῦτον φυτόν.*

---

[8]) Verba sunt haec: *χρὴ δὲ, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, μεμνῆσθαι καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιϊκὸν σύστημα τραγῳδίας· ἐποποιϊκὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον, οἷον εἴ τις τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιοῖ μῦθον. ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος· ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀπεβαίνει. σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην (καὶ Μήδειαν), καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. ἐπεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ.* Verba *καὶ Μήδειαν* in pluribus codd. desunt.

III. (152.)

Hesych. *Ἐπώξειν· ἐπικαθῆσθαι τοῖς ᾠοῖς· Αἰσχύλος Νιόβῃ μεταφορικῶς·*

Ἐφημένη τάφον
Τέκνοις ἔπωζε τοῖς τεθνηκόσιν.

Cod. *ἐφιμένη*. Hermannus *τάφον* ad initium sequentis vs. refert. Sed fortasse in eius fine excidit *γύναι*. De re cf. Script. vit. Aesch. (p. 119, 33. in Westermanni Biogr. Gr.) *ὥστε διὰ τὸ πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων κωμῳδεῖται παρ' Ἀριστοφάνους· ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως τρίτης ἡμέρας* (P. Victorius maluit *τρίτου μέρους*, sed repugnat etiam schol. Aristoph. Ran. 1. infra c.) *ἐπικαθημένη τῷ ταφῷ τῶν παίδων οὐδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη, ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα*. Confirmantur et excusantur haec ab ipso Aristophane (Ran. 911. sq.).

ΕΤ. Πρώτιστα μὲν γὰρ δῆθ' ἕνα τίν' ἐκαθίσεν ἐγκαλύψας,
Ἀχιλλέα τιν', ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς,
πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντας οὐδὲ τουτί.
ΔΙ. μὰ τὸν Δί', οὐ δῆθ'. ΕΤ. Ὁ δὲ χορός γ' ἤρειδεν ὁρμαθοὺς ἂν
μελῶν ἐφεξῆς τέτταρας ξυνεχῶς ἄν· οἱ δ' ἐσίγων.
ΔΙ. ἐγὼ δ' ἔχαιρον τῇ σιωπῇ, καί με τοῦτ' ἔτερπεν
οὐχ ἧττον ἢ νῦν οἱ λαλοῦντες. ΕΤ. ἡλίθιος γὰρ ἦσθα,
σάφ' ἴσθι. ΔΙ. κἀμαυτῷ δοκῶ. τί δὲ ταῦτ' ἔδρασ' ὁ δεῖνα;
ΕΤ. ὑπ' ἀλαζονείας, ἵν' ὁ θεατὴς προσδοκῶν καθᾖτο,
ὁπόθ' ἡ Νιόβη τί φθέγξεται· τὸ δρᾶμα δ' ἂν διῆει.

Adnotant scholiastae: *ὁ Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις· οὐδὲν δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς φθέγγεται. — Ἄλλως· εἰκὸς τὸν ἐν τοῖς Φρυξὶν Ἀχιλλέα ἢ Ἕκτορος λύτροις. ἢ τὸν ἐν Μυρμιδόσιν, ὃς μέχρι τριῶν ἡμέρων οὐδὲν φθέγγεται.* Haec postrema (quae in cod. Ven. desunt) aut hominis indocti, qui quae de Niobe legisset, ad Myrmidones transtulit, aut corrupta esse monuit Hermannus; at iis saltem confirmatur scriptura *ἕως τρίτης ἡμέρας* apud script. vit. Aesch. l. c. De Niobes taciturnitate porro testes sunt schol. ad Aesch. Prom. 433. *σιωπῶσι δὲ παρὰ τοῖς ποιηταῖς τὰ πρόσωπα ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους* (cf. Soph. fgm. 676.), *ἢ διὰ τὴν συμφοράν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ.* Eustath. p. 1940, 64. *καὶ γάρ τοι παρὰ Αἰσχύλῳ καθηνταί που πρόσωπα σιωπῶντα ἐφ' ἱκανὸν κατὰ σχῆμα ἢ πένθους ἢ θαυμασμοῦ ἤ τινος ἑτεροίου πάθους· καὶ ἔοικεν ἡ τραγῳδία ἐντεῦθεν λαβοῦσα* (Penelopen Homeri dicit) *τὰ τοιαῦτα σοφίζεσθαι.* Id. p. 1343, 62. Quum ex his locis Nioben tacentem liberorum sepulcro adsedisse appareat, non potest ad Aeschyli versus adaptari Hesychii interpretatio vocis *ἐπώξειν*, *ovis incubare*, quandoquidem omnes gallinae inter incubandum acutissimos clamores edere solent, id quod non fugit schol. ad Aristoph. Av. 266. explicantem: *ἐπώξειν ἐστὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς καθεζόμενα τὰ ὄρνεα κράζειν.* Quare Fritzschius l. c. p. 30. in voce omnino *clamandi* significationem inesse dixit; nam notum

esse verbum ὤζειν i. e. ὦ clamare, eiulare, quo usi sint Aesch. Eum. 124. Aristoph. Vesp. 1527., et eodem iure et ὤζειν simpliciter et ἐπώζειν dici potuisse, id quod e similitudine vocum αἰάζειν atque ἐπαιάζειν appareat. At vereor, ne vir doctissimus duo verba inter se diversa confuderit: nam aliud est ἐπῴζειν *ovis incubare*[9]), exortum ex ἐπὶ et ᾠΐζειν, quod verbum Hesychius affert, aliud ἐπώζειν, *lamentari, deflere, queri*, quod ex ἐπὶ et ᾤζειν (cf. Aesch. Aristoph. l. c. = οἴζειν, ὀΐζειν, οἰζύειν, ὀϊζύειν) compositum ac simili ratione ex οἴ vel ὦ formatum est, qua οἰμώζειν ex οἶμοι, φεύζειν a φεῦ et similia. Hoc haud dubie usus est Aeschylus. Ἔπωζε vero imperativum esse bene perspexit G. Hermannus. Eodem auctore locum sic explicuit Fritzschius: „nec vero, si ceteroquin Niobe tacebat, idcirco eam nefas erat ingemiscere. Eximie enim hoc Aeschylus excogitavit, ut Nioben auditis Tantali orationibus, nihil aliud quam ingemiscere per intervalla et sonum lugubrem edere iuberet. Simillima autem ratione Erinyes consopitae, conviciis Clytaemnestrae auditis caetera tacent, verumtamen interdum acutissimos quosdam sonos fundunt, quasi diro somnio territae. Quocirca Tantalus, quum Nioben toties a se benevole admonitam nihil quidquam ad interrogata respondere, ac tantummodo flere nonnunquam, suspiria trahere varieque lamentari vidisset, tandem indignabundus exclamavit: „*quin tu sedens in sepulcro, lamentatione inutili liberos prosequere mortuos.*“

IV. (153.)

Plato de Rep. II. p. 380. A. Οὐδ' αὖ, ὡς Αἰσχύλος λέγει, ἐατέον ἀκούειν τοὺς νέους, ὅτι

Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

ἀλλ' ἐάν τις ποιῇ, ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι τὰ τῆς Νιόβης πάθη —. Hinc versus affert Euseb. Praep. Ev. XIII, 3. p. 643. D. Eosdem sine poetae et fabulae nomine praebent Plut. de aud. poet. 2. p. 17. B. et de commun. sentent. 14. p. 1065. E., Stob. II, 7. et Arsen. Viol. (p. 288. ed. Walz.) XXIX, 96. p. 456. ed. Leutsch.

V. (154.)

Strabo. XII, 8, 21. p. 580. (allatis fragm. IX. X. pergit:) καὶ ὁ Τάνταλος λέγει

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἔδος,
Ἴδης τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν
ἕρπουσι μήλων πᾶν δ' ὀρεχθεῖ * πέδον.

---

[9]) Recte Fritzschius l. c. hoc a tragoediae dignitate abhorrere monuit; saepius vero reperitur apud poetas comicos. cf. Aristoph. Av. 266. Cratin. ap. Athen. IX. p. 373. F. Epicharm. ap. Diog. L. III, 16.

Initium huius fragmenti servavit etiam Plutarch. Cum princ. philosoph. III. p. 778. B. et de exil. 9. p. 603. A. haec scribens: *Τί γὰρ ἡ πλάτεια χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Ταντάλου λέγοντος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ·*

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον,

εἶτα μετ' ὀλίγον λέγοντος

Θυμὸς [δέ] ποθ' ἁμὸς οὐρανῷ κυρῶν ἄνω,
ἔραζε πίπτει καί με προσφωνεῖ τάδε.
γίγνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.

Prius fragmentum sic exhibuimus, uti in codd. legitur. Vs. 4. libri partim *ἐρεχθεῖ*, partim *ἐρέχθεον* habent, solus Medic. 3. *ὀρεχθεῖ* exhibet. Lacunam viri docti vario modo explerunt. Casaubonus scripsit: *Ἴδη τε μ. κ. βρ. βρέμουσι μ. πᾶν δ' ὀρεχθέει πέδον.*, Valckenarius (ad Eur. Hipp. 744.) *Ἴδης ἐνὶ κνημοῖσι καὶ βρυχήμασιν ὀργῶσι μ. π. δ' ὀρεχθέει πέδον.* Heathius: *Ἴδη τέ μ. κ. βρ. βρέμουσα μ. π. δὲ κἀρέχθει π.* Toupius (ad Suid. I. p. 444. II. 478.) *Ἴδη τε μ. κ. βρ. τέρπουσι μ. π. δὲ κἀρεχθεῖ π.* Iacobsius (in Diar. Lit. Halens. a. 1822. p. 567.) in caeteris Heathium secutus ultima sic correxit: *πᾶν τ' ὀρεχθεῖ γῆς πέδον.* G. Hermannus (l. c. p. 15. Opusc. III. p. 50.) in reliquis servata librorum scriptura extrema sic dedit: *πᾶν δι' ὀρχηθμοὶ πέδον*, postea vero abiecta hac emendatione proposuit: *Ἴδη τε μ. κ. βρ. πρέπουσα μήλων πᾶν ὀρόχθειον πέδον.* coll. Hesych. *ὄροχθον. ὄρειον ὄχθον.* Id. *ὄρογκοι. τῶν ὀρῶν τὰ ὀγκώδη, ἃ καὶ ὀρόχθους καλοῦσιν, ἢ (ἤγουν* Herm.) *ὀρῶν λόφους.* Fritzschius l. c. p. 15. inter vs. 3 et 4 aliquid excidisse arbitratus dedit: *Ἴδης τε μ. κ. βρ. [πάγοι βρέμονται· μυρίων βοσκήματα δ] ἔρπουσι μήλων· πᾶν δ' ἀναρροχθεῖ πέδον.* Ahrens exhibuit: *ἀγελαί τε* (pro *Ἴδης τε*) *μ. κ. κρ. ἐρ. μ. π. δ' ἐπηχεῖται πέδον.* Lobeckius (Aglaoph. p. 1216. not. p.) denique et Schneidewinus (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1834. nr. 53.) in reliquis scriptura codicum servata postrema verba sic restituerunt: *πᾶν ὀρεχθεῖ δάπεδον*, hic recte monens, quod etiam Toupius et Welcker monuerant, Aeschylum videri ad Aristiae (apud Athen. II. p. 60. B.) versum (Fragm. 6. Poet. trag. fragm. Vol. III. p. 13.) *μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον* respexisse. In correctionem *δάπεδον* ipse olim incideram, quum non modo per se intelligeretur, quam facile *πέδον* et *δάπεδον* confundi potuerint, sed has voces etiam confusas esse inde cognoscerem, quod Eustathius, qui Aristiae versum (p. 1017, 16.) citavit, scripsit *τὸ λάϊνον δάπεδον.* Sed quod simul conieceram *ἴλαι τε* (cf. Eur. Alc. 580.) *μ. κ. βρ. ἐρ. μήλων· πᾶν δ' ὀρεχθεῖ δάπεδον*, nunc missum facio et Lobeckii et Schneidewini accipio emendationem. Sententia enim haec est: „*Aro autem terram XII dierum iter, Berecynthiam regionem, ubi Adrastea sedes et Idae omne percutitur solum mugitibus errantibus gregum.*“ Sedem illam Adrasteae urbem fuisse et montem et campum non longe a Cyzico monuit Hermannus citatis Steph. Byz. et Strab. p. 576. —

In altero fragmento viri docti librorum scripturam *θυμὸς δὲ ποθ' ἁμὸς κτλ.*, qua metrum violatur vario modo immutarunt. Stanleius scripsit: *ποτ' ἐμὸς*, quod probavit Welcker (Append. p. 87.), improbavit Hermannus l. c. 51. Porso (Miscell. p. 212.) correxit: *οὐμὸς δὲ πότμος κτλ.*, quod recepit Dindorfius, reiecit Fritzschius p. 16. Hermannus ipse dedit: *θυμὸς δὲ πιθανὸς* coll. Agam. 494. ut sententia esset: „animus fiduciae plenus, quum alte ad caelum elatus est, humi deiicitur, monens me, ne nimium tribuam rebus humanis." In adnot. vero scribi etiam posse dixit: *θυμὸς δὲ πρόσθεν κτλ.* Fritzschius denique recte nullam causam esse monens, cur Aeschylea forma *ἁμὸς* deleatur, vulgatam retinuit, sed particulam *δὲ*, quae sexcenties a librariis infersa est, eiecit. Quae ratio mihi quoque ceteris praeferenda videtur.

VII. (155.)

Aristoph. Av. 1238. sqq.

ΙΡ. Ὦ μῶρε μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας
δεινάς, ὅπως μή σου γένος πανώλεθρον
Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέψῃ Δίκη,
λιγνὺς δὲ σῶμα καὶ δόμων περιπτυχὰς
καταιθαλώσῃ σου Λικυμνίαις βολαῖς.
ΠΕΙ. Ἄκουσον αὖτη· παῦε τῶν παφλασμάτων.
ἔχ' ἀτρέμα· φέρ' ἴδω, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα
ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς;
ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα,
μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἀμφίονος
καταιθαλώσω πυρφόροισιν ἀετοῖς.

Quod ex horum versuum colore coniicias, eos magna ex parte e tragoediis esse petitos, id etiam scholiastarum testimoniis paene confirmatur. Nam vs. 1240. Sophoclis esse (fgm. 819.) scholiastes dixit (quae in eo sunt verba *Διὸς μακέλλῃ* habet etiam Aesch. in Ag. 512.), vs. 1244 partem ex Eur. Alc. 675 fluxisse Kuster aliique monuerunt, ad vs. 1247 vero adnotavit scholiastes: *καὶ δόμους Ἀμφίονος· ἐκ Νιόβης Αἰσχύλου. ἐξέρριπται δὲ τὸ Ἀμφίονος ἐκ παρῳδίας.* Sic correxit haec verba Hermannus l. c. p. 53, nisi quod etiam *ἐνέρραπται* maluit, probante Dindorfio, quum ante legeretur: *ἐξέρριπται δέ τ' Ἀμφίονος ἐκ μονῳδίας.* Hoc enim dicit scholiastes, Iovis nomen exspectari, sed Amphionis domum, ut fit in parodia iocorum plena, retentam esse. — E postremis, quum et locum ex Aeschyli Niobe irrisum esse appareat, et priora quoque, quae tragicum colorem prae se ferunt, sicut postrema ad Iovem easdemque huius dei minas pertineant, G. Hermannus ingeniose haec Tantali Aeschylei verba fuisse coniecit:

Ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας,
δείσας' ὅπως μή σου γένος πανώλεθρον
Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέψῃ Δίκη,
αὐτὸς δὲ μέλαθρα καὶ δόμους Ἀμφίονος
καταιθαλώσῃ πυρφόροισιν αἰετοῖς.

Δείσας pro vulg. δεινὰς (δειλὰς apud Suid. v. μάκελλα) correxit Porso, in δείσασ' mutavit Hermannus. Fritzschius assentit quidem Hermanno, eiusmodi versus a Tantalo dictos esse, sed alios fuisse negat, quam quos Aristophanes ipse (vs. 1238—42) exhibuerit voce λογεὺς in αὐτὸς mutata; in extrema vero fabula locum habuisse existimat versus:

[ἐγὼ δὲ μέλαθρα] καὶ δόμους Ἀμφίονος
καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἰετοῖς.

VIII. (156.)

Stob. CXVIII, 1. Αἰσχύλου Νιόβης.

Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ,
οὔτ' ἄν τι θύων οὔτε ἐπισπένδων ἄνοις,
οὐ βωμός ἐστιν οὐδὲ παιωνίζεται·
μόνου δὲ πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ.

Vs. 1. afferunt Aristoph. Ran. 1391. (ubi schol. eum ex Aeschyli Niobe ductum esse monet), Schol. Soph. El. 139., Schol. Eur. Alc. 56., Suid. v. πάγκοινος; tres priores Schol. Hom. Il. ι', 159 et Eustath. p. 744, 2, ubi scriptum vs. 2. οὐδ' ἂν τ. θ. οὐδ' ἐπ. λάβοις οὐδ' ἔστι βωμός. — Apud Stob. vs. 2. est ναοῖς, quod bene correxit Dobraeus (ad Aristoph. p. 133.) cf. Phryn. fragm. 16. (Vol. III. p. 10.) et locos ibi congestos. Scaliger ἄγοις in MS. apud Grotium. — Primo versui apud Schol. Soph. l. c. et Suid. subiiciunter verba:

μόνος οὐ δέχεται γλυκερᾶς μέρος ἐλπίδος.

quae unde ducta sint nescimus.

IX. X. (157.)

Plato de Rep. III. p. 391. E. Πᾶς γὰρ ἑαυτῷ συγγνώμην ἕξει κακῷ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσι τε καὶ ἔπραττον καὶ

Οἱ θεῶν ἀγχίσποροι
οἱ Ζηνὸς ἐγγὺς, ὧν κατ' Ἰδαῖον πάγον
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι,
κοὔπω ἄφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

Haec (sicut fragm. V. VI.) ex Aeschyli Niobe petitos esse docet Strabo XII, 8, 21. p. 580. Αἰσχύλος δὲ συγχεῖ ἐν τῇ Νιόβῃ· φησὶ γὰρ ἐκείνη μνησθήσεσθαι τῶν περὶ Τάνταλον

Οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστι

καὶ πάλιν

Σίπυλον, Ἰδαίαν ἀνὰ
χθόνα.

Ad prius fragmentum, in quo dubitari potest, scripseritne Aeschylus ὧν κατ' Ἰδαῖον πάγον an οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ an οἷς κατ' Ἰδαῖον πάγον, respexerunt etiam Lucian. Encom. Demosth. 13. T. III. p. 501. μανίᾳ σώφρονι τῶν ψυχῶν, ὅσαι Ζηνὸς ἐγγὺς καὶ θεῶν ἀγχίσποροι, φησὶν ὁ τραγικός. Phot. Ἀγχίσποροι, ἐγγὺς γένους. — Altero fragmento Niobe indicasse videtur, se in Sipylum abituram esse.

XI. (158.)

Hesych. Κάκαλα, τεῖχη. Αἰσχύλος Νιόβῃ. Phot. p. 125, 4. Κέκαλον, τεῖχος.

XII. (159.)

Hesych. Ἡμορίς· κενή, ἐστερημένη, Αἰσχύλος Νιόβῃ. Scribi certe debuisse ἠμορὶς, nisi fuerit ἤμορος, quod idem grammaticus et Photius per ἄμοιρος interpretantur, monuit Hermannus. Fritzschius l. c. p. 30. corrigi maluit ἠμορισμένη collat. Phot. p. 70, 12. ἠμόριξεν (Hesych. male ἤμορξεν), ἄμοιρον ἐποίησεν. Quod haud scio an probandum sit.

Praeterea G. Hermanno (l. c. p. 48) auctore editores praeter Dindorfium huc rettulerunt verba Philostr. vit. Apoll. IV, 5. p. 173. ed. Mor. (c. 16. p. 154. Olear.) ἀλλὰ σὺ, ἔφη, Ἀπολλώνιε, σοφοὶ γὰρ πρὸς σοφοὺς ἐπιτήδεια, τοῦ τε τάφου ἐπιμελήθητι. καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Παλαμήδους ἀνάλαβε, φαύλως ἐρριμένον. Quae Morellus in argumento capitis illius posuit verba: „*Senarius iambicus ex Aeschyli Niobe,* σοφοῖς * ἐστι γὰρ πρὸς σοφοὺς ἐπιτήδεια, *Prudentibus affinia inter se pleraque.*“ G. Hermannus l. c. p. 48. ex aliquo scholio antiquo originem duxisse indeque Aeschylo hos trochaeos esse restituendos dixit:

ὡς σοφοῖσι πρὸς σοφοὺς
ἐστὶ κηδεία.

Bene Hermannus corrupta Philostrati verba emendavit, sed cur Aeschylo — si quidem Aeschyli verba sunt — trochaeos tribuerit, non perspicio. Facile enim ex illis hunc senarium elicias:

σοφοῖσι κηδεία γάρ ἐστι πρὸς σοφούς.

Deinde hic receperunt Hermannus et Fritzschius Diogenis Laertii locum, quem nos cum duobus Plutarchi locis inter Niobes Sophocleae reliquias exhibuimus. cf. Soph. fgm. 425. 426, 427. —

Ad hanc fabulam autem fortasse respexit Aristophanes (Vesp. 579. sq.) verbis:

κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει, πρὶν ἂν ἡμῖν
ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας.

ad quae schol.: ὅτι τραγικὸς ὑποκριτὴς ὁ Οἴαγρος εἴρηται πρότερον. ὡς θαυμάζων δὲ αὐτόν φησιν, ὅτι κἂν ἐκεῖνος ὁ μέγας καταδικασθῇ. ἐκ τῆς Νιόβης δέ· καὶ γὰρ ὑπεκρίθη τὴν Νιόβην ἢ Σοφοκλέους ἢ Αἰσχύλου.

ΞΑΝΤΡΙΑΙ.

Huius fabulae argumentum ad Penthei historiam pertinuisse cum ex fgm. I. II., tum ex titulo concludi potest, ad quem explicandum egregie Elmsleius (ad Eur. Bacch. hypoth. p. 5. ed. Lips.) locum Philostrati (Imag. I, 18. p. 790.) adhibuit in describenda pictura, qua Penthei mors expressa erat, haec dicentis: *καὶ ἥδε σοι ἡ ἑλάτη χαμαὶ γυναικῶν ἔργον ἐκ Διονύσου μίγα, πέπτωκε δὲ τὸν Πενθέα ἀποσεισαμένη ταῖς βάκχαις ἐν εἴδει λέοντος, αἱ δὲ καὶ ξαίνουσι τὸ θήραμα, μήτηρ ἐκείνη καὶ ἀδελφαὶ μητρὸς, αἱ μὲν ἀπορρηγνῦσαι τὰς χεῖρας, ἡ δ' ἐπισπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης. εἴποις δ' ἄν, ὡς καὶ ἀλαλάζουσιν, οὕτως εὖιον αὐταῖς τὸ ἄσθμα. Διόννσος δ' αὐτὸς μὲν ἐν περιωπῇ τούτων ἕστηκεν ἐμπλήσας τὴν παρειὰν χόλου, τὸν δ' οἶστρον προσβακχεύσας ταῖς γυναιξίν· οὔθ' ὁρῶσι γοῦν τὰ δρώμενα, καὶ ὁπόσα ἱκετεύει ὁ Πενθεὺς, λέοντος ἀκούειν φασὶ βρυχωμένου.* Ex fgm. II quum simul Bacchas introductas fuisse appareat, vix dubitari posse mihi videtur, quin ex iis chorus constiterit et, quae in vetere catalogo citatur fabula *Bacchae*, ab hac diversa non fuerit. Iam enim per se improbabile est, quum Pentheus a matre et materteris laceratus sit, ex his (Xantriis) chorum fuisse compositum. Vehementer autem falluntur, qui propter numerum pluralem tituli chorum eo significari opinantur: obstat enim titulus Ἡλιάδες multique alii. (Vide quae ad Sophoclis Niptra monuimus.) Sed quoniam etiam *Pentheus* Aeschyli commemoratur — quam fabulam a Xantriis diversam fuisse ex eo maxime apparet, quod Galenus eodem loco Xantrias et deinceps Pentheum citavit (fgm. 175.) — probabilis est Welckeri (Tril. p. 327. Append. 122. sq.) et Droyseni (Aesch. II. p. 228.) sententia, *Pentheum et Xantrias* tetralogiae vinculo fuisse connexas et in universum illud continuisse argumentum, quod Euripides in solis Bacchis tractaverit. Num vero, quod iidem viri doctissimi statuunt, in eadem tetralogia fuerit *Semele*, admodum dubium est.

I. (160.)

Aesch. Eum. 24.

> *Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,*
> *ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς,*
> *λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταρράψας μόρον.*

Ubi scholiastes: *Νῦν φησιν ἐν Παρνασῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα· ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις ἐν Κιθαιρῶνι.*

II. (161.)

Phot. p. 326, 19. et Suid. s. v. *Ὀκτώπουν· Κρατῖνος Θρᾴτταις „Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις“ ἀντὶ τοῦ σκορπίον. παροιμία γὰρ „σκορπίον ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.“ ἐν δὲ Αἰσχύλου Ξαντρίαις ἡ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησὶν·*

Ἐκ ποδῶν δ' ἄνω
ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα
κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω.

Probabiliter Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. nr. 9.), quum non, quid gestum sit, narrari, sed potius Insania furoris stimulos Bacchabus iniiciens introducta videatur, id quod ex Photii ipsius verbis liquet, pro *ὑπέρχεται* scribi iussit *ὑπερχέτω*. — Proverbii *σκορπίον ὀκτώπουν ἀνεγείρεις* meminerunt Diogenian. VIII, 8. Hesych. v. *ὀκτάπουν*. Mich. Apost. XV, 55. ed. Leutsch. omnes *ὀκτάπουν* exhibentes. cf. fgm. 145. — Insaniam pariter atque Aeschylus introduxit Euripides in Hercule fur.

III. (162.)

Pollux X, 117. *Τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ κάμακας εἴρηκεν ἐν Ξαντρίαις Αἰσχύλος·*

κάμακες πεύκης οἱ πυρίφλεκτοι.

Aliter *κάμαξ* usurpatum est in fragm. 148. cf. Hesych. *Κάμακες· δοράτια ἱππικά. καὶ ὀρθὰ ξύλα ὑπὸ ταῖς ἀναδενδράσι.* Etym. M. p. 487, 21. *Κάμαξ· ἀρσενικῶς μὲν σημαίνει ὄρυγμα ἢ τοὺς ἐν τάφρῳ πεπηγμένους πασσάλους πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐρωήν. θηλυκῶς δὲ τὰς ῥάβδους ἢ δόνακας παραπεπηγότας ταῖς ἀμπέλοις.*

IV. (163.)

Galen. ad Hippocr. Epid. Vol. V. p. 455. ed. Bas. (Vol. IX. p. 385. Chart.) *Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τῆς πέμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς* (fgm. 325.) — — *οὕτω καὶ Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις*

Ἃς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται
οὔτ' ἀστεροπὸν ὄμμα Λητῴας κόρας.

Sic haec ex certissima Bentleii (Epist. ad Mill. p. 51.) correctione ediderunt, quum in libris esset: *Αἰσχύλος ἐξαντίας οὔτε π. ἡ. πρ. οὔτ' ἀστέρων στόμα Α. κ.* Similiter locutus est Aesch. in Prom. 798. *ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται | ἀκτῖσιν, οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.* cf. Eur. Hipp. 851. — Ad hunc locum respexit Phot. p. 409, 10. *Πέμφιξ· πνοή. Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις ἐπὶ τῶν ἀκτίνων.*

V. (164.)

Etym. M. p. 595, 36. *Μύστις παρὰ τὸ μύστης. τοῦτο παρὰ τὸ μύω. Οὐ μόνον δὲ ἀπὸ βαρυτόνου γίνεται εἰς υ παρώνυμον, οἷον πλανήτης, πλανῆτις. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ὀξυτόνου, οἷον ὑβριστὴς, ὕβριστις, αἰχμητὴς, αἰχμητις, βουλευτὴς, βούλευτις.*

Τῶνδε βούλευτις πόνων.

ἐν ταῖς Ξαντρίαις. Probabiliter huc rettulit Stanleius, Dindorfius vero omisit, fortassis eadem causa (h. e. nulla) ductus, qua Meinekius

ur crit. p. 40. Hist. crit. com. p. 176.) et Gaisfordus ad Hephaest. 91. locum Platoni comico tribuerunt, cuius fabula Ξάνται ἢ Κέρκες ab Hephaestione vitiose Ξάντριαι nominata est.

V. (165.) *

In Aristophanis Ranis (vs. 1344.) Aeschylus inter Euripidis onodiarum particulas recitat: Νύμφαι ὀρεσσίγονοι, ad quae verba holiastes adnotat: Ἐκ τῶν Ξαντριῶν Αἰσχύλου (sic codd. Rav. Ven. ὀρικίδου reliqui.), φησὶν Ἀσκληπιάδης· εὗρε δὲ Ἀθήνησιν ἔν τινι τῶν κθέντων (διασωθέντων αὐτογράφων correxit Dobraeus) „Νύμφαι ὀρεγόνιαι (cod. Ven. ὀρεσιγόνιοι) θεαῖσιν ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου τὸ ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις.“ ἔοικε δὲ ὅλον ἐπιτηδεύειν ἀνυπόκτα. ἄλλως οὐδὲ παρ' Αἰσχύλου ἥρμοζε τὰ τοιαῦτα λαμβάνεσθαι. (Poremis haud dubie scholiastes se offendi significat, quod Aristophas Euripidi Aeschyleis, non huius ipsius versibus irrideat.) Ad ietae verba illustranda Valckenarius (Diatr. p. 11.) attulit locum Platos (Rep. II. p. 381. D.) Μηδὲ Πρωτέως καὶ Θέτιδος καταψευδέσθω μηδεὶς δ' ἐν τραγῳδίαις μηδ' ἐν ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἥραν ἡλλοιωμένην ὡς ρειαν ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις. is adiunxit Dindorfius locum Diogenis (Epist. 5 in Noticeset Extraits es MS. Vol. V. pt. II. p. 241.) οἵτινες (sc. οἱ τραγικοὶ) Ἥραν τε τὴν ὡς παράκαιτιν ἔφασαν τὴν (leg. εἰς) ἱέρειαν μεταμορφωθεῖσαν τοιοῦν βίον σχῆμα ἀναλαβεῖν, νύμφαις κρηναίαισιν (sic Boissonadius, cod. ήναισιν) κυδραῖς θεαῖς ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείαις ποταμοῦ παισὶν βιορις. et Pausan. VIII, 6, 6. Ὁ δὲ Ἴναχος ἐφ' ὅσον μὲν πρόεισι κατὰ ν ὁδὸν τὴν διὰ τοῦ ὄρους, τοῦτό ἐστιν Ἀργείοις καὶ Μαντινεῦσιν ὅρος χώρας· ἀποστρέψας δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς Ἀργείας ἤδη τὸ ὸ τούτου πάτεισι, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν Ἴναχον ἄλλοι τε καὶ Αἰσχύλος ποὸν καλοῦσι Ἀργεῖον. Inde Aeschylo hos tribuit versus:

Νύμφαις κρηναίαις κυδραῖσι θεαῖσιν ἀγείρω,
Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις.

einekius vero (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1843. 243.) hos elicuit:

Ὀρεσσιγόνοισιν
νύμφαις κρηνιάσιν κτλ.

reliquis cum Dindorfio consentiens. Sed probabiliter Dindors de scholio isto sic disputavit: „Euripidis est Νύμφαι ὀρεσσίγονοι, ius verba integra, fortasse ex Aeschyleis expressa, ab antiquo mmatico apposita nunc cum illis coaluerunt in scholio et corpto et defecto. Ita etiam intelligitur quam originem mirum illud μφαι ὀρεσιγόνιαι habeat, in quo syllabae Νύμφαι ὀρεσιγον * ad Euidis, proximae ιαι θεαῖσιν ad Aeschyli locum pertinent. Iunonis quae unt partes in Aeschyli fabula nescitur.“ In editione schol. Oxoniensi re verba νύμφαι ὀρεσιγόνιαι vel omisit, eorumque loco vocem Νύμις et lacunae signum posuit. Fortassis recte. Certe verba νύμφαι

ὀρεσσίγονοι inter Aeschylea recipi non debere mihi persuasissimum est. — Ceterum si vere disputata sunt, quae de huius dramatis argumento supra diximus, non possunt illi versus et quae de Iunone a Platone et Diogene ll. cc. narrantur, in Xantriis locum habuisse [10]). Asclepiades igitur vel quicunque eius nomen sibi arrogavit, erravit, quod etiam scholiastes ipse intellexit, quum scriberet: ἔοικε δὲ ὅλον ἐπιτηδεύειν ἀνυπόταχτα. Egregie hoc perspexit Welck. Tril. p. 331. not. 581., contra quem frustra disputavit Fritzschius (ad Aristoph. l. c.) fabulam dicens satyricam fuisse. Cui sententiae et fragmentorum color et titulus et argumenti gravitas et illud obstat, quod de choro supra disputavimus.

Ad hanc fabulam Welcker (Tril. p. 331.) praeterea refert fgm. 285.

Ο Ι Δ Ι Π Ο Υ Σ.

Oedipi nusquam mentio facta est nisi in vetere fab. Aesch. catalogo et in didascalia ad Septem c. Theb., quam ad Laium adscripsimus; itaque argumentum tantummodo ex titulo divinare possumus. Hinc et respecto loco, quem Oedipus in tetralogia (vid. ad Laium) inter *Laium* et *Septem* ad Thebas habuit, fabulam Oedipi fata ex eo tempore, quo rex Thebanorum factus est, usque ad excaecationem eius vel mortem complexam esse probabile est. Mystica quaedam in ea evulgata fuisse Eustratii constat testimonio (vid. ad Ἱερείας.). —

Valckenarius ad hanc fabulam rettulit fgm. 367, alii fgm. 340. 344.

Ο Π Λ Ω Ν Κ Ρ Ι Σ Ι Σ.

Hanc fabulam cum *Thressis* et *Salaminiis* tetralogiae vinculo copulatam fuisse viri docti (cf. Welcker. Trilog. p. 438. Trag. Gr. p. 37. sq. Droysen. Aesch. II. p. 248. G. Hermann. de trag. Aiacis et Teucri fata complex. Lips. 1838. Opusc. VII. p. 362. sq. Grupp. Ariadn. p. 577.) fere omnes inter se consentientes statuunt. Quo-

---

[10]) Quae de Iunone traduntur, ad *Semelen* referre non dubitarem, (conferas enim praeter ea, quae infra de hac fabula disputavimus, *Schilleri* nostri *Semelen* —) si perspectum haberem, quas nymphas in ea fabula Iuno alloqui potuisset. Sed vide fgm. 216.

rum sententiam admodum probabilem esse vix negare poterit, qui illis concesserit, quod sane partim e fragm. I. II partim e titulo elucet, argumentum in iudicio de Achillis armis positum fuisse, de quibus, quum ea Thetis mater illi proposuisset praemium, qui post Achillem fortissimus esset eiusque mortem ulturus, Aiacem et Ulixem certasse, hunc autem postremo vicisse veteres scriptores tradunt. cf. Hom. Od. XI, 545. et schol. ad h. l. Procl. (ex Arctini Aethiop.) p. 583. ed. Didot. Ovid. Metam. XII, 612. sq. XIII, 1. sqq. Quint. Smyrn. Posthom. V, 1. sqq. Nam tale argumentum per se solum non potuisse tragoediae summam efficere, facile intelligitur.

I. (166.)

Aristoph. Ach. 883. *Πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορᾶν.* ubi scholiastes: *Ὁ στίχος ἀπὸ δράματος Αἰσχύλου Ὅπλων κρίσεως οὕτως ἐπιγεγραμμένου, ἐν ᾧ ἐπικαλεῖται τὰς Νηρεΐδας τις ἐξελθούσας κρῖναι πρὸς τὴν Θέτιν λέγων*

Δέσποινα πεντήκοντα Νηρήδων κορῶν.

Vulgo legebatur *χορὸν*, quod Valck. ad Ammon. I. p. 164 in *χοροῦ* mutavit. Sed probabilius Bentleius ex Aristophane restituit *κορῶν*, quod paene confirmatur codicis Rav. scriptura *κορᾶν*.

II. (167.)

Schol. Soph. Aiac. 190. (praemisso Soph. fgm. 533.) *καὶ Αἰσχύλος ἐν Ὅπλων Κρίσει*

Ἀλλ' Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίσυφος,
τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

καὶ Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι (vs. 102.). G. Hermannus maluit: *λέγω 'γω.*

III. (168.)

Stob. XI, 8. *Αἰσχύλου Ὅπλων κρίσεως.*

Ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη.

Sine fabulae et poetae nomine citatur ab Arsen. V, 16. p. 72. ed. Walz. (p. 302. ed. Leutsch.) Imitatus est Eurip. in Phoen. 472.

IV. (169.)

Stob. CXXI, 23. *Αἰσχύλου ἐν Ὅπλων κρίσει.*

Τί γὰρ καλὸν ζῆν βίοτον ὃς λύπας φέρει;

Libri *βίον*, quod correxerunt Stanleius et Iacobs. Lect. Stob. p. 145. Grotius maluerat: *τὸ γὰρ κακὸν ζῆν βίον ὅσας λύπας φέρει.* cf. fgm. 83.

V. (170.)

Etym. Gud. p. 567, 34. *Χλίδοντα, χλίδην, σωρηδὸν, δηλοῖ πλήθους ἔμφασιν. Αἰσχύλος ὁ πλουκρίσει καὶ χερίδοντα, ἀντὶ τοῦ πληθύνοντα.* Quae

sic correxit G. Hermannus l. c. p. 365. not. *Χλίδον καὶ χλῆδον, σωρόν. δηλοῖ πλήθους ἔμφασιν. Αἰσχύλος Ὅπλων κρίσει· κεχληδότα, ἀντὶ τοῦ πληθύνοντα.* Cf. fgm. 15.

Ad hanc fabulam praeterea Lachmannus et alii referunt fgm. 276.

Ο Σ Τ Ο Λ Ο Γ Ο Ι.

Nomen huius dramatis praebent vetus fab. Aesch. catalogus et Phot. p. 533, 15. (*Ὀστολόγοι· παρ' Ἐπιλύκῳ· καὶ δρᾶμα Αἰσχύλου Ὀστολόγοι.*), fragmentum simul cum titulo Athenaeus. Ex quo quum Ulixem introductum esse appareat de iniuriis, quas a superbis Penelopes procis perpessus sit, conquerentem, Welcker (Tril. p. 452. sq. Append. p. 161. sq. 332. sq.) assentiente Droysenio (II. p. 251.) eam Ulixis historiae partem, quam Homerus Odysseae libris XVII — XXII descripsit, in tetralogia, quae ex fabulis *Ὀστολόγοι*, *Σύνδειπνοι* (hanc excogitavit Welcker[11]) et *Πενελόπη* constiterit, compositam fuisse coniecit. Quae coniectura, quoad rem spectat, haud improbabilis videbitur consideranti, prorsus idem argumentum a Sophocle in *Convivis* (*Συνδείπνοις*) esse tractatum, quamvis fortasse aliam de titulis et ordine fabularum sententiam amplexurus sit. Certe *Ὀστολόγους* eodem iure inter tragoedias referri fatebitur, quo Sophoclis fabulam infra tragoediam fuisse docuimus. Nihil vero de eius compositione compertum habemus.

I. (171.)

Athen. XV. p. 667. C. *Καὶ Αἰσχύλος δ' ἐν Ὀστολόγοις ἀγκυληπτοὺς λέγει κοττάβους διὰ τούτων·*

Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἥσσονας
ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἐναισίους ἐμοί.
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κότταβος ἀεὶ τοὐμὸν κάρα
τοῦ δ' ἀγκυλητοῦ κοσσάβιός ἐστι σκοπὸς
ἐκτεμὼν ἠβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

---

[11]) Fidem ei facere voluit (Append. p. 172.) loco Aristophanis ap. Athen. VIII. p. 365. B. *σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας — — καὶ Πλάτων — καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ*

Ἐν τοῖσι συνδείπνοις ἐπαινῶν Αἰσχύλον ·

corrigens *Συνδείπνοις*. Sed qui hunc locum non opinione praeiudicata circumspexerit, *συνδείπνοις* concedet numerum pluralem esse vocis *σύνδειπνον*, non vocis *σύνδειπνος*, et versu illo de homine agi, qui in conviviis laudare soleat Aeschylum (h. e. eius recitare versus.).

Vs. 1. Libri habent *ἥσσον*, vett. editt. *ἧσσονας*. Iacobsius (Animadv. in Ath. p. 352.) dedit: *Εὐρύμαχος οὖν οὐκ κτλ.* Casaubonus: *Εὐρύμαχος οὖν τις κτλ.* — Vs. 2. libri *αἰνεσίους*, quod correxit Porso ad Hom. Od. *β'*, 159. — Vs. 3. *ἦν μὲν αὐτῷ.* Pal. *γὰρ ἦν αὐτῷ.* Laur. *ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ.* Ald. Deinde libri *τοῦ μὲν κάρα*, quod correxit Petitus (Observ. VII, 13.) — Vs. 4. codd. *ἀγκύλη τοῦ κοσσάβιος.* Ald. *κόσσαβος.* Stanleius emendavit: *τῶν δ' ἀγκυλήτων κοττάβων ἔστη σκοπὸς ἓκ τ' ἐμῶν* collat. Polluc. X, 21. *Καὶ μὴν ὅτῳ φίλον ἀποβλύζειν πιόντι καὶ ἐξεμεῖν* (pro eo nunc e melioribus libri Bekker *ἀπεμεῖν* dedit), *ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀποκοτταβίζειν καλοῦσι, εὑτρεπιστέα τούτῳ λεκάνη τις ὑποδέξασθαι τὸ ἐπαναπλέον τοῦ ποτοῦ.* Ceterum *ἀγκυλητοὺς κοττάβους* ex *Aeschylo* memorant Athen. XI. p. 782. E. Eustath. p. 344, 21., sine poetae nomine schol. Aristoph. Pac. 1214. — Vs. 5. codd. *χεῖρ'*. Heathius *χείρ*. Dindorfio vs. 3. et 5. ex duorum versuum reliquis compositi esse videntur. Locum Friebelius sic correxit:

(*Ἀλλ'*) *Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἧσσονας*
ἴβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἐναισίους ἐμοί·
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοττάβιον τοὐμὸν κάρα·
τόδ' ἀγκυλητῶν κοττάβων ἔστη σκοπὸς,
ἔν θ' ἑξεμῶν ἠβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

in quibus (vs. 3.) haud dubie recte restitutum est *κοττάβιον*: nam Ulixes Eurymacho non *κότταβος*, sed tantum modo *κοττάβιον* (cf. Athen. XV. p. 666. B.) esse potuit. Minus bene vs. 4. emendatio Friebelio cesserit, quippe qua idem fere expressum sit atque versu 3. Vs. 5. denique non expedio. Equidem in hunc modum scripserim:

(*Ἀλλ'*) *Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἧσσονας*
ὕβριζ' ὑβρισμοὺς, οὐκ ἐναισίους ἐμοί·
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοττάβιον [*ἔγωγ'*] *ἀεί·*
τοῦ δ' ἀγκυλητοῦ κοττάβου τοὔμον κάρα
ἔστη σκοπός· τοῦ δ' ἐκτενῶς ἠβῶσα χεὶρ
ἐφίετο.

Ἐκτενὴς habet Aesch. Suppl. 961. — Probabiliter monuit Iacobsius (Mus. Attic. III, p. 487.) hunc locum Euripidi ante oculos versatum esse scribenti (fgm. 563): *πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι κάρα γέροντος· κτλ.*

II. (172.)

Athen. I. p. 17. C. *Αἰσχύλος γοῦν ἁπρεπῶς που παράγει μεθύοντας τοὺς Ἕλληνας, ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περικαταγνύναι· λέγει γοῦν*

Ὅδ' ἐστὶν, ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην,
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη,
χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

Hinc affert vss. etiam Eustath. p. 1828, 28. — Recte hoc fragmentum a Dindorfio ad hanc fabulam relatum esse non modo inde probabile est, quod Sophocles in *Συνδείπνοις*, in qua fabula idem argumentum tractavit, iisdem fere verbis usus est (ab Athenaeo post Aeschylea allatis, cf. Soph. fgm. 529.), sed etiam paene apertis verbis ab Athenaeo ipso indicatur, quippe qui paullo post illa fragmenta (p. 17. F.), ubi de Penelopes procis agit, haec addidit: *ἀλλ' οὐδ' ὅτε μνηστῆρας εἰσάγει* (sc. *Ὅμηρος*) *μεθύοντας, οὐδὲ τότε τοιαύτην ἀκοσμίαν εἰσήγαγεν, ὡς Σοφοκλῆς καὶ Αἰσχύλος πεποιήκασιν, ἀλλὰ πόδα βόειον ἐπὶ τὸν Ὀδυσσέα ῥιπτούμενον.* — Vs. 1. Lacunam explevit Iacobsius (Animadv. in Ath. p. 11. scribendo *ὃδ' ἐστ' ἐκεῖνος ὃς κτλ.*, sed offendit etiam locutio *ἀμφ' ἐμοὶ — ἔρριψεν*. Probabilius igitur Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. p. 75.) e Sophoclis loco correxit: *ὅδ' ἐστὶν ὃς ποτ' ἀμφὶ θυμῷ μοι βέλος κτλ.* — Vs. 2. *οὐράνην* ex Aeschylo commemorant Pollux X, 44, Gram. in Walzii Rhet. VII. p. 735. et Cram. Anecd. Paris. IV, p. 12., Eustath. Opusc. p. 296, 51. cf. Soph. l. c. — Vs. 4. Huc respexit Schol. Lycophr. 778. *Παρ' Αἰσχύλῳ φαίνεταί τις τὸν Ὀδυσσέα τύψας ὀστράκῳ, οὐ μὴν παρ' Ὁμήρῳ.*

Dindorfius praeterea huc rettulit fgm. 345.

Η Α Λ Α Μ Η Δ Η Σ.

In hoc dramate Aeschylum in universum idem argumentum, quod Sophocles et Euripides fabulis pariter cognominatis expresserint, tractasse cum ex titulo tum ex fragm. 1. cognosci potest, sed nec de ratione, qua id conformatum, nec de fabulis, quibuscum tetralogiae nexu copulatum fuerit, quidquam constat vel probabiliter coniici potest.

I. (173.)

Athen. I. p. 11. E. *Ἔστι δ' ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων ἐν οἷς ὁ Παλαμήδης πεποίηται λέγων*

καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας
ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα,
ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἱρεῖσθαι τρία.

Vario modo viri docti haec emendarunt. I. Scaliger: *κ. τ. κ. στ. καὶ ταγοὺς κτλ.* contra metrum. Valckenarius (ad Eur. Phoen. 546.) dedit: *κ. τ. κ. στ. καὶ λόχους ἔταξα κτλ.* Heathius: *κ. τ. χἀκατοντάρχας* * * *ἔταξα κτλ.* Schweighaeuser et Porso: *κ. τ. χἀκατοντάρχας στρατῷ ἔταξα.* Butler: *κ. τ. χἀκατοντάρχας ἐγὼ ἔταξα κτλ.* Bene Heathius,

Schweighaeuser, Porso, Butler στρατάρχας ferri non posse perspexerunt: nam gloriari quidem Palamedes poterat, exercitum ex lege quadam a se dispositum esse (cf. Soph. fgm. 401.), sed etiam toti exercitui imperatorem a se primo esse constitutum, id profecto sibi vindicare non poterat. Haud dubie illud στρατάρχας, id quod Schweighaeuserum non latuit, ex στρατῷ corruptum est, quae vox abesse vix potuit, quum Palamedes inter multa inventa, quibus se Graecis profuisse gloriabatur, (vs. 2. 3.) primum ea afferebat, quibus exercitui bene consuluerat. cf. Soph. l. c. vs. 5. 6. — Vs. 3. citant Eustath. p. 242, 22. τὸ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἱρεῖσθαι τρία ἢ μάλιστα πρίτα. κατὰ τοὺς παλαιοὺς κακῶς ῥηθῆναι κρίνουσιν οἱ παλαιοί. οὐδὲ μνηστῆρες γάρ, φασιν, οὐδὲ Κύκλωψ τρισὶ τροφαῖς ἐχρῆντο. Similiter, sed omissis verbis ἢ μαλ. τρίτα p. 1358, 4. p. 1432, 5. p. 1791, 45. p. 1833. 4. et Schol. ad Hom. Il. α', 308. in Cram. An. Gr. Paris. III, p. 7, 14. et p. 154, 6. (uterque recte δόρπα δ', sed male τρία.) Schol. ad Il. β', 381. ad Od. β', 20. Ex his Valckenarius l. c. tertium versum restituit quamvis in ordine vocum δεῖπνα et δόρπα errans. Locus igitur ita se habuisse videtur:

καὶ ταξιάρχας χἀκατοντάρχας στρατῷ
ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα,
ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

II. (174.)

(Herodian. περὶ ἰλιακ. προσ. p. 224. ed. Lehrs. ap.) Schol. Hom. Il. δ', 319. κατέκταν μετὰ τοῦ ν αἱ Ἀριστάρχου, καὶ ἐν ἐκτάσει τοῦ α Δωρικῇ οὔσῃ ὡς ἔβαν ἐγώ· ἡ γὰρ χρῆσις τοιαύτη ἦν παρὰ Ἀττικοῖς· παρὰ γὰρ τὸ κτῶ καὶ κτῆμι κινήματα ἱκανὰ ἐξέπιπτεν· δεύτερος μὲν αὐτὸς ἀόριστος, ὀφείλων εἶναι κοινῶς ἔκτην, γενόμενος δὲ κατὰ Δωρίδα ἔκταν, ὃς ἐν χρήσει παρὰ Ἀττικοῖς. Εὐριπίδης (fragm. 619.) — Αἰσχύλος δὲ Παλαμήδει

Τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης;

καὶ (fragm. 215.).

Praeterea Blomfieldus (ad Aesch. Prom. 467.) ex hac fabula ductos esse censet versus, quos Stobaeus in Eclogis (l. l.) tanquam ex Aeschyli Prometheo affert cum vss. 452—57 huius fabulae arcte coniunctos:

456. ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους ὁδοὺς
ἀριθμὸν εὑρών, ἔξοχον σοφισμάτων.
ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
βίον διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
θηρσίν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὗρηκ', ἔξοχον σοφισμάτων.

Vs. 1. 2. in codd. Promethei Aeschylei sic leguntur: ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις· | καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων | ἐξεῦρον

κτλ. Nisi vs. 3—6 casu apud Stobaeum cum Aeschyleis coaluerunt, quoniam propter argumenti similitudinem iuxta collocati erant, probabiliter mihi ad Palamedem referri videntur, neque vero ad Aeschyli fabulam, sed ad recentioris cuiusdam poetae (fortassis Astydamantis minoris) Palamedem, qui Aeschylea in usum suum converterit et cum suis miscuerit. —

Locum Platonis (de Rep. VII. p. 522. D.) *Παγγέλοιον γοῦν, ἦφη, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει· ἢ οὐκ ἐννενοήκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν, τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆναι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι νεῶς τε καὶ ἄλλα πάντα.*, de qua dixit Aristides (Vol. II. p. 260. Iebb.), non ad Aeschyli Palamedem (in qua sententia Butler fuit), sed ad tragicos poetas in universum spectare, quippe qui omnes Palamedem talia de se praedicantem induxerint, facile intelligitur.

Π Ε Ν Θ Ε Υ Σ.

Hoc dramate idem argumentum expressum fuisse atque Euripidis Bacchis testis est scriptor argumenti Bacch. Eur. his verbis: *ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ.* Sed quum Penthei fata, ut supra vidimus, etiam in Xantriis tractata esse videantur, hanc fabulam cum illa tetralogiae vinculo connexam fuisse probabile est.

I. (175.)

Galen. loco supra (ad fgm. 163.) citato post illud fragm. pergit: — *ἐπὶ δὲ τῆς ῥανίδος ὁ αὐτὸς* (fgm. 180.) *καὶ ἐν Πενθεῖ*

Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς.

Male Stanleius *πρὸς πέδον* scripsit.

Π Ε Ρ Ρ Α Ι Β Ι Δ Ε Σ.

Titulum *Περραιβίδες* praebent vetus fab. Aesch. catalogus et Athenaeus XI. p. 499. A., unde alterum Athenaei locum (XI. p. 476. C.) ubi *Περραιβοὶ* est, corrigendum esse dudum Dindorfius monuit (praef. ad Athen. I. p. IV. adnot.). Quale autem fuerit huius dramatis argumentum, haud facile dixeris, quum neque ex fragmentis concludi neque ex titulo coniici quidquam possit, quod aliquam probabilitatis speciem prae se ferat. Welcker (Tril. p. 559.) fabulae summam in pugna Centaurorum cum Lapithis et Perrhaebis com-

missa, quae inter Pirithoi et Hippodamiae nuptias exorta erat (cf. Ovid. Met. XII, 146. sqq.), positam fuisse putat, quum fragmenta ex Ovidii (l. c. 242.) verbis:

Vina dabant animos: et prima pocula pugna
Missa volant, fragilesque cadi curvique lebetes.

explicari possint. Sed postea (Trag. Gr. p. 30. 52.) ipse ad O. Muelleri sententiam accessit, (qui in Ind. doct. Gotting. a. 1827. p. 670. et ad Aesch. Eum. p. 138.) *Perrhaebides* et *Ixionem* in una eademque tetralogia fuisse coniecerat, in qua tota Ixionis historia tractata esset, itaque Perrhaebides ea continuisse, quae tradiderit Diod. IV, 69, 3. οὗτος δ' (sc. Ἰξίων), ὡς φασιν, ὑποσχόμενος ἕδνα πολλὰ δώσειν Ἠιονεῖ, ἔγημε τὴν Ἠιονέως θυγατέρα Δίαν, ἐξ ἧς ἐγέννησε Πειρίθουν. Ἔπειθ' ὁ μὲν Ἰξίων οὐκ ἀπέδωκε τὰ ἕδνα τῷ γυναικί, ὁ δ' Ἠιονεὺς τὰς ἵππους ἀντὶ τούτων ἠνεχύρασεν. Ὁ δ' Ἰξίων τὸν Ἠιονέα μετεπέμψατο ἐπαγγελλόμενος πάντα ὑπακούσεσθαι, καὶ τὸν Ἠιονέα παραγενόμενον ἔβαλεν εἰς βόθρον πυρὸς μεστόν. Διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς παρανομίας μηδένα βούλεσθαι καθᾶραι τὸν φόνον. cf. Schol. Eur. Phoen. 1192. Quae sententia mihi quoque fragmenta consideranti probabilior videtur: nam fragmento II verba Eïonei dona requirentis, fragmento III nuncii vel chori verba post Eïonei mortem dicta contineri mihi persuadeo. — Aptissime sane cum tali dramate fabula *(Ixion)*, qua reliqua expressa erant, quae de Ixione Diodorus narravit, connecti potuit.

I. (176.)

Athen. XI. p. 476. C. Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβίσι (codd. Περραιβοῖς) τοὺς Περραιβοὺς παρίστησιν ἀντὶ ποτηρίων τοῖς κέρασι χρωμένους διὰ τούτων

Ἀργυρηλάτους
κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.

καὶ Σοφοκλῆς (fgm. 455.). — Προβεβλημένοις Epitome et Eustath. p. 917, 63. Sciens praetermitto Blomfieldi coniecturam (praef. ad Aesch. Pers. p. XXVIII.).

II. (177.)

Athen. XI. p. 499. A. Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβίσι φησί·

Ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα κἀκροθίνια;
Ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα;

Vs. 2. attulit etiam Eustath. p. 1775, 22.

III. (178.)

Hesych. Ἀπαιόλη· ἀπάτη, ἀποστέρησις. Αἰσχύλος Περραιβίσιν (cod. Περρέβην.). Versum, ad quem Hesychius respexit, servavit Eustath. p. 352, 33. ἰστέον δ' ὅτι ἀπὸ τοῦ ᾠηθέντος αἰόλλω καὶ ἀπαιόλη γίνεται ἡ ἀπάτη καὶ ἀποστέρησις. Αἰσχύλος·

Τέθνηκεν αἰσχρῶς χρημάτων ἀπαιόλῃ.

Libri *αἰσχρὸς*, quod correxit Butler. — De voce *ἀπαιόλη* dignus etiam est qui audiatur schol. Aristoph. Nub. 1150. *Ἀπαιόλη· πέπλασεν ὄνομα δαίμονος σωματοποιήσας αὐτὴν, παρὰ τὸ ἀπαιολεῖν καὶ κινεῖν καὶ στερεῖν. ἤ τινα τοιαύτην, ὡς ἂν εἴποι τις, ὦ Ἀδικία. Ἀριστοφάνης δὲ ὀξύνεσθαί φησι τὴν ἐσχάτην, ἀπαιολή.* —

Huc etiam referenda videntur fgm. 303. 376.

ΠΗΝΕΛΟΠΗ.

Quum in Penelopes historia nihil sit, quod tragoediae argumentum praebere potuerit, fuerunt, qui de titulo dubitarent. Sed is cum veteris catalogi atque Etymologici M. auctoritate, tum eo confirmatur, quod etiam Philocles drama eodem nomine inscripsit: itaque probabilior est Welckeri sententia hanc fabulam in eadem tetralogia fuisse dicentis, in qua fuerint *Ὀστολόγοι*. Num vero poeta tetralogiam ea ratione composuerit, qua Welckero placuit (vide ad *Ὀστολόγους*), dubitari potest.

I. (179.)

Etym. M. p. 31, 5. *Αἰδοιέστατος· ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἀρχέστατον, ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ ἐν Πηνελόπῃ, οἷον*

Ἐγὼ γένος μέν εἰμι Κρὴς ἀρχέστατον,

καὶ τὸ αἰδοιέστατον καὶ ἀφθονέστατον ποιητικά εἰσι κατ' ἔθος Ἰώνων γενόμενα. Eundem vs. habet sine fab. nom. Phavorin. Ecl. p. 86, 3. Dindf. ubi *μικρῆς* pro *Κρής*. — De superlativo *ἀρχέστατον* dubitarunt Bernhardyus (in Annal. Berol. crit. a. 1838. II. p. 347.), Lobeckius (Paralip. p. 81. n. 21.), defendit eum A. Nauckius (ad Aristoph. Byz. p. 46. not. 54.)

Ad hanc fabulam fortasse referendi sunt versus, quos servavit Stob. Ecl. Phys. I, 9, 19. p. 232. Heer. (I. p. 85. ed. Gaisf.) e lem. *Εὐριπίδου Πηνελόπῃ·*

οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν,
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Corrigunt quidem *Εὐριπίδου Μελανίππῃ*, sed utrum in fabulae an in poetae nomine erratum sit, dubitari potest.

ΠΟΛΥΔΕΚΤΗΣ.

Huius dramatis nusquam nisi in vetere fab. Aesch. catalogo extat memoria; itaque perquam dubium est, quale eius fuerit argumentum. Si autem coniecturam ex titulo facere licet, argumentum ad Danaes Perseique historiam pertinuit et ab eo non multum diversum fuit, quod Euripides in Dictye tractavit, de quo loco suo (Eurip. fragm. p. 164.) disputavimus. Huc spectasse videtur pictura, quam commemoravit Paus. I, 22, 7. *καὶ Περσεύς ἐστιν εἰς Σέριφον κομιζόμενος Πολυδέκτῃ φέρων τὴν κεφαλὴν τῆς Μεδούσης·* cf. Apollod. II, 4, 4. Pherecyd. ap. Schol. Apoll. Rhod. IV, 1515. (fgm. 26. ed. Mueller.). Welckero (Tril. p. 387.) haec fabula cum Phorcidibus coniuncta fuisse videtur.

ΠΡΟΜΗΘΕΙΣ.

Scriptor vit. Aesch. (p. 122, 95. in Westermanni Biogr. Gr.) haec habet: *ταύτῃ καὶ ἄριστος εἰς τραγῳδίαν Αἰσχύλος κρίνεται, ὅτι εἰσάγει πρόσωπα μεγάλα καὶ ἀξιόχρεα, καί τινες ἤδη τῶν τραγῳδιῶν αὐτῷ διὰ μόνων οἰκονομοῦνται θεῶν, καθάπερ οἱ Προμηθεῖς· τὰ γὰρ δράματα συμπληροῦσιν οἱ πρεσβύτατοι τῶν θεῶν, καί ἐστι τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ὀρχήστρας θεῖα πάντα πρόσωπα.* Quod ex his verbis cognoscitur, Promethei historiam in compluribus fabulis h. e. (si Aeschyli morem spectamus) in tetralogia tractatam esse, id a Welckero (Trilog. p. 7. sq. Append. p. 1. sqq.) ac nuper a Bellmanno (de Aeschyli ternione Prometheo etc. Vratisl. 1839.) ex fragmentis aliisque rationibus tam luculenter expositum est, ut hodie, quamvis G. Hermannus (in diss. de Aesch. Prometheo soluto. Lips. 1828. Opusc. IV. p. 258. sq.) multa acute contra disputaverit, vix reperiatur, qui de tetralogia ista dubitet. (Cf. Dissen. Script. min. p. 301. Klausen. Theologum. Aesch. p. 155. Droysen. Aesch. II. p. 159. sq. Grupp. Ariadn. p. 55. e. a.) Cui aptissime conveniunt tituli, quos vetus catalogus exhibet: *Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς λυόμενος,* quippe quibus paene ipsius argumenti explicatio significata sit. Nam Promethei historiam sic paucis adumbravit Apollod. I, 7, 1. *Προμηθεὺς δὲ ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσας ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ πῦρ λάθρα Διὸς ἐν νάρθηκι κρύψας· ὡς δὲ ᾔσθετο Ζεὺς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ προσηλῶσαι· τοῦτο δὲ Σκυθικὸν ὄρος ἐστίν. ἐν δὴ τούτῳ προσηλωθεὶς Προμηθεὺς πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐδέδετο καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἀετὸς ἐφιπτάμενος αὐτοῦ τοὺς λοβοὺς ἐνέμετο τῶν ἡπάτων αὐξανομένων διὰ νυκτός. καὶ Προμηθεὺς μὲν πυρὸς κλαπέντος δίκην ἔτινε ταύτην, μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὕστερον ἔλυσεν, ὡς ἐν τοῖς καθ' Ἡρακλέα* (II, 5, 11, 12.) *δηλώσομεν.* Ab illis autem Prometheis haud dubie diversa fuit, quae in Persa-

sic correxit G. Hermannus l. c. p. 365. not. *Χλίδον καὶ χλῆδον, σωρόν. δηλοῖ πλήθους ἔμφασιν. Αἰσχύλος Ὅπλων κρίσει· κεχληδόσα, ἀντὶ τοῦ πληθύνοντα.* Cf. fgm. 15.

Ad hanc fabulam praeterea Lachmannus et alii referunt fgm. 276.

Ο Σ Τ Ο Λ Ο Γ Ο Ι.

Nomen huius dramatis praebent vetus fab. Aesch. catalogus et Phot. p. 533, 15. (*Ὀστολόγοι· παρ' Ἐπιλύκῳ· καὶ δρᾶμα Αἰσχύλου Ὀστολόγοι.*), fragmentum simul cum titulo Athenaeus. Ex quo quum Ulixem introductum esse appareat de iniuriis, quas a superbis Penelopes procis perpessus sit, conquerentem, Welcker (Tril. p. 452. sq. Append. p. 161. sq. 332. sq.) assentiente Droysenio (II. p. 251.) eam Ulixis historiae partem, quam Homerus Odysseae libris XVII — XXII descripsit, in tetralogia, quae ex fabulis *Ὀστολόγοι, Σύνδειπνοι* (hanc excogitavit Welcker[11]) et *Πενελόπη* constiterit, compositam fuisse coniecit. Quae coniectura, quoad rem spectat, haud improbabilis videbitur consideranti, prorsus idem argumentum a Sophocle in *Convivis* (*Συνδείπνοις*) esse tractatum, quamvis fortasse aliam de titulis et ordine fabularum sententiam amplexurus sit. Certe *Ὀστολόγους* eodem iure inter tragoedias referri fatebitur, quo Sophoclis fabulam infra tragoediam fuisse docuimus. Nihil vero de eius compositione compertum habemus.

I. (171.)

Athen. XV. p. 667. C. *Καὶ Αἰσχύλος δ' ἐν Ὀστολόγοις ἀγκυλητοὺς λέγει κοττάβους διὰ τούτων·*

Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἥσσονας
ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἐναισίους ἐμοί.
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κότταβος ἀεὶ τοὐμὸν κάρα
τοῦ δ' ἀγκυλητοῦ κοσσάβιός ἐστι σκοπὸς
ἐκτεμὼν ἠβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

---

[11]) Fidem ei facere voluit (Append. p. 172.) loco Aristophanis ap. Athen. VIII, p. 365. B. *σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας — — καὶ Πλάτων — καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ*

Ἐν τοῖσι συνδείπνοις ἐπαινῶν Αἰσχύλον

corrigens *Συνδείπνοις*. Sed qui hunc locum non opinione praeiudicata circumspexerit, *συνδείπνοις* concedet numerum pluralem esse vocis *σύνδειπνον*, non vocis *σύνδειπνος*, et versu illo de homine agi, qui in conviviis laudare soleat Aeschylum (h. e. eius recitare versus.).

1. Libri habent ἦσσον, vett. editt. ἥσσονας. Iacobsius (Animadv. Ath. p. 352.) dedit: Εὐρύμαχος οὖν οὐκ κτλ. Casaubonus: Εὐρύος οὖν τις κτλ. — Vs. 2. libri αἰνεσίους, quod correxit Porso ad m. Od. β', 159. — Vs. 3. ἦν μὲν αὐτῷ. Pal. γὰρ ἦν αὐτῷ. Laur. μὲν γὰρ αὐτῷ. Ald. Deinde libri τοῦ μὲν κάρα, quod correxit Pe s (Observ. VII, 13.) — Vs. 4. codd. ἀγκύλη τοῦ κοσσάβιος. Ald. αβος. Stanleius emendavit: τῶν δ' ἀγκυλήτων κοττάβων ἔστη σκοπὸς ε' ἐμῶν collat. Polluc. X, 21. Καὶ μὴν ὅτῳ φίλον ἀποβλύζειν πιόντι ἐξεμεῖν (pro eo nunc e melioribus libri Bekker ἀπεμεῖν dedit), ρ οἱ πολλοὶ ἀποκοτταβίζειν καλοῦσι, εὐτρεπιστέα τούτῳ λεκάνη τις ὑποκεῖσθαι τὸ ἐπαναπλέον τοῦ ποτοῦ. Ceterum ἀγκυλητοὺς κοττάβους ex chylo memorant Athen. XI. p. 782. E. Eustath. p. 344, 21., s poetae nomine schol. Aristoph. Pac. 1214. — Vs. 5. codd. '. Heathius χείρ. Dindorfio vs. 3. et 5. ex duorum versuum quis compositi esse videntur. Locum Friebelius sic correxit:

(Ἀλλ') Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἥσσονας
ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἐναισίους ἐμοί·
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοττάβιον τοὐμὸν κάρα·
τόδ' ἀγκυλητῶν κοττάβων ἔστη σκοπὸς,
ἔνθ' ἐξεμῶν ἠβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

quibus (vs. 3.) haud dubie recte restitutum est κοττάβιον: nam xes Eurymacho non κότταβος, sed tantum modo κοττάβιον (cf. ien. XV. p. 666. B.) esse potuit. Minus bene vs. 4. emendatio ebelio cesserit, quippe qua idem fere expressum sit atque versu 3. 5. denique non expedio. Equidem in hunc modum scripserim:

(Ἀλλ') Εὐρύμαχος, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἥσσονας
ὕβριζ' ὑβρισμοὺς, οὐκ ἐναισίους ἐμοί·
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοττάβιον [ἔγωγ'] ἀεί·
τοῦ δ' ἀγκυλητοῦ κοττάβου τοὔμον κάρα
ἔστη σκοπός· τοῦ δ' ἐκτενῶς ἠβῶσα χεὶρ
ἐφίετο.

ενὴς habet Aesch. Suppl. 961. — Probabiliter monuit Iacobsius us. Attic. III, p. 487.) hunc locum Euripidi ante oculos versatum e scribenti (fgm. 563): πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι κάρα ντος· κτλ.

II. (172.)

Athen. I. p. 17. C. Αἰσχύλος γοῦν ἀπρεπῶς που παράγει μεθύοντας ς Ἕλληνας, ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περικαταγνύναι· λέγει γοῦν

Ὅδ' ἐστὶν, ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην,
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη,
χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

Hinc affert vss. etiam Eustath. p. 1828, 28. — Recte hoc fragmentum a Dindorfio ad hanc fabulam relatum esse non modo inde probabile est, quod Sophocles in *Συνδείπνοις*, in qua fabula idem argumentum tractavit, iisdem fere verbis usus est (ab Athenaeo post Aeschylea allatis, cf. Soph. fgm. 529.), sed etiam paene apertis verbis ab Athenaeo ipso indicatur, quippe qui paullo post illa fragmenta (p. 17. F.), ubi de Penelopes procis agit, haec addidit: *ἀλλ' οὐδ' ὅτε μνηστῆρας εἰσάγει* (sc. *Ὅμηρος*) *μεθύοντας, οὐδὲ τότε τοιαύτην ἀκοσμίαν εἰσήγαγεν, ὡς Σοφοκλῆς καὶ Αἰσχύλος πεποιήκασιν, ἀλλὰ πόδα βόειον ἐπὶ τὸν Ὀδυσσέα ῥιπτούμενον.* — Vs. 1. Lacunam explevit Iacobsius (Animadv. in Ath. p. 11. scribendo *ὅδ' ἐστ' ἐκεῖνος ὃς κτλ.*, sed offendit etiam locutio *ἀμφ' ἐμοὶ — ἔρριψεν*. Probabilius igitur Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. p. 75.) e Sophoclis loco correxit: *ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφὶ θυμῷ μοι βέλος κτλ.* — Vs. 2. *οὐράνην* ex Aeschylo commemorant Pollux X, 44, Gram. in Walzii Rhet. VII. p. 735. et Cram. Anecd. Paris. IV, p. 12., Eustath. Opusc. p. 296, 51. cf. Soph. l. c. — Vs. 4. Huc respexit Schol. Lycophr. 778. *Παρ' Αἰσχύλῳ φαίνεταί τις τὸν Ὀδυσσέα τύψας ὀστράκῳ, οὐ μὴν παρ' Ὁμήρῳ.*

Dindorfius praeterea huc rettulit fgm. 345.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

In hoc dramate Aeschylum in universum idem argumentum, quod Sophocles et Euripides fabulis pariter cognominatis expresserint, tractasse cum ex titulo tum ex fragm. 1. cognosci potest, sed nec de ratione, qua id conformatum, nec de fabulis, quibuscum tetralogiae nexu copulatum fuerit, quidquam constat vel probabiliter coniici potest.

1. (173.)

Athen. I. p. 11. E. *Ἔστι δ' ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων ἐν οἷς ὁ Παλαμήδης πεποίηται λέγων*

καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας
ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα,
ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἱρεῖσθαι τρία.

Vario modo viri docti haec emendarunt. I. Scaliger: *κ. τ. κ. στ. καὶ ταγοὺς κτλ.* contra metrum. Valckenarius (ad Eur. Phoen. 546.) dedit: *κ. τ. κ. στ. καὶ λόχους ἔταξα κτλ.* Heathius: *κ. τ. χἀκατοντάρχας * * ἔταξα κτλ.* Schweighaeuser et Porso: *κ. τ. χἀκατοντάρχας στρατῷ ἔταξα.* Butler: *κ. τ. χἀκατοντάρχας ἐγὼ ἔταξα κτλ.* Bene Heathius,

Schweighaeuser, Porso, Butler στρατάρχας ferri non posse perspexerunt: nam gloriari quidem Palamedes poterat, exercitum ex lege quadam a se dispositum esse (cf. Soph. fgm. 401.), sed etiam toti exercitui imperatorem a se primo esse constitutum, id profecto sibi vindicare non poterat. Haud dubie illud στρατάρχας, id quod Schweighaeuserum non latuit, ex στρατῷ corruptum est, quae vox abesse vix potuit, quum Palamedes inter multa inventa, quibus se Graecis profuisse gloriabatur, (vs. 2. 3.) primum ea afferebat, quibus exercitui bene consuluerat. cf. Soph. l. c. vs. 5. 6. — Vs. 3. citant Eustath. p. 242, 22. τὸ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἱρεῖσθαι τρία ἢ μάλιστα πρῖτα. κατὰ τοὺς παλαιοὺς κακῶς ῥηθῆναι κρίνουσιν οἱ παλαιοί. οὐδὲ μνηστῆρες γάρ, φασιν, οὐδὲ Κύκλωψ τρισὶ τροφαῖς ἐχρῆντο. Similiter, sed omissis verbis ἢ μαλ. τρῖτα p. 1358, 4. p. 1432, 5. p. 1791, 45. p. 1833. 4. et Schol. ad Hom. Il. α', 308. in Cram. An. Gr. Paris. III, p. 7, 14. et p. 154, 6. (uterque recte δόρπα θ', sed male τρία.) Schol. ad Il. β', 381. ad Od. β', 20. Ex his Valckenarius l. c. tertium versum restituit quamvis in ordine vocum δεῖπνα et δόρπα errans. Locus igitur ita se habuisse videtur:

καὶ ταξιάρχας χἀκατοντάρχας στρατῷ
ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα,
ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

II. (174.)

(Herodian. περὶ ἰλιακ. προσ. p. 224. ed. Lehrs. ap.) Schol. Hom. Il. δ', 319. κατέκταν μετὰ τοῦ ν αἱ Ἀριστάρχου, καὶ ἐν ἐκτάσει τοῦ α Δωρικῇ οὔσῃ ὡς ἔβαν ἐγώ· ἡ γὰρ χρῆσις τοιαύτη ἦν παρὰ Ἀττικοῖς· παρὰ γὰρ τὸ κτῶ καὶ κτῆμι κινήματα ἱκανὰ ἐξέπιπτεν· δεύτερος μὲν αὐτὸς ἀόριστος, ὀφείλων εἶναι κοινῶς ἔκτην, γενόμενος δὲ κατὰ Δωρίδα ἔκταν, ὃς ἐν χρήσει παρὰ Ἀττικοῖς. Εὐριπίδης (fragm. 619.) — Αἰσχύλος δὲ Παλαμήδει

Τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης;

καὶ (fragm. 215.).

Praeterea Blomfieldus (ad Aesch. Prom. 467.) ex hac fabula ductos esse censet versus, quos Stobaeus in Eclogis (l. l.) tanquam ex Aeschyli Prometheo affert cum vss. 452—57 huius fabulae arcte coniunctos:

456. ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους ὁδοὺς
ἀριθμὸν εὑρών, ἔξοχον σοφισμάτων.
ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
βίον διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
θηρσίν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὗρηκ', ἔξοχον σοφισμάτων.

Vs. 1. 2. in codd. Promethei Aeschylei sic leguntur: ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις· | καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων | ἐξεῦρον

κτλ. Nisi vs. 3—6 casu apud Stobaeum cum Aeschyleis coaluerunt; quoniam propter argumenti similitudinem iuxta collocati erant, probabiliter mihi ad Palamedem referri videntur, neque vero ad Aeschyli fabulam, sed ad recentioris cuiusdam poetae (fortassis Astydamantis minoris) Palamedem, qui Aeschylea in usum suum converterit et cum suis miscuerit. —

Locum Platonis (de Rep. VII. p. 522. D.) *Παγγέλοιον γοῦν, ἔφην, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει· ἢ οὐκ ἐννενοήκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν, τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆναι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ ἄλλα πάντα.*, de quo dixit Aristides (Vol. II. p. 260. Iebb.), non ad Aeschyli Palamedem (in qua sententia Butler fuit), sed ad tragicos poetas in universum spectare, quippe qui omnes Palamedem talia de se praedicantem induxerint, facile intelligitur.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Hoc dramate idem argumentum expressum fuisse atque Euripidis Bacchis testis est scriptor argumenti Bacch. Eur. his verbis: *ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ.* Sed quum Penthei fata, ut supra vidimus, etiam in Xantriis tractata esse videantur, hanc fabulam cum illa tetralogiae vinculo connexam fuisse probabile est.

I. (175.)

Galen. loco supra (ad fgm. 163.) citato post illud fragm. pergit: — *ἐπὶ δὲ τῆς ῥανίδος ὁ αὐτὸς* (fgm. 180.) *καὶ ἐν Πενθεῖ*

Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς.

Male Stanleius *πρὸς πέδον* scripsit.

ΠΕΡΡΑΙΒΙΔΕΣ.

Titulum *Περραιβίδες* praebent vetus fab. Aesch. catalogus et Athenaeus XI. p. 499. A., unde alterum Athenaei locum (XI. p. 476. C.) ubi *Περραιβοί* est, corrigendum esse dudum Dindorfius monuit (praef. ad Athen. I. p. IV. adnot.). Quale autem fuerit huius dramatis argumentum, haud facile dixeris, quum neque ex fragmentis concludi neque ex titulo coniici quidquam possit, quod aliquam probabilitatis speciem prae se ferat. Welcker (Tril. p. 559.) fabulae summam in pugna Centaurorum cum Lapithis et Perrhaebis com-

missa, quae inter Pirithoi et Hippodamiae nuptias exorta erat (cf. Ovid. Met. XII, 146. sqq.), positam fuisse putat, quum fragmenta ex Ovidii (l. c. 242.) verbis:

Vina dabant animos: et prima pocula pugna
Missa votant, fragilesque cadi curvique lebetes.

explicari possint. Sed postea (Trag. Gr. p. 30. 52.) ipse ad O. Muelleri sententiam accessit, (qui in Ind. doct. Gotting. a. 1827. p. 670. et ad Aesch. Eum. p. 138.) *Perrhaebides* et *Ixionem* in una eademque tetralogia fuisse coniecerat, in qua tota Ixionis historia tractata esset, itaque Perrhaebides ea continuisse, quae tradiderit Diod. IV, 69, 3. *οὗτος δ'* (sc. *Ἰξίων*), *ὡς φασιν, ὑποσχόμενος ἕδνα πολλὰ δώσειν Ἠιονεῖ, ἔγημε τὴν Ἠιονέως θυγατέρα Δίαν, ἐξ ἧς ἐγέννησε Πειρίθουν. Ἔπειθ' ὁ μὲν Ἰξίων οὐκ ἀπέδωκε τὰ ἕδνα τῇ γυναικί, ὁ δ' Ἠιονεὺς τὰς ἵππους ἀντὶ τούτων ἠνεχύρασεν. Ὁ δ' Ἰξίων τὸν Ἠιονέα μετεπέμψατο ἐπαγγελλόμενος πάντα ὑπακούσεσθαι, καὶ τὸν Ἠιονέα παραγενόμενον ἔβαλεν εἰς βόθρον πυρὸς μεστόν. Διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς παρανομίας μηδένα βούλεσθαι καθᾶραι τὸν φόνον.* cf. Schol. Eur. Phoen. 1192. Quae sententia mihi quoque fragmenta consideranti probabilior videtur: nam fragmento II verba Eïonei dona requirentis, fragmento III nuncii vel chori verba post Eïonei mortem dicta contineri mihi persuadeo. — Aptissime sane cum tali dramate fabula *(Ixion)*, qua reliqua expressa erant, quae de Ixione Diodorus narravit, connecti potuit.

I. (176.)

Athen. XI. p. 476. C. *Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβίσι* (codd. *Περραιβοῖς*) *τοὺς Περραιβοὺς παρίστησιν ἀντὶ ποτηρίων τοῖς κέρασι χρωμένους διὰ τούτων*

Ἀργυρηλάτους
κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.

καὶ Σοφοκλῆς (fgm. 455.). — *Προβεβλημένοις* Epitome et Eustath. p. 917, 63. Sciens praetermitto Blomfieldi coniecturam (praef. ad Aesch. Pers. p. XXVIII.).

II. (177.)

Athen. XI. p. 499. A. *Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβίσι φησί·*

Ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα κἀκροθίνια;
Ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα;

Vs. 2. attulit etiam Eustath. p. 1775, 22.

III. (178.)

Hesych. *Ἀπαιόλη· ἀπάτη, ἀποστέρησις. Αἰσχύλος Περραιβίσιν* (cod. *Περρέβην.*). Versum, ad quem Hesychius respexit, servavit Eustath. p. 352, 33. *ἰστέον δ' ὅτι ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος αἰόλλω καὶ ἀπαιόλη γίνεται ἡ ἀπάτη καὶ ἀποστέρησις. Αἰσχύλος·*

Τέθνηκεν αἰσχρῶς χρημάτων ἀπαιόλῃ.

Libri *αἰσχρὸς*, quod correxit Butler. — De voce *ἀπαιόλη* dignus etiam est qui audiatur schol. Aristoph. Nub. 1150. *Ἀπαιόλη· πέπλασεν ὄνομα δαίμονος σωματοποιήσας αὐτὴν, παρὰ τὸ ἀπαιολεῖν καὶ κινεῖν καὶ στερεῖν. ἢ τινα τοιαύτην, ὡς ἂν εἴποι τις, ὦ Ἀδικία. Ἀριστοφάνης δὲ ὀξύνεσθαί φησι τὴν ἐσχάτην, ἀπαιολή.* —

Huc etiam referenda videntur fgm. 303. 376.

ΠΗΝΕΛΟΠΗ.

Quum in Penelopes historia nihil sit, quod tragoediae argumentum praebere potuerit, fuerunt, qui de titulo dubitarent. Sed is cum veteris catalogi atque Etymologici M. auctoritate, tum eo confirmatur, quod etiam Philocles drama eodem nomine inscripsit: itaque probabilior est Welckeri sententia hanc fabulam in eadem tetralogia fuisse dicentis, in qua fuerint *Ὀστολόγοι*. Num vero poeta tetralogiam ea ratione composuerit, qua Welckero placuit (vide ad *Ὀστολόγους*), dubitari potest.

I. (179.)

Etym. M. p. 31, 5. *Αἰδοιέστατος· ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἀρχέστατον, ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ ἐν Πηνελόπῃ, οἷον*

Ἐγὼ γένος μέν εἰμι Κρὴς ἀρχέστατον,

καὶ τὸ αἰδοιέστατον καὶ ἀφθονέστατον ποιητικά εἰσι κατ' ἔθος Ἰώνων γενόμενα. Eundem vs. habet sine fab. nom. Phavorin. Ecl. p. 86, 3. Dindf. ubi *μικρῆς* pro *Κρής*. — De superlativo *ἀρχέστατον* dubitarunt Bernhardyus (in Annal. Berol. crit. a. 1838. II. p. 347.), Lobeckius (Paralip. p. 81. n. 21.), defendit eum A. Nauckius (ad Aristoph. Byz. p. 46. not. 54.)

Ad hanc fabulam fortasse referendi sunt versus, quos servavit Stob. Ecl. Phys. I, 9, 19. p. 232. Heer. (I. p. 85. ed. Gaisf.) c. lem. *Εὐριπίδου Πηνελόπῃ·*

οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν,
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Corrigunt quidem *Εὐριπίδου Μελανίππῃ*, sed utrum in fabulae an in poetae nomine erratum sit, dubitari potest.

ΠΟΛΥΔΕΚΤΗΣ.

Huius dramatis nusquam nisi in vetere fab. Aesch. catalogo extat memoria; itaque perquam dubium est, quale eius fuerit argumentum. Si autem coniecturam ex titulo facere licet, argumentum ad Danaes Perseique historiam pertinuit et ab eo non multum diversum fuit, quod Euripides in Dictye tractavit, de quo loco suo (Eurip. fragm. p. 164.) disputavimus. Huc spectasse videtur pictura, quam commemoravit Paus. I, 22, 7. *καὶ Περσεύς ἐστιν εἰς Σέριφον κομιζόμενος Πολυδέκτῃ φέρων τὴν κεφαλὴν τῆς Μεδούσης·* cf. Apollod. II, 4, 4. Pherecyd. ap. Schol. Apoll. Rhod. IV, 1515. (fgm. 26. ed. Mueller.). Welckero (Tril. p. 387.) haec fabula cum Phorcidibus coniuncta fuisse videtur.

ΠΡΟΜΗΘΕΙΣ.

Scriptor vit. Aesch. (p. 122, 95. in Westermanni Biogr. Gr.) haec habet: *ταύτῃ καὶ ἄριστος εἰς τραγῳδίαν Αἰσχύλος κρίνεται, ὅτι εἰσάγει πρόσωπα μεγάλα καὶ ἀξιόχρεα, καί τινες ἤδη τῶν τραγῳδιῶν αὐτῷ διὰ μόνων οἰκονομοῦνται θεῶν, καθάπερ οἱ Προμηθεῖς· τὰ γὰρ δράματα συμπληροῦσιν οἱ πρεσβύτατοι τῶν θεῶν, καί ἐστι τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ὀρχήστρας θεῖα πάντα πρόσωπα.* Quod ex his verbis cognoscitur, Promethei historiam in compluribus fabulis h. e. (si Aeschyli morem spectamus) in tetralogia tractatam esse, id a Welckero (Trilog. p. 7. sq. Append. p. 1. sqq.) ac nuper a Bellmanno (de Aeschyli ternione Prometheo etc. Vratisl. 1839.) ex fragmentis aliisque rationibus tam luculenter expositum est, ut hodie, quamvis G. Hermannus (in diss. de Aesch. Prometheo soluto. Lips. 1828. Opusc. IV. p. 258. sq.) multa acute contra disputaverit, vix reperiatur, qui de tetralogia ista dubitet. (Cf. Dissen. Script. min. p. 301. Klausen. Theologum. Aesch. p. 155. Droysen. Aesch. II. p. 159. sq. Grupp. Ariadn. p. 55. e. a.) Cui aptissime conveniunt tituli, quos vetus catalogus exhibet: *Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς λυόμενος,* quippe quibus paene ipsius argumenti explicatio significata sit. Nam Promethei historiam sic paucis adumbravit Apollod. I, 7, 1. *Προμηθεὺς δὲ ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσας ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ πῦρ λάθρα Διὸς ἐν νάρθηκι κρύψας· ὡς δὲ ἤσθετο Ζεὺς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ προσηλῶσαι· τοῦτο δὲ Σκυθικὸν ὄρος ἐστίν. ἐν δὴ τούτῳ προσηλωθεὶς Προμηθεὺς πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐδέδετο καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἀετὸς ἐφιπτάμενος αὐτοῦ τοὺς λοβοὺς ἐνέμετο τῶν ἡπάτων αὐξανομένων διὰ νυκτός. καὶ Προμηθεὺς μὲν πυρὸς κλαπέντος δίκην ἔτισε ταύτην, μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὕστερον ἔλυσεν, ὡς ἐν τοῖς καθ' Ἡρακλέα* (II, 5, 11, 12.) *δηλώσομεν.* Ab illis autem Prometheis haud dubie diversa fuit, quae in Pro-

rum Aesch. didascalia gr. sine cognomine citatur *Προμηθεὺς*, fabula satyrica, quum in illis satyrici quidquam inesse non potuisse et argumenti gravitas et illud ipsum documento est, quod vitae scriptor de iis dixit. Peropportune igitnr accidit, ut Pollux (IX, 156) scripserit: *ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο καὶ Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον.* (Adde fgm. 198.) Hanc fabulam enim a satyrica illa non diversam fuisse inde concludi potest, quod e fragmento quodam (199) in hac quoque de igni actum esse, itaque aptissimum fuisse *Προμηθέως πυρκαέως* nomen apparet. Fuerunt quidem, qui eam ob caussam *Προμηθέα πυρκαέα* et *πυρφόρον* eandem fabulam fuisse statuerent, sed eos parum probabiliter egisse, satis bene nobis Welcker (Trilog. p. 119. sq. Append. p. 30. sq. 343. sq.) docuisse videtur. Nam qui titulum *πυρκαέα* ideo in dubitationem vocant, quoniam a veteris catalogi auctore omissus est, et nescire videntur plurium ab eo praetermissos esse dramatum titulos, et sibi non constant, quum in illo titulo Pollucem errasse statuant, in *Θαλαμοποιῶν* nomine vero, quod idem solus exhibuit, non haereant. Quae quum ita se habeant, fabulam *Προμηθέα πυρκαέα* satyricam fuisse in Persarum tetralogia, *πυρφόρον* et *λυόμενον* vero cum *Prometheo vincto*, quae aetatem tulit, eo ordine coniunctas fuisse censemus, ut *πόρφυρος* tetralogiam inciperet, *λυόμενος* finiret, *δεσμώτης* medium inter utramque teneret locum. [12]) — Fragmenta quae falso ad Prometheum vinctum vel simpliciter ad Prometheum cognomine nullo addito referuntur, h. l. fabularum illarum reliquiis praemisimus.

I. II. (180.)

Galen. Comment. ad Hippocr. de epidem. VI. p. 454. ed. Basil. (IX. p. 385. Charter.) — *δοκεῖ μὲν γὰρ αὐτὴν* (sc. *τὴν πέμφιγα*) *ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς* (fgm. 325.) *λέγειν — Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ*

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἧξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
δυσχειμέρῳ πέμφιγι συστρέψας ἄφνω.

ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τῆς πέμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς (fragm. 325. b.) *οὕτω καὶ Αἰσχύλος* (fgm. 163.)· *ἐπὶ δὲ τῆς φανίδος ὁ αὐτός φησιν ἐν Προμηθεῖ·*

ἔξευλαβοῦ δὲ, μή σε προσβάλῃ στόμα
πέμφιξ· πικρὰ γὰρ, κοὐ διὰ ζωῆς ἀτμοί.

Vario modo viri docti de fgm. I. iudicarunt. Fuerunt enim, qui Galenum in fabulae cognomine errasse et fragmentum ad Prome-

[12]) De ordine *δεσμώτου* et *λυομένου* constat testimonio scholiastae ad Prom. vinct. 510. *ἐν γὰρ τῷ ἑξῆς δράματι λύεται, ὅπερ ἐμφαίνει Αἰσχύλος.*

theum solutum referendum esse arbitrarentur, in qua fabula sane id optime habere locum potuisse nemo opinor negabit, qui fgm. 190. 191. paullo accuratius consideraverit; sed fuerunt etiam, qui versus in superstite Prometheo inter vs. 790 et 791 excidisse statuerent. Utri rectius iudicaverint, nunc vix ad liquidum perduci poterit. Correctus est locus a Casaubono et Bentleio, quum ante legeretur *ἐρπετὴν δὲ* et *πρὸς πνοαῖσιν εὐλαβοῦ* et *τρέψας ἄνω*. — Alterum fragmentum quum simpliciter ex Prometheo attulerit Galenus, eandem fabulam dixisse videtur, quam antea nominaverat. Concordat etiam utriusque fragmenti sententia. Vs. 1. erat *προσβάλλῃ*, quod Casaubonus correxit. Vs. 2. Dindorfius dedit: *πικροὶ γὰρ κοὐ διὰ ζόης ἀτμοί.*

III. (181.)

Schol. Aristid. ed. Frommel. p. 191. (Vol. III. p. 501, 17. Dindorf.) *τὸ δειλίας ἐξ Αἴαντος τοῦ μαστιγοφόροῦ Σοφοκλέους* (vs. 1226.), *τὸ δὲ σιωπῆς ἐκ Σιμωνίδου· καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ.*

Πολλοῖς γάρ ἐστι κέρδος ἡ σιγὴ βροτοῖς.

De hoc versu similiter atque de fgm. I iudicari potest, quamquam etiam fuerunt, qui eum propter sententiae similitudinem cum fgm. 186. coniungerent. G. Hermannus (de Aesch. Prom. Sol. p. 29.) aptissime cum eo comparavit Carcini fragm. 7. (Poet. trag. fragm. Vol. III. p. 98.)

IV. (182.)

Plut. de fort. 3. p. 98. C. *νῦν δὲ οὐκ ἀπὸ τύχης οὐδὲ αὐτομάτως περίεσμεν αὐτῶν. καὶ κρατοῦμεν, ἀλλ' ὁ Προμηθεὺς, τουτέστιν ὁ λογισμὸς, αἴτιος*

Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονὰς
δοὺς ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.

κατ' Αἰσχύλον. Libri *ἀντίδωρα.* Sed idem de solert. anim. 7, 6. 964. F. *οὐ γὰρ ἀδικοῦσιν οἱ τὰ μὲν ἄμικτα καὶ βλαβερὰ κομιδῇ κολάζοντες καὶ ἀποκτιννύοντες, τὰ δὲ ἥμερα καὶ φιλάνθρωπα ποιούμενοι τιθασὰ καὶ συνεργὰ χρείας, πρὸς ἣν ἕκαστον εὖ πέφυκεν, „Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονὰς,“ ὧν ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς δοῦναι ἡμῖν φησιν „ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.“* Cf. Porphyr. III, 18. p. 257. *ἀρκεῖ γὰρ ὅτι μηδὲν πονεῖν δεόμενοι χρώμεθα προκάμνουσι καὶ μοχθοῦσιν, ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα καὶ ταύρων γονὰς, ὡς Αἰσχύλος φησὶν, ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα χειρωσάμενοι καὶ καταζεύξαντες.* — Ad Prometheum solutum viri docti hos versus referunt eosque in colloquio inter Prometheum et Herculem locum habuisse statuunt. cf. Hermann. l. c. p. 20. Welcker Trilog. p. 46.

V. (183.)

Strabo I, 2, 35. p. 43. Cor. *Ἡσιόδου γὰρ οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσι καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι, οὔτ' Ἀλκμᾶνος Στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὔτ' Αἰσχύλου*

κεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους. cf. VII, 3. 6. p. 299. *Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους, Ἀλκμᾶνα δὲ Στεγανόποδας, Αἰσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους ἐν τῷ Προμηθεῖ φασι καὶ ἄλλα μυρία.* Verba *ἐν τῷ Προμηθεῖ* omittunt Paris. o et Coraës, eaque ex margine illata esse coniecit Heynius ad Apollod. p. 1106., sed editores non dubitarunt locum ad Prometheum solutum referre, in qua fabula sane is pariter atque fragm. I. apte legi potuit.

VI. (184.)

Antiatt. Bekkeri 1. p. 116, 7. *Χερσά· τὰ μὴ γεωργούμενα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ.* — cf. Soph. Antig. 251.

Praeterea ad Promethei historiam pertinere fragm. 350. monuit G. Hermannus l. c. p. 20.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΠΥΡΦΟΡΟΣ.

I. (185.)

Hygin. Poet. Astron. II, 15. p. 456. *Prometheum autem in monte Scythiae nomine Caucaso ferrea catena vinxit: quem alligatum ad triginta millia annorum Aeschylus tragoediarum scriptor ait.* Haec ad *Προμηθέα πυρφόρον* pertinere docet schol. ad Prom. Vinct. 94. *Τὸν μυριετῆ· ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.* Dixit de his verbis G. Hermannus l. c. p. 7.

II. (186.)

Gellius N. A. XIII, 18. *Id quoque animadvertimus apud Aeschylum ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ et apud Euripidem in tragoedia quae inscripta est Ἰνὼ eundem esse versum absque paucis syllabis. Aeschylus sic:*

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια.

Euripides (fgm. 416.) autem sic: *Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἴν' ἀσφαλές.* Cf. fgm. 181.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΛΥΟΜΕΝΟΣ.

I. II. (187.)

Arrian. peripl. pont. Euxin. 19. *καίτοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυο-ένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. Λέγουσι γοῦν αὐτῷ ἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα ὅτι*

Ἥκομεν — —
τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐσοψόμενοι.

ἔπειτα καταλέγουσιν, ὅσην χώραν ἐπῆλθον·

τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.

Eadem minus integra etiam in Periplo Ponti Euxini et Maeotidis paludis p. 1. afferuntur, et respiciuntur a Procop. Hist. Goth. IV, 5. p. 336, 11. *ἀλλὰ καὶ ὁ τραγῳδιοποιὸς Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυο-ένῳ εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας τὸν ποταμὸν Φᾶσιν τέρμονα καλεῖ ῆς τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης.* — *Ἐσοψόμενοι* pro vulg. *ἐποψόμενοι* Arriani editor Parisiensis (C. Mueller) haud dubie e codd. dedit.

III. (188.)

Strabo I, 2, 27. p. 33. — *οὕτω τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν αλεῖσθαι τὰ πρὸς Ὠκεανῷ. μαρτυρεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα· ὅ τε γὰρ Αἰσχύλος ν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ φησιν οὕτω·*

Φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς ἱερὸν
χεῦμα θαλάσσης,
χαλκοκέραυνόν τε παρ' Ὠκεανῷ
λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων,
ἵν' ὁ παντόπτας Ἥλιος αἰεὶ
χρῶτ' ἀθάνατον κάματον θ' ἵππων
θερμαῖς ὕδατος
μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ Ὠκεανοῦ ταύτην πρὸς τὸν ἥλιον σχοντος τὴν χρείαν καὶ τὴν σχέσιν, παρ' ὅλον καὶ τοὺς Αἰθίοπας τάττων ραίνεται. Ὁ Εὐριπίδης (fgm. 762) — Copiose de his vss. disputavit G. Hermannus l. c. p. 15. sq. in primis monens, *φοινικόπεδον* non de maris aequore, sed de terra mare illud cingente dictum esse, collat. Steph. Byz. v. *Ἐρυθρά. Οὐράνιος δ' ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ, ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσὶ καὶ πορφυρὰ, καὶ ἐπὴν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν σκιὰν ἐρυθράν· καὶ ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων κάτω συρρέοντι εἰς θάλασσαν οὕτω γίγνεται ἡ θάλασσα τὴν χρόαν.* et interprett. ad h. l. — Vs. 3. Idem vir clarissimus pro *χαλκοκέραυνος* maluit *χαλκομ*

γος collat. Hom. Il. ν', 340., l. G. Schneider (in lexico) χαλκοκέρατος, sed equidem nihil mutare ausim, nam quum κεραυνὸς non sit, ubi non sit etiam ἀστραπή, poeta audacior, qualis est Aeschylus, facile ad κεραυνὸν transferre potuit, quae sunt ἀστραπῆς simul cum illo comparentis. — Vs. 4. metri causa Lobeckius et Erfurdtius scripserunt πάντων τροφὸν, sed hoc non necessarium esse docuerunt Gaisfordus ad Hephaest. p. 280. et Hermannus El. doctr. metr. p. 374.

IV. (189)

Cic. Tusc. II, 10, 13. „*Veniat Aeschylus non poeta solum, sed etiam Pythagoreus: sic enim accepimus. Quo modo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium?*

Unde ignis cluet mortalibus clam
divisus: unde dictus Prometheus
clepisse dolo poenasque Iovi
fato expendisse supremo.

Has igitur poenas pendens, affixus ad Caucasum, haec dixit:

Titanum suboles, socia nostra sanguinis,
generata Caelo, adspicite religatum asperis
vinctumque saxis; navem ut horrisono freto
noctem paventes timidi adnectunt navitae.
Saturnius me sic infixit Jupiter
Jovisque numen Mulcibri adscivit manus,
hos ille cuneos fabrica crudeli inserens,
perrupit artus: qua miser solertia
transverberatus, castrum hoc furiarum incolo.
Iam tertio me quoque funesto die
Tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus,
Iovis satelles pastu dilaniat fero.
Tum iecore optimo farta et satiata affatim,
clangorem fundit vastum, et sublime avolans.
pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Quum vero adesum inflatu renovatum est iecur,
tum rursum tetros avida se ad pastus refert.
Sic hunc custodem maesti cruciatus alo,
qui me perenni vivom foedat miseria.
namque, ut videtis, vinclis constrictus Iovis
arcere nequeo diram volucrem a pectore.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
amore mortis terminum anquirens mali;
sed longe a leto numine aspellor Iovis.

25. *Atque haec retusta seclis glomerata horridis*
luctifica clades nostro infixa est corpori,
e quo liquatae solis ardore excidunt
guttae, quae saxa assidue instillant Caucasi.

Cicerone ipso haec e Prometheo versa esse apparet ex iis, quae ullo post (§ 26) dixit; quattuor versiculi autem his praemissi ex tii Philocteta petiti sunt teste Varrone LL. VII, 11. p. 122. M. f. G. Hermann. de Aesch. Philocteta. p. 6. sqq.) — Ad vs. 11 t 17 fortasse pertinere Hesychii glossam *v. εἰσαφάσματα* (fgm. 196.) ermannus dicit.

V. (190.)

Strabo IV, 1, 7. p. 182. sq. *Μεταξὺ γὰρ τῆς Μασσαλίας καὶ τῶν ολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ πεδίον ἐστὶ τῆς θαλάττης διέχον εἰς ἑκατὸν σταδίους, σοῦτον δὲ τὸν διάμετρον, κυκλοτερὲς τὸ σχῆμα. καλεῖται δὲ Λιθῶδες ἀπὸ ῦ συμβεβηκότος· μεστὸν γάρ ἐστι λίθων χειροπληθῶν, ὑποπεφυκυῖαν ἐχόν- ν αὐτοῖς ἄγρωστιν, ἀφ' ἧς ἄφθονοι νομαὶ βοσκήμασίν εἰσιν· ἐν μέσῳ δ' ατα καὶ ἀλυκίδες ἐνίστανται καὶ ἅλες. Ἅπαντα μὲν οὖν καὶ ὑπερκειμένη ρα προσήνεμός ἐστι. διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο μελαμβόριον ταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες· φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖ- ται τῶν λίθων ἐνίους· κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημά- ων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς· Ἀριστοτέλης ν οὖν φησιν, ὑπὸ σεισμῶν τῶν καλουμένων βραστῶν ἐκπεσόντας τοὺς ους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Ποσει- νιος δὲ λίμνην οὖσαν παγῆναι μετὰ κλυδωνοῦ· καὶ διὰ τοῦτο εἰς πλείο- ς μερισθῆναι λίθους, καθάπερ τοὺς ποταμίους κάχληκας, καὶ τὰς ψήφους ς αἰγιαλίτιδας· ὁμοίως δὲ καὶ λείους καὶ ἰσομεγέθεις τῇ ὁμοιότητι. καὶ ν αἰτίαν ἀποδεδώκασιν ἀμφότεροι. Πιθανὸς μὲν οὖν παρ' ἀμφοῖν λόγος· άγκη γὰρ τοὺς οὕτω συνεστῶτας λίθους οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἢ ἐξ ὑγροῦ γέντας μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐκ πετρῶν μεγάλων ῥήγματα συνεχῆ λαβουσῶν οκριθῆναι. Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθὼν ἢ παρ' ἄλ- υ λαβὼν εἰς μῦθον ἐξετόπισε· φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ καθη- ύμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας.*

Ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατὸν,
ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὢν,
μέμψει· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν
ἐνταῦθ'. ἑλέσθαι δ' οὐτιν' ἐκ γαίας λίθον
ἕξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.
ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ,
νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι γογγύλων πέτρων
ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα σὺ
βαλὼν διώσεις ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν.

s. 1 — 3 attulit etiam Dionysius Hal. (Antiqu. Rom. I, 41.) haec ribens: *δηλοῖ δὲ τὸν πόλεμον τόνδε τῶν ἀρχαίων ποιητῶν Αἰσχύλος ἐν ρομηθεῖ λυομένῳ. πεποίηται γαρ αὐτῷ ὁ Προμηθεὺς Ἡρακλεῖ*

ἄλλα προλέγων, ὡς ἕκαστον αὐτῷ τι συμβήσεσθαι ἔμελλε κατὰ τὴν ἐπὶ Γηρυόνην στρατείαν, καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ Λιγυστικοῦ πολέμου, ὡς οὐ ῥᾴδιος ὁ ἀγὼν ἔσται διηγούμενος· τὰ δὲ ποιήματα ὧδε ἔχει. ἥξεις κτλ. sed vs. 2. εὖ οἶδα. Eodem respexerunt Hygin. Poet. Astron. II, 6. p. 437. *Aeschylus autem in fabula, quae inscribitur* Προμηθεὺς λυόμενος, *Herculem ait esse non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim, quo tempore Hercules a Geryone boves abduxerit, iter fecisse per Ligurum fines: quos conatos ab eo pecus abducere, manus contulisse et complures eorum sagittis confixisse: sed postquam Herculem tela deficerent, multitudine barbarorum et inopia armorum defessum se ingeniculasse, multis iam vulneribus acceptis: Iovem autem misertum filii curasse ut circa eum magna lapidum copia esset, quibus se Herculem defendisse et hostes fugasse. Itaque Iovem similitudinem pugnantis inter sidera constituisse.* Theo ad Arati Phaen. 75. non nominato auctore. — Vs. 7. libri στρογγύλων, quod bene correxit Hermannus l. c. p. 27. Similiter enim confunduntur γόγγυλος et στρόγγυλος in Soph. fgm. 369. — Vs. 8. in libris est: οἷς ἔπειτα συμβαλὼν δηώσει (δηώσεις Ald.). Salmasius ἔπειτα σὺ βαλὼν διώξεις respecto Hygin. l. c., Leopardus, Erfurdtius, Seidler, Hermannus διώσεις.

VI. (191.)

Steph. Byz. v. Ἄβιοι. ἔθνος Σκυθικόν. — — Αἰσχύλος τε Γαβίους διὰ τοῦ γ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ·

Ἔπειτα δ' ἥξει δῆμον ἐνδικώτατον
[βροτῶν] ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον
Γαβίους, ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
τέμνει δίκελλ' ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

Vs. 1. Stanleius maluit ἥξεις, haud improbabiliter, si fragm. V. vs. 1. 5. comparas, Meinekius vero coniecit ἵξει. Vs. 2. initio Stanleius θνητῶν, Holstenius ἀνδρῶν, Valckenarius Σκυθῶν, Hermannus l. c. p. 21. coll. Hom. Il. ν', 6. βροτῶν excidisse coniecit. — Ad vs. 3. respexit Schol. Hom. Il. ν', 6. Ἀβίων τῶν νομάδων Σκυθῶν, ὅθεν καὶ ὁ Ἀνάχαρσίς ἐστιν. οὓς δή φησιν εἶναι ἁπάντων δικαιοτάτους, ὅτι κοινοὺς ἔχουσι παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὰ πάντα πλὴν ξίφους καὶ ποτηρίου. τούτοις δὲ καὶ αὐτομάτως ἡ γῆ βίον φέρει οὐδέ τι ζῶον ἐσθίουσιν. τούτους Αἰσχύλος Γαβίους φησίν. Similia habet Eustath. p. 916, 24.

VII. (192.)

Schol. Apollon. Rhod. IV, 284. Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν. οὕτω δὲ εἶπεν ἀκολουθῶν Αἰσχύλῳ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τοῦτο γενόμενον δὲ μεταξὺ Σκυθῶν καὶ Θρᾳκῶν σχίζεσθαι. His adiunctum fuisse suspicatur Hermannus l. c. p. 22. fgm. 281.

VIII. (193.)

Plut. Amator. XIV, 7. p. 757. D. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕτερον θεὸν παιπαλεῖ μέλλων ἐπὶ τὸν ὄρνιν αἴρεσθαι τὸ τόξον, ὡς Αἰσχύλος φησὶν,

Ἀγρεὺς δ' Ἀπόλλων ὀρθὸν ἰθύνοι βέλος.

e cognomine Apollinis dixit Boeckhius Explic. Pind. Pyth. IX. p. 324.

IX. (194.)

Plut. vit. Pompeii init. p. 619. B. Πρὸς Πομπήιον ἔοικε τοῦτο πθεῖν ὁ Ῥωμαίων δῆμος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς πρὸς τὸν Ἡρακλέα σωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ λέγων

Ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον.

ermannus l. c. p. 28 τοῦτο a librariis metri explendi causa inserm dicit.

X. (195.)

Athen. XV, p. 674. D. Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ σαῶς φησιν ὅτι ἐπὶ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ, ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ, καίτοι (fgm. 226.).

XI. (196.)

Hesych. Εἰσαφάσματα· εἰσπτήματα, ἀπὸ τοῦ εἰσαφιέναι. ἢ σπαίγματα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ λυομένῳ.

XII. (197.)

Eustath. ad Il. ε'. p. 600, 43. Σχίσματα γάρ τινα καὶ οἱ θύσανοι, θεν ἀρειθύσανοι κατὰ Παυσανίαν Ἄρεος θύσανοι, οἱονεὶ ἀποσχίσματα, αρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ. Hesych. (p. 528.) ἀρθύσανοι, κοσχήματα καὶ ἀποβλαστήματα. Id. (p. 522.) ἀριθύσανοι, ἡνίοχοι, bi literarum ordo requirit ἀρειθύσανοι. Passovius comparat notrum: *Degenknopf.*

ΠΡΟΜΠΘΕΥΣ ΠΥΡΚΑΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Argumenti summam ex fragmentis cognoscimus. E fgm. II nim Prometheum ignem a se surreptum satyris ostendisse eoque d eos lacessendos usum esse apparet. Quoniam vero in fgm. I e facibus agi videtur, Welcker (II. cc.) a Prometheo prima face ocensa simul λαμπαδηδρομίας festum, quo Athenis adolescentes fafbus ardentibus instructi ab ara Promethei in Ceramico urbem ersus curru contendebant (cf. Aristoph. Ran. 130. sq. schol. ad . 1. et ad 1114. 1120. Paus. I, 30, 2. Boeckh. Oecon. publ. Athen.

I. p. 496.), institutum esse coniecit. — Ceterum vide quae supra (p. 94.) de hac fabula disputavimus.

I. (198.)

Pollux. X, 64. — καὶ ἁλτῆρες καὶ τροχοὶ καὶ δίσκοι καὶ ἀποτομάδες καὶ ὠμόλινον, οὐ Κρατίνου (cf. Athen. IX. p. 410. D.) μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ

Λινᾶ δὲ, πίσσα κὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

Codd. λίνα δὲ. Editores correxerunt mox λινάδες, mox λίνον, Bentleius (Epist. ad Hemsterh. p. 96.) λιγᾶ δὲ γεῖσσα, Blomfieldus (Gloss. ad Aesch. Pers. 68.) λινᾶ δὲ πεῖσα. dicens πεῖσαν idem esse atque πεῖσμα collat. Hom. Od. υ', 23. Τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε, ubi schol. — ἐν δεσμοῖς ἔμενεν. et Hesych. πείσῃ· πείσματι καὶ χώρῃ. Dindorfius et Bekker λινᾶ δὲ, πίσσα κτλ. de sententia tacentes. Mihi λίνα dittographiae ex praegresso ac sequente ὠμολίνου originem debere eiusque loco αἰνὴ vel αἴθει vel similiter scribendum videtur. Αἴθειν intransitive dictum esse documento sunt Soph. Ai. 279. Pind. Ol. 7, 48. et participium αἴθων. De voce ὠμόλινον cf. Hesych. ὠμόλινα, τὰ ἄργια ὀθόνια.

II. (199.)

Plut. de inimic. util. II. p. 86. F. Τοῦ δὲ σατύρου τοῦ πῦρ, ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιλάβειν (sic recte A. Nauckius in Schneidewini Philol. IV. p. 535. pro vulg. περιβαλεῖν), ὁ Προμηθεὺς

Τράγος γένειον ἆρα πενθήσεις σύ γε.

καίει τὸν ἁψάμενον, ἀλλὰ φῶς παρέχει καὶ θερμότητα καὶ τέχνης ἁπάσης ὄργανόν ἐστι τοῖς χρῆσθαι μαθοῦσι. Cf. Eustath. p. 415, 7. Ἥλιος ἀντὶ τοῦ ὦ Ἥλιε ὁποῖον σὺν ἄλλοις καὶ τὸ „Τράγος γένειον ἆρα πενθήσεις σύ γε" ἀντὶ τοῦ, ὦ τράγε πάνυ στερρᾷ γενείου, εἰ τὴν φλόγα φιλήσεις. — Huc respexisse monuit Meinekius (in Schneidewini Philolog. III. p. 320.) Epiphanium (Ancorat. p. 108.): Ἄλλος δὲ (Ζεὺς) ὁ τραγῳδὸς, ὁ καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ καύσας· τάχα δὲ θεὸς ὢν ἐπελάθετο ὅτι δάκνει τὸ πῦρ καὶ οὐκ εἶχε τὴν πρόγνωσιν τοῦ λέγοντος τράγῳ τῷ σατύρῳ εὑρόντι πρότερον (ὁρῶντι πρῶτον Meinek.) τὸ πῦρ καὶ προσελθόντι (καὶ θέλοντι inseri iubet Meinek.) φιλῆσαι μὴ ἅψῃ τράγε· ἁψάμενος γὰρ ἐμπρήσεις μου (σοῦ Meinek.) τὰ γένεια. — Offendunt quodammodo ἆρα et multo magis σύ γε, quum non intelligatur, cui personae opponi potuerit satyrus; nescio igitur, an poeta scripserit:

τράγος, γένειον ἆρα (fortas. νᾶρα vel κάρτα) πενθήσεις, φύγε.

Ad eandem fabulam fortassis pertinere Meinekius l. c. dicit verba Auctoris ad Herenn. IV, 6, 9. — *aut si Prometheus, quum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis, cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur?* — Alii huc rettulerunt fgm. 346.

ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

Memoriam huius fabulae praeter veteris catalogi auctorem servavit Alciphro Epist. III, 48. Ὡς γὰρ ἐνίκα (sc. Λικύμνιος ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς) τοὺς ἀντιτέχνους Κριτίαν τὸν Κλεωναῖον καὶ Ἵππασον τὸν Ἀμβρακιώτην, τοὺς Αἰσχύλου Προπομπούς —. Sed quum praeter nomen, ex quo vix quidquam divinare licet, una tantum vox servata sit, de argumento plane incerti sumus. Welckero (Tril. p. 346. Append. p. 25. sq.) fabula cum Nioba coniuncta fuisse videtur.

I. (200.)

Hesych. Δίπολοι· διπλαῖ. Αἰσχύλος Προπομποῖς. (Cod. δίπολοι· Αἰσχύλος διπλαῖ Προπομποῖς.)

ΠΡΩΤΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Hanc fabulam simul cum Orestea doctam esse didascalia Agamemnonis et Schol. Aristoph. Ran. 1124. documento sunt. Inde etiam atque ex fragmentis ipsis (cf. I. V. VI.) eam satyricam fuisse cognoscitur, ut Athenaeus erraverit necesse sit, ubi (fragm. II) scripsit: Αἰσχύλος ἐν τῷ τραγικῷ Πρωτεῖ, nisi forte haec verba, quum in nonnullis codd. desint, librario cuidam originem debent.[13]) Sed quale fuerit argumentum haud facile dixeris. Boeckhius (Princ. Trag. p. 28. 268.) et G. Hermannus (de compos. tetral. trag. p. 4. Opusc. II. p. 307.) id ex Odysseae lib. IV. vs. 350. sqq. petitum fuisse coniiciunt, cui coniecturae sane paullulum favent et Agamemnonis vs. 614 — 630 et vs. 671 — 77., quibus futuri Menelai adventus iniicitur mentio, et fragm. III, ex quo Eidotheam commemoratam esse intelligitur. Attamen Welckero (Tril. p. 508. Append. p. 297) probabilior videtur Stanleii sententia fabulam pertinuisse dicentis ad Bacchi historiam, quem primus omnium Proteus, Aegyptiorum rex hospitio exceperit. (cf. Apollod. III, 5, 1.). Sed quum plane nihil sit, quo haec opinio firmetur vel firmari videatur, Ad. Schoellius (Tetral. trag. p. 12. sq.), Droysenius (Aesch. II. p. 153. sq.) Gruppius (Ariadn. p. 52.) iure Boeckhii sententiam amplexi sunt.

---

[13]) Male Dindorfius; quum post v. τραγικῷ in parenthesi posuerit verba: i. q. σατυρικῷ, veteres grammaticos his vocabulis promiscue usos esse statuit; nam ne unum quidem eiusmodi usus extat exemplum. Multo magis autem a vero aberrarunt, qui propter Athenaei locum Aeschylum duos Proteos, alterum tragoediam, alterum *fabulam satyricam* scripsisse opinantur.

I. (201.)

Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 35, 19. *Γάρος Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ*

Καὶ τὸν ἰχθύων γάρον.

cf. Athen. II. p. 67. C. *ὅτι δ' ἀρσενικόν ἐστι τοὔνομα Αἰσχύλος δηλοῖ εἰπὼν „καὶ τὰς κτλ.* Herodian. ed. Pierson. p. 437. Soph. fgm. 564.

II. (202.)

Athen. IX. p. 394. A. *Φάψ. — — ἐν δὲ πέμπτῳ (Ἀριστοτέλης) περὶ ζώων μορίων τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει, καίτοι Αἰσχύλου ἐν τῷ τραγικῷ Πρωτεῖ οὕτω μνημονεύοντος τοῦ ὄρνιθος*

Σιτουμένην δύστηνον ἀθλίαν φάβα,
μέσακτα πλευρὰ πρὸς πτύοις πεπληγμένην.

κἀν (fgm. 240.). Verba *ἐν τῷ τραγικῷ* in codd. Pal. Paris. et edit. Ald. desunt. Vs. 2. libri *προσπτύοις πεπλεγμένην*: illud Casaubonus, hoc Schweighaeuser correxit, qui etiam *μέσακτος* recte interpretatus est: *in medio fractus*. Voce *πτύον* Sophocles quoque usus est fgm. 975.

III. (203.)

Schol. Hom. Od. *δ'*. 366. *Εἰδοθέη· ἀπὸ τῆς εἰδήσεως καὶ ἐπιστήμης τοῦ πατρὸς τὸ ὄνομα. καὶ Αἰσχύλος δὲ ἐν Πρωτεῖ Εἰδοθέαν αὐτὴν καλεῖ.* His repugnat Etym. Gud. p. 316, 10. correctum e cod. Paris. 2638. *Κερδὼ, ὑποκοριστικῶς, ὡς παρ' Αἰσχύλῳ ἡ Εἰδὼ καὶ Τῳὼ ἀντὶ τοῦ Εἰδοθέα καὶ Τῳπύλη.* cf. Bekk. An. Gr. II. p. 857, 9. *τῶν δὲ θηλυκῶν* (sc. *ὑποκοριστικῶν*) *τύποι τρεῖς, ὁ εἰς· ω, οἷον Τῳὼ Τῳπύλη, Εἰδὼ Εἰδοθέα καὶ Ἀφρὼ, ἡ Ἀφροδίτη.* cf. Tzschirner de nom. gr. in *ω* exeuntibus. Vratisl. 1851. p. 21.

IV. (204.)

Hesych. *Ἄελπτοι· δεινοὶ καὶ ἄαπτοι. Αἰσχύλος Πρωτεῖ.* Mira est Hesychii interpretatio: nam ut omittamus, vocem *ἄελπτον* per se significare vix posse *δεινὸν* vel simile quid, sed eam significationem adiecto quodam substantivo, cui mali vel calamitatis insit notio, nancisci, offendit *καὶ*, quod etiam ab Hesychii more abhorret. Qui singulas voces, quibus alias explicare voluit, aut solas aut interiecto *ἤ* adiicere solet: id quod etiam re ipsa efflagitatur, quum vox explicanda non duas simul habere potest explicationes prorsus diversas. Itaque aut corrigendum erit *δεινοὶ, ἢ ἄαπτοι,* (sexcenties enim *ἤ* et *καὶ* confusae sunt. cf. Bast Epist. p. 815.) aut Kustero credendum, qui Hesychium afferre voce *ἄαπτοι* non novam vocis *ἄελπτοι* explicationem, sed diversam eius scripturam voluisse existimavit. Apud Homerum enim, inquit, pro *χεῖρας ἀάπτους* Aristophanem grammaticum scripsisse *χεῖρας ἀέπτους* (ab *α* privativo et *ἕπεσθαι*) teste Eu-

14) Pro *Αἰσχύλῳ* mavult *Ἀρχιλόχῳ* A. Nauck. in Schneidewini Philol. I. *p. 353. n. 12.*

stathio; ex qua scriptura, quae haud dubie in plures Homeri codd. transierit, una litera addita (equidem dixerim *Λ* superscripta, sed pro *Λ* accepta,) exortum sit *ἀέλπτους*. Certe, utcunque de hoc loco statuitur, Hesychius in v. *ἄαπτοι* h. l. *α* intensivum (non privativum) esse voluit. cf. Etym. M. Suid. s. v.

V. (205.)

Hesych. *Ἄμαλα· τὴν ναῦν, ἀπὸ τοῦ ἁμᾶν τὴν ἅλα. Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ.* Corrupte Etym. M. p. 75, 22. *Ἄμαδα τὴν ναῦν Αἰσχύλος.* cf. Lobeck. Paralip. p. 275.

VI. (206.)

Hesych. *Ἐπάσω, ἐκτήσω. Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ.* Cf. Aesch. Eum. 169. Eur. Andr. 642. Theogn. 146 (102. W.) Theocr. XV, 90.

ΣΑΛΑΜΙΝΙΑΙ.

Vetus fab. Aesch. catalogus in editt. Ald. et Robert. exhibet *Σαλαμίνιος*, sed cod. Guelph. habere videtur *Σαλαμίνιαι*, quae forma Herodiani et Hesychii testimoniis confirmatur. Quod fabulae fuerit argumentum, neque ex fragmentis neque aliunde cognoscimus: sed quum e titulo chorum e virginibus Salaminiis constitisse appareat, scenam in Salamine insula fuisse fabulamque ea continuisse haud improbabile est, quae de Teucri ad patrem reditu a veteribus scriptoribus narrantur. Quae quum etiam a Sophocle in *Teucro* tractata esse dicantur, infra a nobis explicata sunt. Illa virorum doctorum (vid. ad Thressas) coniectura autem inde aliquid praesidii habet, quod Teucri historiam ab Aeschylo expositam esse ex Aristophanis Ranis (1040) cognoscitur, ubi comicus Aeschylum sic loquentem fecit:

ὅθεν ἡ 'μὴ φρὴν ἀπομαξαμένη πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν
Πατρόκλων, Τεύκρων θυμολεόντων, ἵν' ἐπαίροιμ' ἄνδρα πολίτην
ἀντεκτείνειν αὐτὸν τούτοις, ὁπόταν σάλπιγγος ἀκούσῃ.

Quam coniecturam qui probaverit, haud dubie etiam amplectetur eorundem sententiam: *Salaminias* cum *Armorum Iudicio* et *Thressis* tetralogiae vinculo fuisse connexas.

I. (207.)

Herodian. *περὶ μον. λεξ.* p. 36, 19. *Οἱ μέντοι τραγικοὶ ἐπίσης ἐκτείνουσι τοῦ προκειμένου ὀνόματος (φᾶρος) τὸ α καὶ συστέλλουσιν, ὡς παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σαλαμινίαις*

Εἴ μοι γένοιτο φᾶρος ἴσον ἐν οὐρανῷ.

ἀλλὰ μὴ κατὰ συστολὴν παρὰ Σοφοκλεῖ (fgm. 547. 208.) Male cap[illegible]

ἴσον, quod correxit Porso ad Eur. Or. 9. — Eundem versum habent Herodian. *περὶ διχρόνων* in Cram. An. Gr. Paris. III, p. 295, 13, ubi *ἐμοὶ* pro *εἴ μοι*, Draco Stratonicensis p. 35, 11 et Grammaticus Hermanni p. 443. Sententia obscura est nec multum prosunt correctiones, quas Ahrens proposuit: *ἴσον ἂν* vel *ἴσον ὄν*.

II. (208.)

Hesych. *Ἀναροιβδεῖ, ἀναρροφεῖ* (cod. *ἀναροιδοῖ, ἀναροφεῖ.*) *Αἰσχύλος Σαλαμινίαις* (cod. *σαλαμῖνες.*). Idem habet Phavorin. s. v. sed omisso Aeschyli loco. cf. Soph. fgm. 416.

III. (209.)

Hesych. *Ἀνήρης, ἀνδρώδης. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις.* (cod. *Σαλαμιν.*) cf. Etym. M. p. 108, 5. et Phavorin. *ἀνήρης, ἀνδρώδης· οἱ δὲ ἀνάρμοστος.*

IV. (210.)

Hesych. *Ἔκλογον, διήγησιν. Αἰσχύλος ἐν Σαλαμινίαις.* (cod. *ἀσαλαμηνίαις.*)

V. (211.)

Hesych. *Καρθύλας, τὰς ἀνοιδήσεις. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις.*

ΣΕΜΕΛΗ = ΥΔΡΟΦΟΡΟΙ.

Titulum *Σεμέλη ἢ Ὑδροφόροι* praebent Scholiastes Homeri (fgm. IV.) et veteris catalogi auctor (nisi quod is *ὑδροφόρος* habet), ex quo tamen cave concludas, fabulam duplici nomine inscriptam fuisse. (Vide quae ad Sophoclis Niptra monuimus.) Probabiliter vero inde et ex fgm. V. coniicias, dramatis summam iis describi, quae tradidit Apollod. III, 4, 3. *Σεμέλης δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς Ἥρας κρύφα συννεννάζεται. ἡ δὲ ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας κατανεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιήσειν, αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς καὶ κεραυνὸν ἴησιν. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιπούσης ἐξαμηνιαῖον βρέφος ἐξαμβλωθὲν ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας ἐνέρραψε τῷ μηρῷ.* cf. Hygin. fab. 179. Welck. Trilog. p. 328. sq. Nomine *Ὑδροφόροι* ii videntur significari, qui, quum regia fulmine Iovis icta esset, flammas extincturi accurrebant. — De loco huc fortasse referendo cf. p. 85. adnot. 10.

I. (212.)

Hesych. *Ἀνταία, ἐναντία, ἰκέσιος. Αἰσχύλος Σεμέλῃ. σημαίνει δὲ*

καὶ δαίμονα· καὶ τὴν Ἑκάτην δὲ Ἀνταίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ἐπιπέμπειν ἄνταια. Cf. Soph. fgm. 295.

II. (213.)

Hesych. Ἄστερκτα· τὰ οὐ δυνάμενα κατασχεθῆναι. Αἰσχύλος Σεμέλῃ. Kuster correxit Ἄστεκτα, praesertim quum Hesychius ipse alio loco scripserit: Ἄστεκτος, ἀφόρητος, ἀβάστακτος. consentientibus Bekk. An. p. 454, 7. Suid. Zonar. Ἄστεκτος, ὁ φλύαρος καὶ ἀνυπομόνητος.

III. (214.)

Hesych. v. Ἀμφίδρομος. Cf. fgm. 61.

IV. (215.)

Schol. Hom. Il. δ'. 319. (allato fgm. 174. pergit:) καὶ ἐν Σεμέλῃ ἢ Τδροφόροις

Ζεὺς, ὃς κατέκτα τοῦτον.

Huc etiam respectum esse in Etym. Gud. p. 305, 31. τὸ δεύτερον ἔκτας, τὸ τρίτον ἔκτα, οἷον „Ζεὺς ὃς κατέκτα". monuit A. Nauckius.

V. (216.)

Schol. Apollon. Rhod. I, 636. Θυάσιν ὠμοβόροις· Μαινάσιν· ἔνθεν καὶ τὴν Σεμέλην Θυώνην καλοῦσιν (cf. Eur. fgm. 177.), ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν οὖσαν καὶ ἐνθεαζομένην, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐφαπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας.

Σ Ι Σ Υ Φ Ο Σ.

Duo fuerunt dramata *Sisyphi* nomine inscripta: quorum alterum Σίσυφος δρακέτης a veteris catalogi auctore, alterum Σίσυφος πετροκυλιστὴς a scholiasta Aristophanis, Hesychio et Eustathio citatur. Fragmenta maximam partem e Sisypho simpliciter afferuntur, ut dubitari possit, ad utrum sint referenda. Sunt quidem, qui, quoniam duo fragmenta e Petrocylista, reliqua e Sisypho simpliciter laudantur, haec ad Δρακέτην referenda esse dicant, sed ii ne fallantur caveant. Ceterum omnia sunt ita comparata, ut, quale fuerit utriusque fabulae argumentum, ex iis cognosci nequeat. Itaque ex titulis Welcker (Tril. p. 550. sqq.) ingeniose coniecit, in *Sisypho Petrocylista* ea fuisse tractata, quae attigit Apollod. I, 9. 3. Κολάζεται Σίσυφος ἐν Ἅιδου πέτρον ταῖς χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ κυλίων καὶ τοῦτον ὑπερβάλλειν θέλων, οὗτος δὲ ὠθούμενος ὑπ' αὐτοῦ ὠθεῖται πάλιν εἰς τοὐπίσω. τίνει δὲ ταύτην τὴν δίκην διὰ τὴν Ἀσωποῦ θυγατέρα Αἴγιναν· ἀφ-

πάσαντα γὰρ αὐτὴν κρύφα Διὶ Ἀσωπῷ μηνύσαι ζητοῦντι λέγεται. cf. III, 12, 6. (ὁ Ἄσωπος — ἐγέννησεν —) εἴκοσι δὲ θυγατέρας, ὧν μὲν μίαν Αἴγιναν ἥρπασε Ζεύς· ταύτην Ἀσωπὸς ζητῶν ἦκεν εἰς Κόρινθον καὶ μαθάνει παρὰ Σισύφου τὸν ἁρπάσαντα εἶναι Δία. Ζεὺς δὲ Ἀσωπὸν μὲν κεραυνώσας διώκοντα πάλιν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπέπεμψε ῥεῖθρα. διὰ τοῦτο μέχρι καὶ νῦν ἐκ τῶν τούτου ῥείθρων ἄνθρακες φέρονται. cf. Pherecyd. l. (infra) c. Schol. Hom. Il. α', 180. Mystica in ea fabula vulgasse Aeschylum testatur Eustratius ad Aristot. Ethic. Nicom. III. 2. (cuius verba ad Ἱερείας attulimus.) —

Alterius fabulae, Σισύφου Δραπέτου, quae satyrica fuisse plerisque videtur, argumentum Welcker in iis positum fuisse arbitratur, quae tradidit Pherecyd. ap. Schol. Hom. Il. ζ', 153. (fgm. 78. ed. Mueller). Διὸς τὴν Ἀσωποῦ θυγατέρα Αἴγιναν ἀπὸ Φλιοῦντος εἰς Οἰνώνην διὰ τῆς Κορίνθου μεταβιβάσαντος, Σίσυφος ζητοῦντι τῷ Ἀσωπῷ τὴν ἁρπαγὴν ἐπιδεικνύει τέχνῃ, καὶ διὰ τοῦτο ἐπεσπάσατο εἰς ὀργὴν καθ' ἑαυτοῦ τὸν Δία. Ἐπιπέμπει οὖν αὐτῷ τὸν Θάνατον. ὁ δὲ Σίσυφος αἰσθόμενος τὴν ἔφοδον, δεσμοῖς κρατεροῖς ἀποδεσμοῖ τὸν Θάνατον. Διὰ τοῦτο οὖν συνέβη οὐδένα τῶν ἀνθρώπων ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν αὐτὸν Ἄρης τῷ Θανάτῳ παρέδωκε, καὶ τὸν Θάνατον τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε. πρὶν δὲ ἀποθανεῖν τὸν Σίσυφον, ἐντέλλεται τῇ γυναικὶ Μερόπῃ, τὰ νενομισμένα μὴ πέμπειν εἰς Ἅιδου. καὶ μετὰ χρόνον οὐκ ἀποδιδούσης τῷ Σισύφῳ τῆς γυναικὸς, ὁ Ἅιδης πυθόμενος, μεθίησεν αὐτὸν, ὡς τῇ γυναικὶ μεμψόμενον. ὁ δὲ εἰς Κόρινθον ἀφικόμενος, οὐκέτι ὀπίσω ἄγει, πρὶν ἢ γηραιὸν αὐτὸν ἀποθανόντα * * κυλινδεῖν ἠνάγκασεν εἰς (Villois. ἐν) Ἅιδου λίθον, πρὸς τῷ μὴ πάλιν ἀποδρᾶναι. Ad eam referenda esse dixit fragm. III—X, eaque argumento isti accomodare studuit. Sed vide quae de iis supra monuimus.

I. (217.)

Hesych. Θώψεις, θωπεύσεις· Αἰσχύλος Σισύφῳ πετροκυλιστῇ (cod. σεισύφῳ πετρακυλισθείς.)

II. (218.)

Schol. Aristoph. Pac. 73. Αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον. — — μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι. μαρτυροῦσιν δὲ οἱ ἐπιχώριοι. Ἐπίχαρμος ἐν Ἡρακλεῖ τῷ ἐπὶ τὸν ζωστῆρα „Πυγμαρίων λοχαγὸς ἐκ τῶν κανθάρων τῶν μειζόνων, οὓς φασι τὴν Αἴτνην ἔχειν.“ τρόπον δέ τινα καὶ Αἰσχύλος ἐπιχώριος· λέγει δὲ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ

Αἰτναῖός ἐστι κάνθαρος βίᾳ πονῶν.

Σοφοκλῆς (fgm. 166.) Codd. πόνων, quod Dindorfius correxit.

III. (219.)

Etym. Gud. p. 227, 38. Gramm. in Cram. An. Oxon. II. p. 443, 10. Ζαγρεύς, ὁ μεγάλως ἀγρεύων· ὦ πότνια γῆ Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε.“ τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅιδου φασὶν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σκύφῳ (sic Etym., Gram. Crameri verba ἐν Σκ. omittit) „Ζαγρεῖ τε νῷν με (Gram. Cram. μοι) καὶ Πολυξένῳ χαίρειν.“ Welcker (Tril.

p. 556. adnot. 863.) voce *χαίρειν* ad vs. 2. relata Aeschylum dicit *Ζαγρέα* et *Πολύξενον*, quae aliis locis Hadis cognomina sint, pro personis induxisse. Quae sententia iis, quae grammaticus tradidit, plane repugnat; Aeschylus, si quid video, in hunc modum scripsit:

— *Ζαγρεῦ τε, νῦν με, παῖ Πολυξένου*
χαίρειν [*ἐᾶτε* vel similiter]

vel:

[*ὦ Περσεφόνη*] *Ζαγρεῦ τε, παῖ Πολυξένου,*
χαίρειν με νῦν [*ἐᾶτε . . .*]

Sisyphus enim a diis inferis petit, ut se in terram remittant ad uxorem mulctandam. — Vel, si rectius se habeat *μοί*:

Ζαγρεῦ τε, νῦν μοι χαῖρε, παῖ Πολυξένου.

Πολύξενος Pluto ipse dicitur in Aesch. Suppl. 148.

IV. (220.)

Pollux. X, 77. *Ἔξεστι δὲ καὶ σκαφὴν ὀνομάσαι* (sc. *τὸ σκεῦος ᾧ τοὺς πόδας ἐναπονιπτόμεθα*) *κατ' Αἰσχύλον* [*που σκάφην*] *εἰπόντα ἐν Σισύφῳ*

Καὶ νίπτρα δὴ χρὴ θεοφόρων ποδῶν φέρειν·
λεοντοβάμων ποῦ σκάφη χαλκήλατος;

cf. **Pollux** VII, 40. *τὸ δὲ τῶν ποδῶν νίπτρον νίπτρα μὲν Αἰσχύλος κτλ.* — Huc respexisse Welcker (l. c. p. 558.) censet Horatium Sat. II, 3, 20.

V. (221.)

Pollux. X, 20. *Τὸν μὲν οὖν τοῦ παντὸς οἶκον δεσπότην ὅτι καὶ ναύκληρον καὶ ἐστιοπάμονα Δωρικῶς καὶ στέγαρχον καὶ στεγάνομον κλητέον, ἐκεῖ καὶ τὸ ἐνοίκιον οὐ ναῦλον μόνον ἀλλὰ καὶ στεγανόμιον, ἔχεις προειρημένον. παίζων δ' εἰ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν ἐθέλοις καλεῖν, ἐρεσχηλῶν τινὰ ἢ ἐκπειράσων, ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνοιτο τοῦ ῥήματος ὡς οὐκ ἂν εἴη δόκιμον, οὐδὲ σὺ μὲν ἂν αὐτὸ πάντῃ δόκιμον εἶναι νομίζοις, οὐ μέντοι οὐδὲ παντελῶς ἀδόκιμον. ὅτι δέ ἐστιν εἰρημένον εἰ γνωρίζοις, φιλότιμος εἶναι δόξεις· εἴρηται τοίνυν ἐν Αἰσχύλου Σισύφῳ*

σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος εὖ κατιλλώψας ἄθρει.

Sic dedit Bekker nescio utrum codices an coniecturam Hemsterhusii secutus, ante quem legebatur: *ἰδοῦ σταθμοῦχος ἐγκατήλλων φῶς ἄθρει.* Pauwius scripsit: *ἐγκατίλλων φῶς,* Dindorfius et Friebelius Satyrogr. fragm. p. 139.) *ἐγκατιλλώψας* collat. Soph. fgm. 909. Sed respectis Aeschyli (Eum. 113.) verbis: *ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα* inducimur, ut Bekkeri scripturam praeferamus.

VI. (222.)

Aelian. Hist. An. XII, 5. *Καὶ οἱ τὸν Ἀμαξιτὸν τῆς Τρωάδος κατοικοῦντες μῦς σέβουσιν· ἔνθεν τοι τὸν Ἀπόλλω τὸν παρ' αὐτοῖς τιμῶσι*

μενον Σμίνθιον καλοῦσι. Ἔτι γὰρ καὶ τοὺς Αἰολέας καὶ τοὺς Τρῶας τὸν μῦν προσαγορεύειν σμίνθον, ὡσπεροῦν Αἰσχύλος ἐν τῷ Σισύφῳ

Ἀλλ' ἀρουραῖός τίς ἐστι σμίνθος ὠδ' ὑπερφυής.

Sic e libris dedit Iacobsius.

VII. (223.)

Erotian. p. 118. ed. Fr. *Διόπῳ· τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ* (fgm. 449.). cf. Pollux. VII, 139. *διόπος δὲ ὁ ἐπόπτης τῆς νεώς.* Cf. Aesch. Pers. 44. (Eur.) Rhes. 741. Adde Aesch. fgm. 257.

VIII. (224.)

Hesych. *Ἄμβωνες.* Cf. fgm. 99.

IX. X. (225.)

Etym. Gud. p. 321. *Κίκυς, ἡ δύναμις. Ἀπολλόδωρος ἰκμάς — καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ „καὶ θανόντων εἰσὶν οὐκ ἐνεστιγμάσι τὰ σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κίκις οὐδ' αἱμόρρυτοι φλέβες θανόντων φησὶν ἀψύχοις."* Hinc I. G. Schneider (Fragm. Pind. p. 106.) haec elicuit: *καὶ θανόντων οἷσιν οὐκ ἔνεστι φθέγμα.* collat. Hom. hymn. in Vener. 238. *Τοῦ δή τοι φωνὴ τρεῖ ἄσπετος οὐδ' ἔτι κίκυς.* Iacobsius (Animadv. ad Eur. p. 187.) *καὶ θανόντων οἷσιν οὐκ ἔνεστ' ἴγμα σκεπάστη δ' οὐκ ἔνεστι κίκυς.* collat. Hesych. *ἰγμή, βοή.* Dindorfius: *καὶ θανόντων οἷσιν οὐκ ἔνεστ' ἰκμασία* (quae utrum grammatico an Aeschylo tribui voluerit non dixit) et Aeschyli: *σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κῖκυς οὐδ' αἱμόρρυτοι | φλέβες.* Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. p. 75.) vero recte monuit, duo esse Aeschyli fragmenta, quae grammaticus ex more voce *εἶτα* coniunxerit, quorum alterum sic scribendum sit:

τῶν κατθανόντων οἷσιν οὐκ ἔνεστ' ἰκμάς.

alterum sic, ut Dindorfio placuit. Similiter statuit Bamberger (Coniect. in poet. gr. Brunsvig. 1841. p. 11.) Longe aliter autem locum constituit Cramer, qui, quum in Etymologico Parisino (vide eius Anecd. Gr. Paris, Vol. IV, p. 35, 21.) invenisset: *καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ „καὶ θανόντων εἰσὶν οὐκέτι ἱμάσι τὰ σοὶ δ' οὐκ ἔστι κίκυς οὐδε αἱμόρρυτοι φλέβες· θανόντων φησὶ ἀψύχων.* sic Aeschylum scripsisse opinatur:

θανόντι δ' οὐκέτ' ἔστιν ἰκμὰς ἰνεσιν,
οὐκ ἔστι κίκυς οὐδ' ἔθ' αἱματόρρυτοι
φλέβες —

coll. Odyss. λ', 392. — Quae coniectura quum nimis a codicum ductibus recedat, nos Bergkio auctore scribendum esse putamus: *καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ·*

[τῶν] καιθανόντων, οἷσιν οὐκ ἔνεστ' (vel οὐκέτ' ἐστ') ἐκμάς.

εἶτα·

σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κῖκυς οὐδ' αἱμόῤῥυτοι
φλέβες.

Vocem αἱμόῤῥυτος habet etiam Sophocles fgm. 129.

ΣΦΙΓΞ ΣΑΤΥΡΙΚΗ.

Satyricam fuisse hanc fabulam simulque cum Laio, Oedipode et Septem ad Thebas actam e didascalia cognoscitur, quam ad Laium attulimus. Argumentum autem nisi e titulo et fgm. II divinari non potest. Quum igitur de Sphinge haec tradiderit Apollod. III, 5, 8. Τούτου δὲ (sc. Κρέοντος) βασιλεύοντος οὐ μικρὰ συμφορὰ κατέσχε Θήβας. ἔπεμψε γὰρ Ἥρα Σφίγγα, ἣ μητρὸς μὲν Ἐχίδνης ἦν, πατρὸς δὲ Τυφῶνος. εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικὸς, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν λέοντος καὶ πτέρυγας ὄρνιθος· μαθοῦσα δὲ αἴνιγμά τι παρὰ Μουσῶν ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο καὶ τοῦτο προὔτεινε Θηβαίοις. ἦν δὲ τὸ αἴνιγμα „τί ἐστιν ὃ μίαν ἔχον φωνὴν τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνεται." Χρήσμου δὲ Θηβαίοις ὑπάρχοντος, τηνικαῦτα ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς Σφιγγὸς, ἡνίκα ἂν τὸ αἴνιγμα λύσωσι, [καὶ] συνιόντες εἰς αὐτὸ πολλάκις ἐζήτουν τί τὸ λεγόμενόν ἐστιν. ἐπὰν δὲ μὴ εὕρισκον, ἁρπάσασα ἕνα κατεβίβρωσκε. πολλῶν δὲ ἀπολλυμένων καὶ τὸ τελευταῖον Αἵμονος τοῦ Κρέοντος, κηρύσσει Κρέων τῷ τὸ αἴνιγμα λύσοντι καὶ τὴν βασίλειαν καὶ τὴν Λαΐου δώσειν γυναῖκα. Οἰδίπους δὲ ἀκούσας ἔλυσεν εἰπὼν τὸ αἴνιγμα τὸ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς λεγόμενον ἄνθρωπον εἶναι· —— ἡ μὲν οὖν Σφιγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔῤῥιψεν. — Sphingem satyris et Oedipo aenigmata proposuisse solvenda probabile est. Picturam in vase Neapolitano hinc haud dubie expressam descripsit O. Iahnius in Act. Soc. Liter. Saxon. a. 1847. p. 294.

I. (226.)

Athen. XV. p. 674. D. (allato fgm. 195 pergit.) καίτοι (καὶ ἔτι G. Hermann. de Aesch. trilog. Theb. p. 6. Opus. VII. p. 194.) ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἰπὼν

Τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος, ἀρχαῖον στέφος,
δεσμῶν ἄριστος, ἐκ Προμηθέως λόγου.

Libri στέφανον, quod Grotius correxit. Deinde Heynius pro λόγου maluit λύγου, quod Hermannus l. c. probavit. Sed correctione haud quaquam opus est. Friebelius (Satyrogr. Gr. p. 140) maluit: τῷ δὲ ξένῳ γε στέφον ἀρχαῖον στέφος δεσμῶν ἄριστον ἐκ Προμηθέως λόγου quod satis est verbo tetigisse.

II. (227.)

Aristoph. Ran. 1286.

Σφίγγα δυσαμερίαν, πρύτανιν κύνα.

ubi Scholiastes: *Σφίγγα δὲ δυσαμερίαν, τὴν ἐπὶ κακῷ χρόνῳ Θηβαίοις φανεῖσαν, πάροχον θανάτου. ταῦτα δὲ ἐκ Σφιγγὸς Αἰσχύλου.* **Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. p. 75.) bene corrigi iussit** *Σφίγγα, δυσαμερίᾶν* **vel** *δυσαμερίας πρ. κ.* **collat. Soph. fgm. 542. vs. 5., simulque comparavit Stesichor. fgm. 84.** *κοιλωνύχων ἵππων πρύτανις Ποσειδᾶν. Δυσαμερίᾶν* **scripsit etiam Fritzschius. De Sphinge similiter locutus est Soph. O. T. 391.**

III. (228.)

Hesych. *Κνοῦς· ὁ ἐκ τοῦ ἄξονος ἦχος. λέγεται δὲ καὶ κνόη· καὶ ὁ τῶν ποδῶν ψόφος, ὡς Αἰσχύλος Σφιγγί. Τινές τε φασὶν, κνοῦν μὲν ἦχον, κνόην δὲ μέρος τοῦ ἄξονος ἢ χοινικος.* **cf. Aesch. Sept. 356.**

T H Λ E Φ O Σ.

Vitae Sophocleae scriptor incertus (Biogr. gr. ed. Westermann. p. 131, 85) tradit: ἔχει δὲ δράματα, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, ρι', τούτων δὲ νενόθευται ιξ'. Suid. v. Σοφοκλῆς (Eudoc. p. 284.) vero: ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ', ὡς δέ τινες καὶ πολλῷ πλείω. νίκας δὲ ἔλαβεν κδ'. Boeckhius (Trag. Princ. p. 110.) in his correxit ριγ', quae emendatio haud paucis probata est, quippe qua congruentia inter Suidae et vitae scriptoris testimonia efficiatur, ubi primum apud hunc tredecim illa drámata subditicia de numero CXXX detractae sunt; attamen eam accipere noluerim, sed Suidam potius e fonte longe diverso hausisse statuerim. Nam is simul cum maiori fabularum numero etiam plures victorias commemorat, quum vitae scriptor (Westerm. p. 128, 36.) scripserit: νίκας δ' ἔλαβεν κ', ὥς φησι Καρύστιος, πολλάκις δὲ καὶ δευτερεῖα ἔλαβε, τρίτα δ' οὐδεπώποτε. Praecipue vero inde, quod Suidas solus verba notissima ac gravissima: Σοφοκλῆς αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν. exhibet, eum ex alio fonte sua sumsisse liquet atque vitae scriptorem, qui, quamvis in vita poetae enarranda admodum copiosus sit, ista tamen ne verbo quidem attigit. Quoniam vero in fabularum numero Aristophane teste usus est, cui in bibliotheca Alexandrina exemplum fabularum Aeschyli, Sophoclis Euripidisque Atticum Lycurgi opera ex ipsis poetarum codicibus recensitum, (quod Ptolemaeus III Euergetes ab Atheniensibus mutuatus erat, eius loco autem exemplum descriptum remiserat, cf. Galen. in Hippocr. Epidem. 3. com. 2. T. V. p. 412. ed Basil.) inspicere licuit cuique mens satis sana ac sobria fuit, ut genuinum Sophoclis drama a supposito discernere posset, nobis Sophoclem non plus CXIII fabulas scripsisse vel rectius edidisse iure statuendum erit. Quod hic numerus impar est, ut numero 4 (quo uti solent, qui Sophoclem tetralogias tantummodo scripsisse opinantur) dividi nequeat, offensioni esse non debet, quum ex illis Suidae verbis et ab aliis monitum et nuper a Boeckhio (in

Ind. lectt. Berol. 1841. 42.) [1]) extra omnem dubitationem positum sit, Sophoclem primum singulis fabulis certasse vel q. i. e. singulas fabulas docuisse. Verum etiam tetralogias ab eo compositas esse inde cognosci potest, primum quod non statim initio, ubi ei cum Aeschylo tetralogias docente certandum fuit, sed postquam aliquam famam nactus erat, in re tragica tantopere novare potuit; deinde quod etiam postea cum Euripide (cf. Aristoph. Argument. ad Eur. Med.) et aliis poetis tragicis (v. c. Philocle, Xenocle) tetralogias docentibus in certamen descendere, itaque paribus armis pugnare coactus fuit; postremo quod etiam nunc dramatum eius satyricorum numerus haud exiguus citatur. At vero Boeckhius (Trag. Princ. c. VIII.) numerum CXIII nimium esse eoque comprehendi dixit scenicas familiae Sophocleae (h. e. Jophontis et Sophoclis minoris) reliquias ab his Aristophanis grammatici (Argum. ad Soph. Antig. fin.) verbis profectus: *φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον* [2]). Ex quibus quum Antigonam circa exeuntem Ol. LXXXIV commissam esse conclusisset, hanc sententiam proposuit (p. 109.): „illud probabile mansit et credo mansurum est, qui ab anno duodetricesimo ad annum quinquagesimum sextum ediderit XXXII fabulas, eum ab hoc ad nonagesimum non editurum fuisse XC vel C.“ Sed ut imperium illud Sophoclis in bello Samio iam eo suspectum reddi omittamus, quod Aristophanes narrationem de eo verbis *φασὶ δὲ* incepit et hac ratione sibi de eo non constare patefecit, narratio ista cum ab aliis haud temere impugnata tum nuper a Franc. Rittero (in Nov. Museo Rhenan. II. 1843. p. 180. sqq.) ita est refutata, ut ne ipsa quidem amplius stare, nedum calculus in ea positus recte se habere possit. —

Quodsi iusta non est causa, cur Aristophanis testimonium in dubitationem vocantes Sophoclem CXIII fabulas scripsisse negemus, quaeritur nunc, quot nobis innotuerint et quae earum fuerint nomina. Quod ut explorari possit, subiecimus indicem omnium quotquot citantur titulorum.

Ἀθάμας α'.	*Αἰθίοπες.*
Ἀθάμας β'.	*Αἰχμαλωτίδες.*
Αἴας ὁ Λοκρός.	*Ἀκρίσιος.*
Αἴας μαστιγοφόρος.	*Ἀλεάδαι.*
Αἰγεύς.	*Ἀλέξανδρος.*

[1]) Ab eo non tam re, quam verbis recessit C. F. Hermannus in Annal. Berolin. crit. a. 1843. II. p. 834. sq.

[2]) Mirum in modum hic numerus viros doctos vexavit, quamquam haud difficilis est ad explicandum: fuit enim Antigone drama tricesimum alterum in vetusto codice Alexandrino (quo Aristophanes usus est). Similiter in argumento gr. ad Aristophanes Aves haec comoedia tricesima quinta, in scholio ad Eur. Orest. 1481. (Matth.) Phoenissae tertia fabula dicitur. Ac sane tertium locum ea etiam nunc in codicibus et editionibus nostris obtinet.

Ἀλήτης.
Ἀλκμαίων.
Ἄμυκος.
Ἀμφιάρεως.
Ἀμφιτρύων.
Ἀνδρομάχη.
Ἀνδρομέδα.
Ἀντηνορίδαι.
Ἀντιγόνη.
Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναῖαι.
Ἀχαιῶν σύλλογος.
Ἀχιλλέως ἔρασταί.
Δαίδαλος.
Δανάη.
Διονυσιακός.
Δόλοπες.
Ἑλένης ἀπαίτησις.
Ἑλένης ἁρπαγή.
Ἑλένης γάμος.
Ἐπίγονοι.
Ἔρις.
Ἐριφύλη.
Ἑρμιόνη.
Εὔμηλος.
Εὐρύαλος
Εὐρυσάκης.
Ἡλέκτρα
Ἡρακλῆς (ἐπὶ Ταινάρῳ).
Ἡρακλείσκος.
Ἠριγόνη.
Θαμύρας.
Θησεύς.
Θυέστης ἐν Σικυῶνι.
Θυέστης β'.
Ἰάμβη.
Ἶναχος.
Ἰξίων.
Ἱπποδάμεια.
Ἱππόνοος.
Ἰφιγένεια.
Ἰφικλῆς (Ἰοκλῆς, Οἰκλῆς).
Ἰχνευταί.
Ἴων.
Καμίκιοι.
Κηδαλίων.
Κλυταιμνήστρα.
Κολχίδες.
Κρέουσα.
Κρίσις.
Κωφοί.
Λάκαιναι.
Λαοκόων.
Λαρισσαῖοι.
Λήμνιαι.
Μάντεις.
Μελέαγρος.
Μέμνων.
Μίνως.
Μυσοί.
Μῶμος.
Ναύπλιος καταπλέων.
Ναύπλιος πυρκαεύς.
Ναυσικάα.
Νιόβη.
Νίπτρα.
Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ.
Ὀδυσσεὺς μαινόμενος.
Ξοανηφόροι.
Οἰδίπους τύραννος.
Οἰδίπους ἐπὶ Κολώνῳ.
[Οἰνεύς.]
Οἰνόμαος.
Παλαμήδης.
Πανδώρα ἢ σφυροκόποι.
Πελίας.
Πηλεύς.
Πλύντριαι.
Ποιμένες.
Πολύϊδος.
Πολυξένη.
Πρίαμος.
Πρόκρις.
Ῥιζοτόμοι.
Σαλμωνεύς.
Σίνων.
Σίσυφος.
Σκύθαι.
Σκύριοι.
Σύνδειπνοι.
Τάλως.
Τάνταλος.
Τεῦκρος.
Τήλεφος.
Τηρεύς.
Τραχίνιαι.
Τριπτόλεμος.
Τρωΐλος.
Τυμπανισταί.

Τυνδάρεως.	Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ.
Τυρώ.	Φινεύς.
Τβρις.	Φοῖνιξ.
Τδροφόροι.	Φρίξος.
Φαίακες.	Φρύγες.
Φαίδρα.	Χρύσης.
Φθιώτιδες.	Ὠρείθυια.
Φιλοκτήτης (ἐν Λήμνῳ).	

In quo indice omissi sunt tituli Ζωστῆρες et Προμηθεύς quippe in manifesto errore positi (cf. fgm. 317 et 320.), accesserunt vero primum Ἡρακλείσκος et Τάνταλος, ille ex Orionis Anthologomico, hic e vetusto Stobaei codice Vindobonensi; illum vero librarii cuiusdam errore niti nec diversum esse ab *Hercule ad Taenarum* infra (ad huius dramatis argumentum) docuimus. — In eodem autem etiam multi extant tituli, qui ex parte eo dubitationem movent, quod semel tantum ac propter unam voculam citati sunt, et inde fortasse, quod fabulae Aeschyli vel Euripidis eodem nomine inscriptae erant, quibuscum facile confundi poterant, originem duxerunt, ex parte eo offendunt, quod intelligi nequit, quae fabularum, quibus praescripti fuisse perhibentur, argumenta esse potuerint. Inter illos referendi sunt Θησεὺς (fgm. 26.), Ἰξίων (fgm. 284.), Σίσυφος (fgm. 512.), Τήλεφος (fgm. 388.); quos qui citarunt facile Aeschyli vel Euripidis fabulis pariter inscriptis in errorem induci potuerunt. Sed quoniam haud raro factum est, ut pro fabularum nominibus personarum in iis agentium nomina afferantur (v. c. Nausicaae pro Πλυντριῶν titulo. fgm. 415. 416.)[3]), Welcker fgm. 26 (et 24) in *Phaedram*, fgm. 388 in *Mysos* intulit, quippe quum Theseus in *Phaedra*, Telephus in *Mysis* in scenam procedere debuerit. A cuius sententia cur recederemus non vidimus ullam causam; imo hanc rationem probabiliorem duximus, quam scriptoris cuiusdam testimonium, ubi non necessitate quadam cogimur, in dubitationem vocare. Verum tamen in eo a viro doctissimo nobis recedendum esse putavimus, quod fgm. 26 (et 24) non inter *Phaedrae*, sed inter *Aegei* reliquias rettulimus, cuius rei causam suo loco aperuimus. —

Ad alterum genus pertinent tituli Ἀνδρομάχη (fgm. 470.), Ἰάμβη (fgm. 827.) Ἱπποδάμεια (fgm. 447.), Κλυταιμνήστρα (fgm. 295), Μίνως (fgm. 310.), Ναυσικάα (fgm. 415. 416.), Ξοανηφόροι (fgm. 428.), Πελίας (fgm. 500.), Τάλως (fgm. 164,), Τυνδάρεως (fgm. 227.). De quorum unoquoque quum in ipso libro uberius disputaverimus, hoc loco satis erit monuisse, Ἀνδρομάχην, Ἰάμβην, Ξοανηφόρους et Τάλων manifesto errori scriptoris eos citantis originem debere, reliquis titulis autem personae nomen pro fabulae nomine exhiberi, itaque *Hippodamiae* quod fertur fragmentum ad *Oenomaum*, *Clytaemnestrae* ad Iphigeniam, *Minois* ad *Daedalum* vel *Camicios* vel Μάντεις,

[3]) cf. Welcker. Trag. Graec. p. 67. sq. Nos ad Eurip. Fragm. p. 9. Cuius usus inter Sophocleas reliquias haec extare exempla probabile est: fragm. 26, 107, 180, 186, 227, 295, 310, 328, 329, 330, 388, 415, 416, 447, 500, 537.

Nausicaae ad *Πλυντρίας*, *Peliae* ad *Ῥιζοτόμους*, *Tyndarei* denique fragmentum ad *Erigonam* referendum esse. —

Qui praeterea semel tantum citantur tituli, *Ἑλένης ἁρπαγή*, *Εὐρύαλος*, *Εὐρυσάκης*, *Μέμνων*, *Πρόκρις*, *Ὠρείθυια*, si forte *Memnonem* exceperis, cui vix aliud argumentum quam *Aethiopibus* fuisse potest, nullam movent dubitationem. Contra offendunt nonnulli, qui plus semel laudantur, quia perspici non potest, quid fabulae, quibus praescripti fuisse feruntur, continuerint. Inter quos prae ceteris referendus est *Ἰοκλῆς* (fgm. 301. 202.) a quo non differre videtur titulus *Ἰφικλῆς* (ά) (fgm. 300.), quem Boeckhius e vitiosa scriptura *ἐν Ιφικλείᾳ* (ap. schol. Soph. OC. 791. extante) elicuit, quamquam Bergkius et Dindorfius illum in *Οἰκλῆς* mutandum, apud schol. Soph. autem *ἐν Ἰφιγενείᾳ* corrigendum esse putarunt. Sed viri doctissimi exposuissent vellem, quid fabula *Oiclis* nomine insignita continere potuerit; nam quod alii cuidam in mentem venit, Oiclem, Amphiarai patrem, in *Amphiarao* (dramate satyrico) in scenam processisse plane incredibile est. Nisi igitur *Ἰοκλῆς* ex *Ἰφικλῆς* depravatum est, quamquam etiam nec de huius fabulae nomine nec de argumento constat, fateri debemus, nescire nos, quid in corrupta ista voce lateat. — Pariter intelligi non potest, quale esse potuerit *Ionis*, quale *Polyidi* argumentum, si *Ion* fabula a *Creusa*, *Polyidus* a *Μάντεσι* diversa fuit. Accedimus igitur ad Welckeri sententiam, Ionem *Creusae*, Polyidum *Μάντεων* personam fuisse et ex more, quem supra attigimus, pro ipsius fabulae nomine citatum esse statuentis. Non minus recte vir doctissimus, ut infra docuimus, *Ἐπιγόνους* et *Ἐριφύλην*, *Ναύπλιον καταπλέοντα* et *πυρκαία*, *Τυμπανιστὰς* et *Φινέα β'* binos unius eiusdemque fabulae titulos esse affirmavit. Illud autem nullo modo probare possumus, quod idem *Eumelum* in dubitationem vocavit et binis titulis *Ἀκρίσιος* et *Δανάη*, *Ἀλήτης* et *Ἠριγόνη*, *Δόλοπες* et *Φοῖνιξ*, *Πηλεὺς* et *Φθιώτιδες* unam fabulam designari dixit. Item titulum *Οἰνεύς*, quem Dindorfius duobus corruptis Hesychii locis nixus (fgm. 330. 442.) in fabularum Sophoclearum indicem intulit, quamvis hoc Welcker probaverit., rursus eiiciendum esse putamus, contra Alcestidem in eum recipere Welckero duce non dubitavimus, quum e fragmentis quibusdam (107—110) Admeti historiam a Sophocle tractatam esse appareat. — Quae quum explorata sint, quaeritur nunc, quae fabulae inter satyricas referri possint vel debeant. Apertis veterum scriptorum testimoniis satyricae appellantur hae: *Ἄμυκος*, *Ἀμφιάρεως*, *Ἡρακλῆς* (*ἐπὶ Ταινάρῳ*), *Ἡρακλείσκος*, *Ἴχνευται*, *Κηδαλίων*, *Κρίσις*, *Κωφοὶ*, *Μῶμος*, *Σαλμωνεύς*, *Τῦρις*. Sed sunt aliae, v. c. *Ἴναχος*, quae propter ipsum argumentum tragoediae esse non potuerunt. Quum autem haec ratio ad fabulas recte aestimandas difficilis atque incerta sit, non post mirum esse, quod de dramatum satyricorum numero alii aliter iudicarunt. Brunckius enim illis haec adnumeranda esse censet: *Αἰχμαλωτίδες*, *Ἀλεάδαι*, *Ἀνδρομέδα*, *Ἀχαιῶν σύλλογος ἢ σύνδειπνον ἢ Σύνδειπνοι*, *Ἀχιλλέως Ἔρασται*, *Ἴναχος*, *Ἶρις* (h. e. *Ἔρις*), *Τριπτόλεμος*, *Τρωΐλος*, *Φαλακές*, *Φινεὺς ά*, *β'*. Boeckhius (Trag. Princ. p. 127.) eius sententia accepta praeterea haec addit: *Διονυσιακὸς*, *Ἑλένης ἀπαίτησις*, *Ζωστῆρες*, *Ἴφικλος α'* et *β'* (sic

enim pro *Ἰφικλῆς* scribendum esse ait Boeckhius), *Κῶμος* (pro *Μῶμος*), *Ναυσικάα*, *Πανδώρα*, *Τυμπανισταί*. Jam vero bene Welcker docuit, satyricorum numero eximenda esse *Αἰχμαλωτίδας*, *Ἀλεάδας*, *Ἀνδρομέδαν*, *Ἀχαιῶν σύλλογον*, *Ἑλένης ἀπαίτησιν*, *Ναυσικάαν*, *Τριπτόλεμον*, *Τρωΐλον*, *Τυμπανιστάς*, *Φαίακας*, *Φινέα* α′ et β′; in dubitationem vocanda *Ἰφικλεῖς* α′ et β′: cuius sententiam equidem, quoad fieri potuit, infra novis causis firmare studui. Illorum loco recepit vir doctissimus *Δαίδαλον* et *Ἑλένης γάμον* et hunc fabularum satyricarum indicem exhibuit (p. 72.):

Ἄμυκος.
Ἀμφιάρεως.
Ἀχιλλέως ἐρασταί.
Δαίδαλος.
Διονυσιακός.
Ἑλένης γάμος.
Ἔρις.
Ἡρακλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ.
Ἴναχος.
Ζωστῆρες.
Ἰχνευταί.
Κηδαλίων.
Κρίσις.
Κωφοί.
Μῶμος.
Πανδώρα ἢ σφυροκόποι.
Σαλμωνεύς.
Τρις.

Sed *Daedalum* non tale argumentum, quale Welcker statuit, complexum esse, itaque non posse drama satyricum fuisse infra ostendimus, item *Ζωστῆρας* (cf. fgm. 317) manifesto librarii errori originem debere supra iam monuimus. Supersunt igitur XVI fabulae satyricae, quibus fortasse accensendae *Ἰφικλεῖς* α′ et β′, minime vero *Ἡρακλείσκος*, siquidem ea memineris, quae iam supra de hac fabula disputavimus. Videndum autem, ne etiam *Ἔρις* et *Κρίσις* diversi unius eiusdemque fabulae tituli sint. Quae coniectura si vera est, restant XV dramata satyrica. —

Quodsi nunc, quae adhuc de singulis fabulis disputavimus, ita comprehendimus, ut uno in conspectu universo circumspici possint, Sophoclem tantummodo has CIV fabulas composuisse probabile est:

Ἀθάμας α′.
Ἀθάμας β.
Αἴας ὁ Λοκρός.
Αἴας (*μαστιγοφόρος*).
Αἰγεύς = *Θησεύς.*
Αἰθίοπες = *Μέμνων.*
Αἰχμαλωτίδες.
Ἀκρίσιος.
Ἀλεάδαι.
Ἀλέξανδρος.
Ἀλήτης.
Ἄλκηστις.
Ἀλκμαίων.
Ἄμυκος σατυρ.
Ἀμφιάρεως σατυρ.
Ἀμφιτρύων.
Ἀνδρομέδα.
Ἀντηνορίδαι.
Ἀντιγόνη.
Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναῖαι.
Ἀχαιῶν σύλλογος.
Ἀχιλλέως ἐρασταὶ σατυρ.
Δαίδαλος.
Δανάη.
Διονυσιακὸς σατυρ.
Δόλοπες.
Ἑλένης ἀπαίτησις.
Ἑλένης ἁρπαγή.
Ἑλένης γάμος σατυρ.
Ἐπίγονοι = *Ἐριφύλη.*
Ἔρις = *Κρίσις σατυρ.*
Ἑρμιόνη.
Εὔμηλος.
Εὐρύαλος.
Εὐρυσάκης.
Ἠλέκτρα.

λῆς (ἐπὶ Ταινάρῳ = Ἡρακλείσκος). *Πηλεύς.*
ίνη = *Τυνδάρεως.* *Πλύντριαι* = *Ναυσικάα.*
ρας. *Ποιμένες.*
της ἐν *Σικυῶνι.* *Πολυξένη.*
της β'. *Πρίαμος.*
ς σατυρ. *Πρόκρις.*
νν. Ῥιζοτόμοι = *Πελίας.*
νος. *Σαλμωνεὺς* σατυρ.
νεια. *Σίνων.*
ῆς (Ἰοκλῆς, *Οἰκλῆς*, Ἴφικλος). *Σίσυφος.*
ταὶ σατυρ. *Σκύθαι.*
ωοι = *Μίνως.* *Σκύριοι.*
λίων σατυρ. *Σύνδειπνοι.*
δες. *Τάνταλος.*
σα = Ἴων. *Τεῦκρος.*
ὶ σατυρ. *Τηρεύς.*
ναι. *Τραχίνιαι.*
ων. *Τριπτόλεμος.*
σαῖοι. *Τρωΐλος.*
αι α'. β'. *Τυμπανισταί* = *Φινεὺς* β'.
ις = *Πολύϊδος.* *Τυρὼ* α'. β'.
γρος. Ὕβρις σατυρ.
ί = *Τήλεφος.* Ὑδροφόροι.
ς σατυρ. *Φαίακες.*
λος πυρκαεύς. *Φαίδρα.*
]. *Φθιώτιδες.*
ηφόροι. *Φιλοκτήτης* (ἐν *Λήμνῳ*).
ὺς ἀκανθοπλήξ = *Νίπτρα.* *Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ.*
ὺς μαινόμενος. *Φινεὺς* α'.
υς τύραννος. *Φοῖνιξ.*
υς ἐπὶ *Κολώνῳ.* *Φρίξος.*
ος = *Ἱπποδάμεια.* *Φρύγες.*
ήθης. *Χρύσης.*
ῥα ἢ σφυροκόποι σατυρ. Ὠρείθυια.

Inter quas quum minimum XV satyricae fuerint, Sophoclem se est minimum XV tetralogias scripsisse, quibus de cuncta fabularum numero detractis restant XLIV fabulae singillatim e. Computatis autem tetralogiis et fabulis singillatim actis nus LIX didascalias, quae, si cum longo tempore, per quod ocles fabulas docuit (ab Ol. LXXVII, 4 usque ad Ol. XCIII, 3), arantur, non nimiam fuisse poetae industriam documento sunt, e qui ne semel quidem quovis anno in certamen descendisse tur. Neque si reliqua, quae ad explendum Aristophanis numerum it, fabularum nomina reperiantur, praecipue si inter eas aliqua ca sit, nimiam dicamus Sophoclis operam, quum in perpaucos m annos duae didascaliae casurae sint. Non est autem, cur m praecipue in iuventutis flore nonnunquam eodem anno bis tamen descendisse negemus.

SOPHOCLIS PERDITARUM FABULARUM FRAGMENTA.

Α Θ Α Μ Α Σ.

Sophoclem duas fabulas *Athamantis* nomine inscriptas edidisse testes sunt Hesychius et scholiastes Aristophanis, quorum ille (vide fragmenta) numeris α′ et β′ inter eas distinxit, hic (ad Nub. 257) alterum τὸν ἕτερον (non δεύτερον) Ἀθάμαντα appellavit, ex quo simul intelligitur, alteram Athamantem non secundam alterius recensionem, sed diversum drama fuisse. Utriusque argumentum iam Brunckius perspexit alteram exponi monens a schol. Aristoph. Nub. 257. (Mich. Apost. XIII, 46. *Μὴ θεᾶς ἄνθρωπον, ὡς Ἀθάμας λείπει ἑλοῦ. Ἐπὶ τῶν αἱρουμένων ἀντὶ τῶν κρειττόνων τὰ ἥττω.) Ἀθάμας ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας ἔσχεν, Φρίξον καὶ Ἕλλην. ἀφεὶς οὖν τὴν Νεφέλην θεὰν οὖσαν, θνητῇ γυναικὶ ἐμίγη. ζηλοτυπήσασα οὖν ἡ Νεφέλη ἀπέπτη εἰς οὐρανὸν καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς χώραν αὐχμῷ ἐκόλαζε. πέπομφεν οὖν θεωροὺς εἰς Ἀπόλλωνα Ἀθάμας ἐρέσθαι περὶ τοῦ αὐχμοῦ. ἡ οὖν τούτου γυνὴ θέλουσα Φρίξον καὶ Ἕλλην ἀπολωλέναι, πέπεικε διὰ δώρων τοὺς θεωροὺς εἰπεῖν Ἀθάμαντι ὡς οὐκ ἂν ἄλλως παύσεσθαι τὸν αὐχμὸν ἔχρησεν ἡ Πυθία (ὁ Πύθιος* coni. Welcker.), *εἰ μὴ τοὺς τῆς Νεφέλης θύσειαν παῖδας. ἀκούσας οὖν Ἀθάμας μεταπέμπεται τοὺς παῖδας ἐκ τῶν ποιμνίων. εἰς οὖν κριὸς ἀνθρωπίνῃ χρησάμενος φωνῇ λέγει Φρίξῳ καὶ Ἕλλῃ τὰ περὶ τῆς σφαγῆς. φευγόντων οὖν τούτων μετὰ τοῦ κριοῦ ἡ μὲν Ἕλλη ἐν τῷ περαιοῦσθαι τὸν ἐν Ἀβύδῳ πορθμὸν ἀπεπνίγη πεσοῦσα ἀπὸ τοῦ κριοῦ, ὅθεν καὶ ἀπ' ἐκείνης Ἑλλήσποντος κέκληται. Φρίξος δὲ ἐποχούμενος τῷ κριῷ εἰς τὴν τῶν Κόλχων γῆν περισώζεται. ἔνθα καὶ τὸν κριὸν, ὃς ὑπὸ τῶν θεῶν χρυσόμαλλος (χρυσούμενος* Welck.) *γέγονε, θύει τῷ Ἑρμῇ, καὶ κατοικήσας αὐτόθι τοὔνομα καταλέλοιπε τῷ τόπῳ. ἐκ τούτου γὰρ ἡ Φρυγία οὕτως ἐκλήθη. Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν διὰ τοὺς παῖδας πεποίηκε. προσαχθεὶς οὖν στεφανηφορῶν ἐν τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγησόμενος ὑπὸ Ἡρακλέους σέσωσται. οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς ἐν δράματι πεποίηκε. — Ἄλλως. ἐν Ἀθάμαντι Σοφοκλέους ὑπόκειται Ἀθάμας στεφανηφορῶν, ὥσπερ ἱερεῖον, δίκας εἰσπραττόμενος περὶ Φρίξου. — Ἄλλως. τοῦτο* (sc. Aristophanis verba, *ἐπὶ τί στέφανον; οἶμοι Σώκρατες, ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.) πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους ἀποτεινόμενος λέγει. ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηκε τὸν Ἀθάμαντα ἐστεφανώμενον καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς ὡς σφαγιασθησόμενον, μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα καὶ τοῦτον θανάτου ῥυόμενον [λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρίξος. δι' ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι.]* Scholiastarum verbis haud dubie integrum dramatis argumentum exhibetur: quare ea, quibus alii scriptores eandem historiam narrantes (v. c. Philosteph. ap. Schol. Hom. Il. VII, 86. Apollod. I, 9, 1. Zenob. IV. 38.) ab illis recedunt, hoc loco afferre nihil refert. Ex quibus alteram Athamantis uxorem, quae Nepheles liberis interitum paraverit, Inonem fuisse satis est intellexisse. Qua ratione autem poeta singulas fabulae partes scenasque disposuerit atque conformaverit, hodie, quum fragmenta fere nulla supersint, dici nequit. Nam ne ea quidem, quae ex *Attii Atha-*

mante supersunt, quidquam huc faciunt, quamvis Welcker hoc affirmaverit, sed potius alteri Sophoclis Athamanti illustrandae inserviunt, quippe ad cuius exemplum Attium drama suum finxisse bene nuper docuerit Ladevig. Anal. Scen. p. 26. Neque annus, quo fabula docta est, accurate potest definiri; attamen eam ante Ol. LXXXIX, 1 actam esse inde liquet, quod Aristophanes in Nubibus l. c. ad eam respexit. — Hanc fabulam cum Phrixo confudit schol. Pind. Pyth. IV, 162. (vid. Phrixi argum.)

Alterius Athamantis argumentum viri docti contineri suspicantur verbis Apollod. I, 9, 2. *Ἀθάμας δὲ ὕστερον διὰ μῆνιν Ἥρας* (— irascebatur vero Iuno, quia Athamas et Ino Bacchum clam educaverant, cf. Apollod. III, 4, 3. Pherecyd. ap. schol. Hom. Il. XVIII, 486. —) *καὶ τῶν ἐξ Ἰνοῦς ἐστερήθη παίδων. αὐτὸς μὲν γὰρ μανεὶς ἐτόξευσε Λέαρχον, Ἰνὼ δὲ Μελικέρτην μεθ' ἑαυτῆς εἰς πέλαγος ἔρριψεν. ἐκπεσὼν δὲ τῆς Βοιωτίας ἐκυνηγέτει τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσει. χρησθέντος δὲ αὐτῷ κατοικεῖν ἐν ᾧπερ ἂν τόπῳ ὑπὸ ζώων ἀγρίων ξενισθῇ, πολλὴν χώραν διελθὼν ἐνέτυχε λύκοις προβάτων μοίρας νεμομένοις, οἱ δὲ θεωρήσαντες αὐτὸν ἃ διηρροῦντο ἀπολιπόντες ἔφυγον. Ἀθάμας δὲ κτίσας τὴν χώραν Ἀθαμαντίαν ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσε, καὶ γήμας Θεμιστὼ τὴν Τῴδος ἐγέννησε Λεύκωνα, Ἐρύθριον, Σχοινέα, Πτῶον.* cf. Aeschyl. Athamant. Ovid. Met. IV, 416. sq. Quorum suspicio egregie confirmatur fragmento IV, quo aliquis uxore et liberis domoque privatus dicitur. Talis enim Athamas post factam alterius uxoris (Inonis) liberorumque iacturam dicendus erat. Non minus bene ad hanc fabulam Welcker referri ait fgm. II, quippe quo venatio insanientis Athamantis significetur. Quae coniectura si vera est, fragmenta II, III, IV ad hanc, fgm. I vero ad alteram Athamantem referendum esse intelligitur. De reliquis nihil constat. Ad hanc quoque tragoediam Welck. respici dicit a Cicerone (Harusp. respons. 18.) his verbis: *„non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exsultatio Athamantis et quam somnium matricidarum“* et ab Horatio (A. P. 123.) haec scribente: *sit Medea ferox invictaque, flebilis Ino.* Ad eandem praeterea refert *vestem lugubrem*, quam Nonnus (Dionys. IX, 254.) commemorat, et *Ἰνοῦς ἄχη καὶ φυγαί τινες*, quorum mentionem Aristides (Or. III. p. 42. Dindf.) fecit; atque illud maxime inter Aeschyli et Sophoclis Inonem intercessisse arbitratur, quod Sophocles eam non tam atrocem et horrorem spectatoribus iniicientem, quam ille, introduxerit, sed moribus, quales mulierem decerent, exornaverit et sensus vi insignem finxerit. — Quomodo autem Sophocles singula instituerit in tanta fragmentorum penuria explorari non magis potest, quam annus quo fabula scenae commissa sit.

I. (1.)

Hesych. *Καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι, μέμψασθαι. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι α'.*

II. (2.)

Hesych. *Ἔρκεσι· δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι β'.* cf. Etym. M. p. 375, 21. fgm. 406.

III. (3.)

Hesych. *Ἔψια· ὁμιλία. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι β'.* **cf. Etym. M. p. 406, 8. Suid. v.** *ἐψία, ἡ ὁμιλία.* **ac deinceps:** *ἐψία· τὰ ἀπὸ λόγων παίγνια.* **Schol. Apoll. Rhod. 1, 459.** *ἐψιόωνται. παρὰ τὴν ἔψιαν, ἥ ἐστι διὰ λόγων παιδιά. οἷον ἐπεσία τις οὖσα. παρὰ τὸ ἔπος, διὸ καὶ ψιλοῦται. ὅτε δὲ δασύνεται, ἀντὶ τοῦ ἀκουλουθοῦσιν.*

IV. (4.)

Choerobosc. Dictat. in Theodos. Can. (in Bekk. An. p. 1304) p. 307, 15. ed. Gaisf. *ἐν δὲ τῇ συνθέσει, ἐπειδὴ γίνεται ἀρσενικοῦ γένους, ἀναδέχεται τὴν εἰς αιξ κατάληξιν, οἷον*

ὡς ὤν ἄπαις τε κἀγύναιξ κἀνέστιος.

παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀθάμαντι. — **Cod.** *καὶ ἀνέστιος.* — **Simillimus est Phrynichi com. locus ap. Polluc. III, 48.**

V. (5.)

Hesych. *Ἀγχήρης* **(vulgo** *ἀγχιρήνης* **et sic Phavorin.)·** *ὁ ἐγγύς. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι.* **cf. Etym. M. p. 15, 34.** *Ἀγχήρις* **(sic),** *ἐγγύς.* **Herm. ad Orph. p. 1076.**

VI. (6.)

Harpocr. p. 82, 10. ed. Bekk. *Ἔπιπλον — τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη ἔπιπλα λέγουσι, τὴν οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι* **(codd.** *Ἀκάμαντι).* **De voce** *ἔπιπλα* **cf. Pollux. On. X, 10. sq. Etym. M. p. 118, 39. sq. 363, 9.**

VII. (7.)

Hesych. *Ἐπιστίγματα* **(cod.** *ἐπιστήγματα),** *ἐπικελεύματα. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι.* **Vitiosam esse Hesychii scripturam iam Palmerius et Salmasius ante Ruhnkenium (ap. Valck. ad Theocr. p. 39.) perspexerant** *ἐπισίγματα* **corrigentes, quam correctionem nuper bene defendit Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1835. p. 963) haec scribens: „Hesychius substituit illam formam, quae ex vulgi ore postea in communem sermonem videtur recepta esse,** *ἐπιστίγματα.* **Iam Moeris p. 157 cavet, ne Atticus sermo barbara hac voce contaminetur:** *ἐπισίξας Ἀττικῶς, ἐπιστίξας Ἑλληνικῶς.* **Eodem revocandi est in verbis grammatici ap. Bekk. An. Gr. p. 252, 23.** *Ἐπίσιστον· τὸ συρίζοντας ἐποτρύνειν καὶ ἐπισπέρχειν* **(cod.** *ἐπιστείχειν)* **Ruhnkenio auctore quod corrigendum esset in** *ἐπιστίζειν) τοὺς κύνας ἐπὶ τὰ ἔργα ἐν τοῖς κυνηγεσίοις ἐπίσιστον* **(corrige** *ἐπισίζειν) καλοῦσιν.* **Sic hac voce usus est Aristoph. Vesp. 704." Addere poterat vir doctissimus Schol. Aristoph. Vesp. 704.** *Λυκόφρων καὶ οἱ περὶ Ἐρατοσθένην τὸ ἐπαφιέναι τὰς κύνας ἐπισίζειν· ἀπὸ τῆς ἐπιφθέγξεως οὖν ἐπισίζειν καὶ τὸ ἐπιρρύξαι ἐφορμῆσαι ὁμοίως τῇ φωνῇ.* **Polluc. V, 10.** *ἐπισίξαι* **(***οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὸ μετά τινος ἀσήμου φωνῆς ἐφεῖναι.***)**

VIII. (8.)

Hesych. Ἐχρωματίσθη. συνεχρώσθη. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. **cf. Suid.** ἐχρωματίσθη, χρῶμα ἐδέξατο.

IX. (9.)

Antiatticista Bekkeri p. 106, 33. Λευκὴν ἡμέραν· τὴν ἀγαθήν. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. **cf. Hesych. Phot. p. 217, 5.** λευκὴ ἡμέρα, ἡ ἀγαθὴ καὶ ἐπ' εὐφροσύνῃ. Εὔπολις Κόλαξι. **Similiter locutus est Aesch. Agam. 654. cf. Boeckh. ad Pind. p. 272. Meinek. ad Menand. p. 107.**

Praeterea ad alteramutram Athamantem referri possunt hic loci: X. Athenag. Leg. pro Christ. c. 56. (p. 307. ed Hag. Comit. 1742.)

Ἰνὼ δὲ μετὰ τὴν μανίαν — — θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι

πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον

καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς

σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

de quo loco ad Inonem Euripidis (p. 217.) verba fecimus.

XI. Hesych. v. ἄλντον. **cf. fgm. 442.**

XII. Hesych. v. βρυαξούσης λεαίνης. **cf. Aesch. fgm. 4.**

ΑΙΑΣ ΑΟΚΡΟΣ.

Fatorum Aiacis Locri nullum tragoediae praebere aptum argumentum potuisse egregie perspexit Welcker (Trag. Gr. p. 160 sq.), nisi quod ex Arctini Excidio Ilii Proclus memoriae tradiderit his verbis: Κασσάνδραν δὲ Αἴας Ὀϊλέως πρὸς βίαν ἀποσπῶν συνεφέλκεται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ξόανον. ἐφ' ᾧ παροξυνθέντες οἱ Ἕλληνες καταλεῦσαι βούλονται τὸν Αἴαντα. Ὁ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς βωμὸν καταφεύγει καὶ διασώζεται ἐκ τοῦ ἐπικειμένου κινδύνου. **Quod argumentum a posterioribus ita immutatum est, ut pro fuga Aiacis ad Minervae aram eum in Achaeorum iudicium vocatum et, quum iureiurando se liberasset, absolutum esse referrent. Nam hoc eo probabile fit, quod res ita expressa conspiciebatur picturis Polygnoti in Lesche Delphica et Poecile Atheniensi teste Paus. X, 26, 3. (de dextra Lesches parte haec dicente:)** καὶ Ὀδυσσεύς τέ ἐστιν ἐνδεδυκὼς θώρακα. Αἴας δὲ ὁ Οἰλέως ἔχων ἀσπίδα βωμῷ προσέστηκεν ὀμνύμενος ὑπὲρ τοῦ ἐς Κασσάνδραν τολμήματος. ἡ δὲ κάθηταί τε ἡ Κασσάνδρα καὶ τὸ ἄγαλμα ἔχει τῆς Ἀθηνᾶς, εἶγε δὴ ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων τὸ ξόανον ὅτε ἀπὸ τῆς ἑκαίας αὐτὴν ὁ Αἴας ἁφείλκε. γεγραμμένοι δὲ καὶ οἱ παῖδές εἰσιν οἱ Ἀτρέως, ἐπικείμενοι καὶ οὗτοι κράνη. Μενελάῳ δὲ ἀσπίδα ἔχοντι δράκων ἐπὶ τῇ ἀσπίδι ἐστὶν εἰ-

γασμένος τοῦ ἐν Αὐλίδι φανέντος ἐπὶ τοῖς ἱερείοις τέρατος ἕνεκα. ἐπὶ τούτοις τὸν Αἴαντα ἐξορκοῦσι. Id. X, 31, 2. (de sinistra Lesches parte agens scribit:) ἐς δὲ τὸ αὐτὸ ἐπίτηδες τοῦ Ὀδυσσέως τοὺς ἐχθροὺς ἤγαγεν ὁ Πολύγνωτος. Ἀφίκετο δὲ ἐς Ὀδυσσέως δυσμένειαν ὁ τοῦ Οἰλέως Αἴας, ὅτι τοῖς Ἕλλησιν Ὀδυσσεὺς παρῄνει καταλιθῶσαι τὸν Αἴαντα ἐπὶ τῷ ἐς Κασσάνδραν τολμήματι. Id. I, 15, 2. fin. (Poecilen describens haec habet:) Ἐπὶ δὲ ταῖς Ἀμαζόσιν Ἕλληνές εἰσιν ἡρηκότες Ἴλιον καὶ οἱ βασιλεῖς ἠθροισμένοι διὰ τὸ Αἴαντος ἐς Κασσάνδραν τόλμημα. καὶ αὐτὸν ἡ γραφὴ τὸν Αἴαντα ἔχει καὶ γυναῖκας τῶν αἰχμαλώτων ἄλλας τε καὶ Κασσάνδραν.

At fuerunt, qui Aiacem non modo propter illud scelus, sed propterea etiam accusatum esse dicerent, quod Cassandram in templo vitiasset. Cuius rei nec apud artifices nec apud antiquiores scriptores ullum reperitur vestigium: atque tale additamentum a tragoediae Sophocleae natura alienissimum esse verissime monuit Welcker p. 164, primum omnium, qui Cassandrae stuprum narraverint, dicens videri Callimachum (ap. Schol. Il. XIII, 66.) fuisse, quem secuti sint posteriores, v. c. Plut. de ser. num. vind. 12. p. 557. Quint. Smyrn. Posthom. XIII, 422. Tryphiod. 647. Serv. ad Aen. I, 41. Tzetz. ad Lyc. 365. Minus recte autem idem vir doctissimus Aiacis mortem in hac fabula locum habuisse negavit: nam non video, qua ratione poeta spectatoribus, qui Aiacem periurio se liberasse sciebant, satisfacere potuerit, nisi quem in fabulae fine introduxit narrantem, quo modo Pallas de Aiace supplicium sumserit. Cuius rei vel apertum testimonium extat in Luciani (de saltat. c. 36. p. 295.) verbis: καθ' ἕκαστον γοῦν ἐκεῖ (sc. ἐν Ἰλίῳ) πεσόντων δρᾶμα τῇ σκηνῇ προκεῖται. — — καὶ πρὸ τούτων ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλὴ καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ καὶ ἡ Αἴαντος μανία καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια. Quum praeter Sophoclem poeta nullus Aiacem Locrum in scenam induxerit, Lucianum *hanc* fabulam respexisse necesse est: qui, quemadmodum reliquarum (Sophoclis) fabularum, Palamedis, Nauplii, Aiacis argumenta paucis comprehendit, ita huius dramatis summam verbis ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια significavit. Eundem Aiacis interitum commemorant Hygin. fab. CXVI, Hom. Od. IV, 499. Callimachus l. c., alii, quamquam *cum reliquis Graecis* Aiacem ad saxa Capharea naufragium fecisse tradunt. At hoc a Sophoclis fabula alienum puto, quippe cuius tantummodo interesset, ut periurus supplicio afficeretur. Itaque Aiacem, postquam absolutus erat, statim profectum esse, Minervae ira autem obisse, eiusque interitum fortassis a dea ipsa relatum vel certe praedictum esse suspicor. — Ceterum neque quomodo singula instituerit Sophocles neque quo anno tragoedia acta sit, explorari potest: ne enim fallatur caveat, qui propter fgm. I. IV. Aristophanem in Avibus (Ol. XCI, 3) vel in Thesmophoriazusis (Ol. XCII, 1.) ad hanc fabulam respexisse censeat.

I. (10.)

Stob. XLVIII, 5 c. lem. *Εὐριπίδου.*

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

Ut Stobaeus, ita Antisthenes (ap. schol. Aristoph. l. infra c.), Plato

(de Rep. VIII. p. 568. A. Theag. p. 125. D.) Euripidi hunc versum tribuunt, quem e Sophoclis Aiace Locro petitum esse testantur Aristid. II. p. 288, 2. Dindf. *οὐδέ γε Εὐριπίδου φήσομεν οἶμαι τὸ λαμβεῖον εἶναι τὸ σοφοὶ τύραννοι κτλ.*" *οὐδ' εἴ τις οὕτω τῶν σοφῶν εἴρηκεν. ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος Σοφοκλέους, Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ.* Zenob. V, 98. *σοφοὶ τύραννοι κτλ. τοῦτο Σοφοκλέους ἐστὶν ἐξ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. Πλάτων δὲ Εὐριπίδου φησὶν εἶναι τὸ λαμβεῖον. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· συμπίπτουσι γὰρ ἀλλήλοις οἱ ποιηταί.* Schol. Aristoph. Thesm. 21. *οἷόν τέ* (*γέ* Fritzsch. confirmatum lemmate ap. schol. infra.) *πού 'στιν* (*τοὐστὶν* Fritsch.) *αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι· διὰ τούτου ὑπονοεῖ Εὐριπίδου ἐκεῖνο τὸ „σοφοὶ τύραννοι κτλ.“ ἔστι δὲ Σοφοκλέους ἐξ Αἴαντος Λοκροῦ. ἢ οὖν ἐπίτηδες, ἵνα καὶ τοὺς ἄλλους ἐξαπατήσῃ, ἢ συνέμπτωσις Σοφοκλεῖ καὶ Εὐριπίδῃ ἐγένετο. — οἷόν γέ πού 'στιν αἱ σοφαί· καὶ διὰ τούτου φαίνεται ὑπονοῶν Εὐριπίδου εἶναι τὸ „σοφοὶ τύραννοι κτλ.“ ἔστι δὲ Σοφοκλέους ἐξ Αἴαντος Λοκροῦ. ἐνταῦθα μέντοι ὑπονοεῖ μόνον, ἐν δὲ τοῖς Ἥρωσιν ἄντικρυς ἀποφαίνεται. καὶ Ἀντισθένης καὶ Πλάτων Εὐριπίδου αὐτὸ εἶναι ἡγοῦνται, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅτι καθόντες. ἔοικε δὲ ἤτοι πεπλανημένος [ἢ] συνεξαπατῆσαι τοὺς ἄλλους, ἢ* (inseruit Schneid.) *ὥσπερ ὑπονοοῦσί τινες συμπτώσεις* (*σύμπτωσις* vel *συνέμπτωσις γενέσθαι*) *τῷ τε Σοφοκλεῖ καὶ τῷ Εὐριπίδῃ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ ἄλλων τινῶν. τὸ μέντοι δρᾶμα ἐν ᾧ Εὐριπίδης ταῦτα εἶπεν, οὐ σώζεται.* Gell. XIII, 18, 1. *Versus est notae vetustatis σοφοὶ τύρανοι κτλ. Eum versum Plato in Theaeteto Euripidi esse dicit, quod quidem nos admodum miramur, nam scriptum eum legimus in tragoedia Sophoclis quae inscripta est Αἴας ὁ Λοκρός. Prior autem natus fuit Sophocles quam Euripides.* Adde Liban. Epist. XXXIII. Themist. or. XVI. rem in medio relinquentem (*Εὐριπίδης ἢ ὅστις δή ποτέ ἐστιν ὁ ποιήσας.*) Sine auctoris nomine eum attulit Macar. VII, 76. p. 209. ed. Leutsch. Acta agerem, si, quod Brunekius iam perspexit et post multos alios Fritzschius ad Aristoph. Thesm. 21. nuper copiose exposuit, multis ostendere vellem, versum *σοφοὶ τύραννοι κτλ.* e Sophoclis Aiace Locro fluxisse: satis est monuisse, scriptores, qui eum Sophocli assignarunt, vix ausos esse tam confidenter Platonis auctoritati oppugnare, nisi Sophoclis fabulam ante oculos habuissent. Utrum vero Euripides eodem versu alicubi usus sit an simili, quem cum illo commutarint ii, qui Euripidi Sophocleum versum vindicarunt, de ea re quaerere a proposito nostro alienum est. Haud dissimilis etiam est ex Rheso vs. 206. *σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.* Sophoclis locum Welcker aptissime Ulixi tribuit.

II. (11.)*

Zenob. Proverb. VI, 14. *Τί σοι ὁ Ἀπόλλων κεκιθάρικεν; τὸ κεκιθάρικεν οἷον ἐμαντεύσατο, ὥς φησιν Αἰσχύλος Αἴαντι Λοκρῷ.* Quum praeter Zenobium nemo Aeschyli Aiacem Locrum citaverit nec eius dramatis in catalogo fabularum Aeschylearum mentio facta sit, contra saepius laudetur Sophoclis Aiax Locrus, praetereaque Aeschyli et Sophoclis, (cf. Welck. p. 165. not. 2. Etym. M. p. 762, 28. Gaisf.) Sophoclis et Euripidis (cf. Fragm. 181. 545. Eur. Fragm. 559. Pors. Adv. p. 211. 215. 267. Schaef. ad Greg. Cor. p. 66. 150.

Welck. Trag. Gr. p. 384.) nomina saepe confusa sint, Dinderfius hunc locum ad Sophocleam fabulam rettulit probante Welckero, qui Aiacis Locri historiam etiam propter rationem, quae inter Troica Aeschyli dramata et veterem epicam poesim est, ab Aeschylo abiudicat et verba ab Aiace Cassandrae dicta esse ait, cui responderit Cassandra sequ. fragm.

III. (12.)

Schol. ad. Eur. Alc. 453. *καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ.*

καὶ πεζὰ καὶ φορμικτά.

καὶ πεζαὶ δέ τινες ἑταῖραι λέγονται, αἳ χωρὶς ὀργάνου εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσι. Sic locum restituit Porso Adv. p. 299. quum ante legeretur *πεξὰ* et *πεξαί*. De voce *πεξὸς* cf. Phot. p. 404, 23. *πεζῇ. τὸ τοῖς ποσὶν ἐλθεῖν λέγουσιν· καὶ πεζῇ φράσαι, τὸ ἄνευ μελῶν· παῦσαι μελῳδοῦσ'. ἀλλὰ πεζῇ μοι φράσον, ὁ Κωμικός. τὰς ἑταίρας τὰς μὴ μουσικὰς, ἀλλ' ἄνευ ὀργάνων καὶ ψιλὰς πεζὰς καλοῦσιν.* p. 405, 17. *πεζῷ γόῳ (λόγῳ?)· ἄνευ αὐλοῦ ἢ λύρας. ὡς καὶ πεζαὶ ἑταῖραι, αἱ χωρὶς ὀργάνων μισθαρνοῦσαι.*

IV. (13.)

Schol. ad Aristoph. Av. 934. (quem expilavit Suid. v. *σπολάς.*) *σὺ μέντοι σπολάδα· Πρὸς τὴν σπολάδα, ὅτι διφθέρα ὁποιαοῦν. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ.*

κατασττίκτου κυνὸς
σπολὰς Λίβυσσα, παρδαληφόρον δέρος.

Καλλίστρατος δὲ, οἷον ἔφαπτον δερμάτινον. Εὐφρόνιος δὲ, χιτῶνα δερμάτινον. παρήχθη δὲ ἴσως ἐκ τοῦ ἐπιφέρεσθαι, οὐκ ἐξὸν ἐνεξῶσθαι διφθέραν. τὸ δὲ Σοφόκλειον ἐπὶ τοῦ δέρματος εἴρηται τοῦ κεκραμένου πρὸς τῇ τοῦ Ἀντήνορος οἰκίᾳ. Poll. VII, 70. *σπολὰς δὲ θώρακ ἐκ δέρματος, κατὰ τοὺς ὤμους ἐφαπτόμενος, ὡς Ξενοφῶν ἔφη „καὶ σπολὰς ἀντὶ τοῦ θώρακος.“ Σοφοκλῆς δ' αὐτὴν Λίβυσσαν ὀνομάζει. „σπολὰς Λίβυσσα, παρδαλῆφορον δέρος.“* Phot. p. 531, 17. *σπολάς — δερμάτιον ἐφαπτῶδες, πρὸς τὰς ἐν πολέμῳ μαχὰς χρήσιμον.* — Verba e Cassandrae oratione fluxisse videntur, qua, quum Aiacem accusaret, Ilii eversionem descripsit. Nam *παρδαληφόρον* illud *δέρος* Antenoris aedibus affixum, ad quod Soph. scholiasta teste respexit, signum erat Graecis, ut ei parcerent. cf. Strab. XIII, 1. 53. p. 607. sq. Quint. Smyrn. XIII, 291. Tryphiod. 656. Quapropter ad hanc fabulam Heynius, Jacobsius (Tzetz. Antehom. 743) et Ahrens commemoratum Strabonis locum rettulerunt, quem ad Antenoridas integrum exhibuimus.

V. (14.)

Stob. Eclog. Phys. I, 3, 48. p. 130. Heer. (p. 49. ed. Gaisf.) e. lem. *Σοφοκλέους* (*Αἴαντι* margo Canteri).

Εἰ δεῖν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.
Λίκας δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον φάος.

Priorem vs. e Sophocle etiam Theophil. ad Autol. II, 54. p. 258. affert, alterum, ut cum illo conspiraret et cohaereret, Grotius, Brunck. et Blomf. in Mus. crit. Cant. I. p. 141. sic immutarunt: *Αἴκης γὰρ ἐξέλαμψε νῦν* (rectius *ἐξέλαμψέ νυν*)· *ὅσιον φάος*, male, nam versum esse dim. dochmiacum, qui cum antecedente nullo modo coniunctus fuerit, dudum monuit Seidl. de vers. dochm. p. 22, not. Prior haud inepte Ulixi Aiacem obiurganti tribuatur, alter, si quidem Sophoclis et ex hac fabula ductus est, in chori cantico locum habuerit. Ad vs. 1. cf. Eur. Or. 407: *οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους* Aesch. fgm. 313. Soph. fgm. 223.

VI. (15.)

Stob. Ecl. Phys. I, 3, 37. p. 124. Heer. (p. 47. ed. Gaisf.) *Σοφοκλέους Αἴαντι.*

Τὸ χρύσεον δὲ τᾶς Δίκας
δέδορκεν ὄμμα, τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

Ad hunc locum respexisse videtur Aristox. ap. Athen. XII. p. 546. B. haec scribens: *πολεμούντων οὖν τῶν νομοθετῶν τῷ τῆς πλεονεξίας γένει πρῶτον μὲν ὁ περὶ τὴν δικαιοσύνην ἔπαινος ηὐξήθη, καὶ πού τις καὶ ποιητὴς ἐφθέγξατο „Δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον.“ καὶ πάλιν „τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας.“ ἀπεθεώθη δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς Δίκης ὄνομα.* Verba *Δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον* quum ex Euripidis Menalippa (fgm. 489.) petita sint, Meinekius (Exerc. Philol. in Athen. II. p. 24) etiam verba *τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας* propter praecedentia *καὶ πάλιν* Euripidis esse contendit. Cui iure obloquutus est Schneidewinus (Philolog. III. p. 124.), sed quod idem propter dorismum, (qui facile tamen removeri potest,) versus florilegorum errore in solitum metrum adactos et in hunc modum

τὸ δὲ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας
δέδορκεν ἀεί, τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

restituendos esse dicit, ut e chori carmine fluxerint, id admodum dubium mihi videtur.

VII. (16.)

Stob. XCVIII, 48. c. l. *Σοφοκλῆς Αἴαντι.*

Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον.

Similes sunt loci Aiac. 126. fgm. 712. cf. Boeck. Expl. Pind. p. 320.

VIII. (17.) *

Schol. Aesch. *π. παραπρεσβ.* § 121. 1. (p. 246. Bekk.) *Τπομερίζων καὶ διαβάλλων, ὡς Σοφοκλῆς Αἴαντι φάσκει δατούμενος· τὸ γὰρ αὐτὸ δύναται.* Quum in Aiace flagellifero nihil eiusmodi repetiatur, locum ad Aiacem Locrum referendum esse monuit Schneidewin. Coniect. crit. p. 102, nisi forte scholiastes erraverit respecto loco Trachin. 791. *τὸ δυσπάρευνον λέκτρον ἐνδατούμενος σοῦ τῆς*

νης κτλ. cf. Schol. ad OT. 205. ἐνδατούμενος·) λοιδορῶν, μεμφόμενος, κατὰ μέρος τῶν λεγομένων ἀνακαλῶν. ἐνδατεῖσθαι γὰρ τὸ μερίσασθαι. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν δαινυμένων. Hesych. ἐνδατεῖται· ἀπομερίζει. Quibus locis consideratis sane scholiastam erravisse credibilius est.

IX. (18.)

Antiatt. Bekkeri p. 97, 4. Ἑλλὰς, ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Cf. Eur. Phoen. 1513. sq. τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος ἢ τῶν προπάροιθ' εὐγενετᾶν ἔτλα κτλ.

De loco Stobaei CXIV, 6. a Brunckio et Dindorfio ad hanc fabulam relato vide infra fgm. 537.

A I Γ E Y Σ.

Aegei argumentum Casaubonus et Heynius iis contineri censent, quae tradunt Plut. vit. Thes. c. 3, 7. et Apollod. III, 15, 6. „Aegeo, sobolem desideranti Pythiam oraculum edidisse, quo praeceperit, ne ullam prius mulierem attingeret, quam Athenas appulisset. Sed quum id non satis perspicue dictum ei videretur, Troezenem profectus cum Pittheo communicavit Apollinis sortes, qui iis bene perspectis Aegeum sive persuadendo sive dolo adduxit, ut cum Aethra concumberet. Ille, ubi comperit, se cum Pitthei filia concubuisse, eamque gravidam esse factam suspicatus ensem ibi reliquit et calceos in cavo sub ingenti abditos saxo. Id soli Aethrae quum indicasset praecepissetque, si filium ex se edidisset, isque adultus saxum tollere et auferre relicta posset, ut eum ad se clam cum depositis mitteret (— formidabat enim Pallantidas, qui insidias ipsi struebant et propter orbitatem despiciebant —), discessit.“ Rectissime autem monuit Welcker (p. 394), ea quidem in tragoedia commemorari, nulla tamen ratione efficere tragoediae argumentum potuisse. Simulque de inventendo vero fabulae argumento desperavit, obstare dicens, quominus a Sophocle eandem historiam, quae ab Euripide in Aegeo (cf. Eurip. Fragm. p. 9. sq.) exhibita sit, tractatam esse statuatur, quod Medea etiam in tribus aliis Sophoclis fabulis introducta sit. Sed vereor, ut haec ratio cuiquam probetur; neque Aegei fata mihi reputanti quidquam occurrit, quod tragoediae conveniat, nisi historia ab Euripide l. c. in scena repraesentata. Recte igitur Ahrens fecisse mihi videtur, quod idem argumentum in Sophoclis fabula expressum eamque a *Theseo*, quae semel tantum citatur (fgm. 26.), non diversam fuisse coniecit. At neque qua in re uterque poeta discesserit neque quo anno fabula scenae commissa sit cognosci potest.

I. (19.)

Strabo IX. p. 392. *Τὴν δ' εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν. Φησὶ δ' ὁ Αἰγεὺς ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀπελθεῖν εἰς ἀκτὰς τῆσδε γῆς πρεσβεῖα νείμας, ... α Λύκῳ* (sic Cramer, vulgo *τὸ δὲ Λύκῳ*)

τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων·
Νίσῳ δὲ τὴν ὅμαυλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς· τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
εἴληχε Πάλλας.

Brunckius in Strabonis verbis duos alios versus latere suspicatus est, quos in hunc modum constituit et illis praemisit:

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν (leg. *ἀκτὰς*) *ἐμοὶ*
πρεσβεῖα νείμας τῆσδε γῆς· τῷ δ' αὖ Λύκῳ

et vs. 3. *νέμειν* **scripsit, quo minime opus est. De divisione Atticae inter Pandionis filios cf. Apollod. l. c. Schol. Aristoph. Vesp. 1223. Vs. 2. vulgo edebatur** *ὅμαυδον*, **quod Dindorfius in** *ὅμαυλον* **mutandum esse coniecit: quae coniectura codice Vat. 2. Crameri et Paris. A., in quo a secunda manu** *λον* **supra** *δον* **scriptum est, confirmatur.**

II. (19.)

Athen. III, p. 122. F. *Τὸ δὲ Ταύρειον ὕδωρ ὠνόμασεν Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ* (codd. *ἐν γαι*) *ἀπὸ τοῦ περὶ Τροιζῆνα ποταμοῦ Ταύρου, παρ' ᾗ καὶ κρήνη τις Τόεσσα καλεῖται.* **Eadem fere omisso fabulae nomine habet Eustath. ad Il. λ'. p. 881, 22. Hinc corruptum Hesychii locum:** *Ταύρειον πόμα· ἀπὸ αἰγειταύρου ποταμοῦ Σοφοκλῆς Τροιζῆνα παρὰ καὶ κτήνη Τόεσσα.* **sic restituit Casaubonus:** *Ταύρειον πόρα· Σοφοκλῆς (ἐν) Αἰγεῖ· ἀπὸ Ταύρου ποταμοῦ περὶ Τροιζῆνα, παρ' ᾗ καὶ κρήνη Τόεσσα.* **Brunckius male huc rettulit fgm. 180. verbis** *αἷμα ταύρου* **inconsulte in** *πῶμα ταύριον* **mutatis. — Apte Ahrens hoc et sequentia fragmenta ad narrationem refert, qua Theseus iter suum et pericula in eo superata descripserit.**

III. (21.)

Pollux. X, 160. *καὶ κέστρα δὲ σφύρας τι εἶδος σιδηρᾶς, ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς*

κέστρᾳ σιδηρᾶ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
ἤλαυνε παίων.

Vs. 2. legebatur olim *ἁλοῆσαι πλεῖον*, **quod Brunckius in** *πλέον ἁλοῆσαι*, **Casaub. et Bentl. in** *ἤλαυνε παίων* **mutarunt, quam scripturam etiam Bekker in editione Pollucis exhibuit, sed utrum eam viris doctis an codicibus debeat non dixit.**

IV. (22.)

Steph. Byz. v. *Χώρα.* — *ἢ ἀπὸ τοῦ χώρα χωρίτης, ὡς ἀπὸ τοῦ ἕδρα ἐδρίτης, ἐσπέρα ἐσπερίτης. Σοφοκλῆς Αἰγεῖ*

ἐκλύομεν· οὐκ ἔγωγε χωρίτην γ' ὁρῶ.

καὶ (fgm. 217.) — **Codd. Palat. et Voss.** praebent *ἐκλύομεν*, **Ald.** *ἐκλυομένῳ*, **Rhediger.** *ἐκλύωμεν*, ex quo **Meinekius** haud male coniicit fuisse: „*κλύω* (vel *ἔκλυον*) *μὲν οὐκ ἔγωγε, χωρίτην δ' ὁρῶ.* nimirum dixerat aliquis se strepitum et clamorem hominum audivisse, tum alter audivisse quidem se nihil respondet, at accedentem videre indigenam." — De voce *χωρίτης* cf. Aesch. Eum. 988.

V. (23.)

Schol. Pind. Pyth. II, 62. *Πειρατὰς, τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν· κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας· παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν Εὐριπίδης* (fgm. 253.) *καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ*

Πῶς δὴ ὁδουρὸν οἷος ἐξέβης λαθών;

Legebatur *ὅμοιος ἐξέβης*, quod correxit **Valck. ad Ammon. p. 194.**

VI. (24.)

Prolegg. ad Pind. Isthm. *Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα οἱ μὲν ἐπὶ Σίνιδι τῷ Προκρούστῃ διαθεῖναί φασι τὸν Θησέα, ἀνελόντα αὐτὸν ὅτε περ καὶ τοὺς ἄλλους, ὥς φησι Σοφοκλῆς, λέγων περὶ αὐτοῦ·*

ὃς παρακτίαν
στείχων ἀνημέρωσα κνωδάλων ὁδόν.

Brunckio auctore haec verba ad Theseum fabulam referebantur, quamvis ea fundamento non admodum firmo (fragm. VIII.) niteretur; Welcker autem ea ad Phaedram rettulit, propter Eur. Hippol. 980. sq. At haud scio an multo aptiorem in hac fabula habuerint locum.

VII. (25.)

Schol. Hom. Od. η'. 106. *φύλλα δὲ ἤτοι διὰ τὸ πλῆθος, ἢ διὰ τὸ εὐκίνητον τῶν χειρῶν ἐν τῷ στρέφειν τὴν κρόκην, ὡς καὶ τὰ φύλλα τῆς αἰγείρου ἀντεστραμμένα ἀλλήλοις καὶ εὐκίνητα ῥᾳδίως καὶ ὑπὸ τυχούσης αὔρας, ὡς Σοφοκλῆς ἐναργῶς* (alius schol. *ἐν Ἄργει*, unde **Brunck.** probabiliter *ἐν Αἰγεῖ*)·

Ὥσπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς,
κἂν ἄλλο μηδὲν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κινήσῃς, αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν.

Vs. 1. erat *εὐφύλλοισιν*, **quod Barnes. emendavit. Vs. 3. Brunckius dedit:** *κινεῖτ' ἐν αὔραις κἀνακ.* **Guil. Schneider:** *κίνησις αὔραισιν ἀνακουφίζει πτερόν* **vel** *πτερῶν.* **Ahrens:** *αὔραισι κινεῖ κἀνακ.* **Bergkius (Ind. Lectt. Marburg. 184 3/4. p. III.)** *κίνησις αὔρας κἀνακουφίζει πτε-*

ρόν h. e. κίνησις ἄνρας ἐστίν, ut sententia sit: *nam sicut in populi foliis, si nihil aliud, certe cacumen vento movetur (sive venti est ludibrium) atque comas tollit.* Durissima, quae hac correctione exoritur, constructio excusari mihi non videtur iis, quae vir doctissimus addidit, „constructionem, ut in comparationibus fieri soleat (?), paulo liberiorem, κίνησις ἄνρας autem fere eodem modo dictum esse, quo apud Aeschylum in Prometheo (157): νῦν δ' ἀιθέριον κίνυγμ' ὁ τάλας ἐχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα." Itaque nescio an scribere praestet: δίναισιν ἄνρας ἂν ἀνακουφίζοι πτερόν. nam quod olim in mentem mihi venerat: κίνησις ἄνρας ἂν ἀνακουφίζοι πτερόν. nunc minus placet.

VIII. (26.)

Suid. et Phot. p. 342, 11. Ὄμπνιον νέφος· μέγα, πολύ, ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ. Apud Photium est ὄπνιον, sed rectius p. 335, 9. ὀμπνίου νέφους, μεγίστου. De voce ὄμπνιος vide quae disputavimus ad Moschionis fgm. 9. vs. 10. (Poet. trag. fragm.. Vol. III. p. 158.) — Welcker hoc fragmentum, quum Theseus etiam in *Phaedra* in scenam processerit, in Phaedram intulit personae nomen pro fabulae titulo citatum est arbitratus; sed non tantae Thesei partes in isto dramate esse potuerunt, ut eum pro fabulae nomine appellatum esse credibile sit.

IX. (27.)

Hesych. Ἀρύθμων, ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς αἰγί (sic codex). Musurus *Αἰγίσθω*, quod Brunckius recepit. Sed rectius Dindorfius aut *Αἰγεῖ* aut *Αἰθίοψι* corrigendum esse monuit.

ΑΙΘΙΟΠΕΣ = ΜΕΜΝΩΝ.

Aethiopum quale fuerit argumentum, neque ex fragmentis neque aliunde certo concludi potest. Probabiliter vero e titulo coniicias Memnonis, Aethiopum regis, historiam, quam Aeschylus in Memnone et Psychostasia repraesentaverat, a Sophocle esse tractatam. In qua sententia primus, quod sciam, Heynius (ad Apollod. p. 301. ad Virg. Aen. I. Exc. 19.) fuit, quum Sophoclis *Memnonem*, cuius mentionem fecit auctor argum. Aiac. his verbis: Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστι πραγματείας, ὥσπερ οἱ Ἀντηνορίδαι καὶ Αἰχμαλωτίδες καὶ Ἑλένης ἁρπαγὴ καὶ Μέμνων (cod. E. Ἀγαμέμνων.), ab *Aethiopibus* non differre diceret Welckero aliisque viris doctis consentientibus. Vix dubitari quidem potest, quin Sophocles in permultis ab Aeschylo recesserit: sed quae illa sint haud facile explores. Huc tamen referendum esse videtur, quod Strabo (XV. p. 728. cf. Aesch. fragm. 126.) Memnonis matrem ab Aeschyló mulierem *Cissiam* dictam esse narrat, in

cujus versibus Aeschyli loco Sophoclis nomen substituendum esse videar. Nam Aeschylum vulgari opinioni obsecutum Memnonis matrem Auroram vocasse cum ex veterum scriptorum testimoniis tum ex antiquae artis monumentis liquet. Vid. Aesch. fragm. p. 129.

I. (28.)

Athen. III. p. 122. B. *Κηφισόδωρος γοῦν ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀριστοτέλην λέγει ὅτι εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἢ καὶ σοφιστῶν ἓν ἢ δύο γοῦν πονηρῶς εἰρημένα, οἷα παρὰ — — Εὐριπίδῃ* (Hipp. 612.) *τε τὸ τὴν γλῶτταν ὀμωμοκέναι φάναι, καὶ Σοφοκλεῖ τὸ ἐν Αἰθίοψιν εἰρημένον*

Τοιαῦτά τοί σοι πρὸς χάριν τε κοὐ βίᾳ
λέγω· σὺ δ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ σοφοὶ, τὰ μὲν
δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου.

καὶ ἀλλαχοῦ (El. 61.) *δ' ὁ αὐτὸς ἔφη μηδὲν εἶναι ῥῆμα σὺν κέρδει πρόν.* Hinc sumsit Eustath. p. 752, 32. — Vs. 1. Brunckius, quum vitiosam librorum scripturam *τοῖσι* ante oculos haberet, dedit: *τοιαῦτα τοίνυν*. Veram autem scripturam *τοί σοι* coniectura restituit Porso Adv. p. 68, quae postea optimo cod. Ven. confirmata est. — Vs. 3. Ad sententiam similia sunt Electr. 60. sq. fgm. 335. 745.

II. (29.)

Phot. p. 22, 15. *Ἐσφηκωμένον· ἐσφιγμένον· ἀπὸ τῶν σφηκῶν· οἱ κατὰ μέσον εἰσὶν ἐσφιγμένοι· ἔνθεν καὶ ὁ σφήν· Σοφοκλῆς Αἰθίοψι τοὺς ἐσφιγμένους μύρμηκας τῇ σαρκώσει*

τετράπτεροι γὰρ νῶτον ἐν δεσμώμασι
σφηκοὶ κελαινόρινες.

Ὅμηρος (Il. ρ', 52.) *χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.* Eadem leguntur in Etym. M. p. 385, 3. fabulae nomine omisso et male scripto *μελαινόρινες*. cf. Hesych. v. *σφηκοί, οὐ κεχυμένοι τῇ σαρκώσει, ἀλλὰ συνεσφιγμένοι.* Quae verba docent, nihil in Sophoclis versibus corrigendum esse, sed Photium paullulum diversa miscuisse. Lobeck. ad Phryn. p. 674.

III. (30.)

Hesych. v. *Ἄναρκτον· ἀνυπόστακτον, οὐ οὐδεὶς ἦρξε. Σοφ. Αἰθίοψι.* Haec habet etiam Suid. s. v. omisso autem Sophoclis loco. — Vocem eadem significatione adhibuit Aesch. Eum. 500.

IV. (31.)

Hesych. v. *Ἀνθοβοσκόν. ἀνθοτρόφον. Σοφ. Αἰθίοψι.*

V. (32.)

Hesych. v. *Ἀπιστεῖ, ἀπειθεῖ. Σοφ. Αἰθίοψι.* cf. Bekk. An. Gr.

p. 424, 32. Suid. s. v. *Ἀπιστεῖν* (*δοτικῇ* addit Suid.) *τὸ ἀπειθεῖν. λέγουσι δὲ καὶ ἀπιστίαν καὶ ἀπείθειαν.* Soph. Antig. 219. 377. 652. etc.

VI. (33.)

Phot. p. 346, 19. *Ὀρθόπτερον· Σοφ. Αἰθίοψιν· ὀρθοὺς ἔχοντα κολωνούς· τὰ γὰρ εἰς ὕψος ἀνέχοντα πτερὰ ἔλεγον*(.) *καὶ τὰ περίστεγα.* Quae si cum Hesych. v. *Ὀρθόπτερος, μεγάλους ὤμους ἔχουσα. πτερὰ γὰρ τὰ εἰς ὕψος ἀνέχοντα· ἢ μεγάλας ἔχουσα περιστόους οἰκοδομάς·* comparaveris, facile sive in Photii sive in Hesychii verbis aliquid corruptum esse fateberis. Nam in extremis uterque consentit, in prioribus mirum in modum dissentit. Vix autem intelligi potest, quomodo mulier magnis humeris praedita *ὀρθόπτερος* vocari potuerit; itaque mihi non dubium videtur, quin in Hesychii verbis *κολωνοὺς* pro *ὤμους* corrigendum sit, quamvis Ellendtius in Lex. Soph. s. v. Photium ex Hesychio emendandum esse opinetur. Est autem ad *ὀρθόπτερος*, ni fallor, *χώρα* vel simile quid subaudiendum, ut de regione arduis collibus tanquam ad coelum tendente sermo sit.

De alio fragmento fortassis huc referendo vide fgm. 27.

ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ.

Huius dramatis argumentum e Troica historia ductum fuisse docet auctor hypothesis Aiacis, cuius verba ad Aethiopes attulimus. Brunckius chorum in eo pariter atque in Euripidis Troadibus e Troianis mulieribus constitisse bene perspexit, male autem fabulam satyricam fuisse coniecit. Nam ut omittam, ab hypothesis Ai. auctore eam inter tragoedias enumerari, nec perspici potest, quid mulierum captivarum choro cum satyris commune esse potuerit, neque in fragmentis quidquam inest (nisi forte fgm. II huc referatur), quod Brunckii opinionem firmet. Quodsi vix dubitari potest, quin hoc drama tragoedia fuerit, tamen quid continuerit, a viris doctis ambigitur. Welcker (p. 172.) enim cum propter captivarum mulierum chorum tum propter fgm. III (collatum cum Eurip. Troad. 1136. sq.) a Sophocle in universum idem argumentum, quod ab Euripide in Troadibus expressum sit, tractatum esse dicit, eamque opinionem *Astyanactis* Attii, quippe quae fabula ad Sophocleae exemplar composita fuerit, reliquiis firmari censet. A cuius sententia longe recedunt Ad. Schoellius (de Tetral. Trag. Att. p. 231. sq.) et Th. Bergkius (Ind. lectt. Marburg 184¾. p. IV.). Uterque enim argumentum non ex Ilii Excidio, sed ex ipsa Iliade (lib. I.) ductum esse statuit, ex ipsis fgmtis consequi dicens, de Chryseidis

repetitione actum esse. Nam fgm. XXVIII commemorari Mynetem et Epistrophum, quos cum Briseide cognatos fuisse ex Il. II, 683. sq. appareat; et ad Chrysem sacerdotem ipsum pertinere fragm. VIII[4]) (cf. Hom. Il. I, 37.), VI, XIX, XXVI et XXVII, cuius nomen etiam restituendum esse videatur in fgm. XIII; ad Ulixem denique referenda esse fgm. I. II. et IX. (cf. Il. III, 191. Attii Philoct. fgm. 16. ed. Both.). Schoellius praeterea ab hac fabula *Chrysen* non diversum fuisse ait. Bergkius vero cogitari etiam de alio argumento posse non negat et suspicionem ipsi ortam affert, tragoediam armorum iudicium complexam esse: nam pertinuisse eam ad extrema belli Troiani tempora coniici posse ex hypothesi Aiacis. Chorum autem cur ex mulieribus captivis composuerit poeta, id ipsum ex cyclicis carminibus repetendum esse censet: nam secundum ea captivos suffragia tulisse, utri arma essent adiudicanda (cf. schol. Odyss. XI. 547.) et alio modo ad Troianas mulieres iudicium rettulisse parvae Iliadis auctorem teste Schol. Aristoph. Equ. 1053. At etiamsi e scholiastae Aristophanei verbis id, quod Bergkius voluit, sequeretur, tamen vereor, ut cuiquam persuadeat, de virorum, imprimis de Ulixis et Aiacis virtute in tragoedia a mulieribus iudicatum esse. Neque illud armorum iudicium, si quid video, quamquam locum in tragoedia habere, eius summam efficere poterat, nisi, sicut apud Aeschylum (vide eius *Ὅπλων κρίσιν*) fabula subsequebatur, qua tragicus illius iudicii exitus h. e. Aiacis mors continebatur. Altera autem Bergkii sententia quum fragmentis ipsis niti videatur, multo magis nobis arridet; sed quo speciosior est, eo cautiores esse debemus, ne in errorem inducamur. Verissima enim videntur, quae contra eam Welcker ipse (p. 1559. sq.) et Ahrens (p. 276.) disputarunt: itaque nescio an Sophoclem in hac fabula Astyanactis mortem tractasse probabilius sit. De conformatione tragoediae autem ne coniecturam quidem proferre ausim.

I. II. (34.)

Harpocr. p. 28, 13. Bekk. *ἀπομάττων. Σοφ. Αἰχμαλωτίσι*

στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις.

καὶ πάλιν

δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων συμφορῶν.

cf. Bekk. An. Gr. p. 431, 31. *ἀπομάγματα, τὰ ἀποκαθάρματα.* Deinceps: *ἀπομακταί, τὰ* (leg. *οἱ*) *αὐτὰ ταῦτα* (sc. *ἀπομάγματα*) *καθαίροντες.* Hesych. *ἀπομακτής, ὁ περικαθαρτής.* Id. *ἀπομάγματα, περιθειώματα.* Brunckius dedit: *δεινότατον ἀπομακτῆρα μ. σ.*

III. (35.)

Polluc. X, 190. *αὐτὸ δὲ τὸ πήλινον, ὁ περιείληφε τὰ πλασθέντα κή-*

---

[4]) Hunc versum, si quidem in eius fine Casaubonus recte *ἔχω* supplet, etiam Apollo in prologo vel in fine fabulae dicere poterat.

ρινα, ἃ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς προσφορὰν τήκεται καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐναπολείπεται, λίγδος καλεῖται· ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη ἐν Αἰχμαλώτοις

ἀσπὶς μὲν ἡμῖν λίγδος ὡς πυκνομματεῖ.

Sic dedit Bekker. In Pollucis verbis legebatur μίλιγδος, in Sophocleis ἠμίλιγδος, quae iam Leopardus et Hemsterhusius correxerant. In fine versus optimi libri praebent πυκνώματι, unde Kuehnius πύκν' ὀμματεῖ, Lobeckius (in Ellendtii Lex. Soph. II. p. 681.) πυκνομματεῖ effinxit. Ad hunc locum spectasse videtur Hesych. v. γλίδον χοάναι (h. e. λίγδοι, χοάναι), εἰς οὓς τύπους κατέρχεται τὸ ἐν τῇ χώνῃ διὰ τῶν κεντημάτων· ἦσαν δὲ πήλινοι. Σοφοκλῆς. cf. Eustath. p. 1926, 53.

IV. (36.)

Schol. ad Aristoph. Ran. 231. καλαμόφθογγα·) — ἠχώδη δὲ ἠδὺ (Fritzschius ad h. l. corrigit: ἠχὼ δὲ ἠδεῖα) ἀπὸ τῆς λύρας ἀνεπέμπετο, ἢ ὅτι κάλαμος πάλαι ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθετο τῇ λύρᾳ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκ συνηθείας κάλαμον καλοῦσι τὸ κέρας, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλώτοις (sic cod. Ven. Αἰχμαλωτίσι. Ald.)

ὑφηρέθη σοι κάλαμος ὥσπερεὶ λύρας.

Pro σοι in edit. Ald. et ap. Polluc. IV, 62, qui eundem versum omisso fabulae nomine affert, σου legitur, quod Dindorfius in σοὐ h. e. σοὶ ὁ, de qua contractione ad Vesp. 902 verba fecit, mutavit, parum probabiliter. — Copiose de hoc loco disputavit Fritzschius l. c.

V. (37.)

Schol. ad Nic. Ther. 17. sq. τὸ δὲ ὑπὸ λᾶϊ ἀντὶ τοῦ ὑπὸ λίθῳ, παρόσον ὑποκάτω τῶν λίθων οἱ σκορπίοι κρύπτονται· ὡς Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλώτοις·

ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.

Γάρ τοι pro vulg. γάρ τε correxit Brunck. Eadem verba olim etiam apud Suid. v. ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος contra librorum fidem a nescio quo e Schol. Nic. infersa legebantur, iure autem a Bernhardyo omissa sunt. De proverbio, quod Sophocles h. l. expressit, cf. Zenob. V, 20. Diogenian. VIII, 59. Phot. p. 629, 24. Hesych. s. v. Arsen. Viol. p. 459. ed. Walz. Ael. Hist. An. XV, 26. Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 529.

VI. (38.)

Steph. Byz. v. Βωμοί. — τὸ τοπικὸν βώμιος, καὶ κατὰ παραγωγὴν βωμιαῖος· Σοφ. Αἰχμαλωτίσι (Meinek. Αἰχμαλώτισι)

καὶ βωμιαῖον ἐσχάρας λαβών.

Brunckius dedit ἐσχάραν, Meinekius post λαβὼν addi vult λίθον, sed nescio an post ἐσχάρας exciderit δαλόν, quod, si rationem palaeographicam respicis, simillimum fuit voci λαβών.

VII. (39.)

Steph. Byz. v. *Εὐρώπη — λέγεται καὶ Εὐρώπεια, καὶ διὰ τοῦ ι Εὐρωπία παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλωτίσι*

καὶ νησιώτας καὶ μακρᾶς Εὐρωπίας

Legebatur *μακρὰς*, **quod Brunck. in** *μακρὰν* **i. e.** ***longe ab Europa***, **mutari voluit. Rectius autem Ellendt. (Lex. Soph. II. p. 49.) scripsit** *μακρᾶς* **proximo versu** *ἐνοίκους* **(malim** *οἰκήτορας*) **vel simile quid subsecutum esse statuens, et** *μακρᾶς* **bene** ***late patentis*** **interpretatur, ut non opus sit emendatione Th. Bergkii (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. p. 76. et l. c.)** *κἀκ μακρᾶς Εὐρωπίας* **corrigentis.** *Εὐρωπία* **legitur etiam in Eurip. Ion. 1607. fgm. 383.**

VIII. (40.)

Steph. Byz. v. *Χρύση, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς* **(fgm. 363.)** *καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι*

Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην —

Casaubonus in fine versus supplet *ἔχω*, **Meinekius** *νέμω*. **Stephani errorem, qui h. l. duas Chrysas, Lemniam et Troicam confudit, iam notavit Salmasius.**

IX. (41.)

Phot. p. 643, 7. Etym. M. p. 789, 43. Suid. s. v. *Φαῦλον*. — *— τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Σοφ. Αἰχμαλωτίσιν·*

Εἰ μικρὸς ὢν τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω.

Consentit etiam Hesych. s. v. qui praeter alia explicandi vocabula etiam *ἁδρὸν* **et** *μέγα* **ponit. Recte Ellendt. (Lex. Soph. II. p. 896.) grammaticos inani antitheti captandi specie deceptos esse suspicatur, ut** *μικρὸν* **necessario** *τῷ μεγάλῳ* **opponi debuisse putarint, Sophoclem vero tale quid posuisse:** *μὴ θαυμάζετ', εἰ μικρὸς ὢν τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω*, ***parvos enim parva decent.***

X. (42.)

Herodian. *περὶ μον. λέξ.* **p. 9, 9.** *Σαρπηδών, σαρπηδόνος, εἴτε ὁ ἥρως, εἴτε ἡ πέτρα, εἴτε ἡ ἀκτή, εἴτε ἡ νῆσος. ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλωτίσιν εἴρηται Σαρπηδὼν ἀκτή.* **(sequitur fgm. 593.) Ad Sophoclis locum respexisse videntur Hesych. Phot. p. 502, 3.** *Σαρπηδὼν ἀκτή· ἄκρα τῆς Θρᾴκης. κρατίστην* **(leg.** *Κράτης τὴν* **collat. Suid. l. c.)** *μεγάλην· καὶ νῆσος πρὸς τῷ Ὠκεανῷ, ἐν ᾗ αἱ Γοργόνες.* **Hinc fortasse corrigendus Suid. v.** *Σαρπηδονία ἀκτή. ἄκρα τῆς Θρᾴκης. Κράτης τὴν μεγάλην. καὶ νῆσον πρὸς τῷ Ὠκεανῷ. ἐν ᾗ αἱ Γοργόνες.* **quamquam etiam Zenob. V, 86 scripsit:** *Σαρπηδονία ἀκτή· τόπος οὗτος Θρᾴκης, ἀεὶ κλύδωνας ἔχων καὶ κυματιζόμενος, ἱερὸν Ποσειδῶνος.*

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Σαρπηδονία περὶ Κιλικίαν· καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Ὠκεανῷ, Γοργόνων οἰκητήριον. cf. Steph. Byz. v. Σαρπηδών.

XI. (43.)

Hesych. Αἰχμόδετος, αἰχμάλωτος. Σοφ. Αἰχμαλωτίσιν. (cod. —ώτησιν). Eadem omissis poetae et fabulae nominibus habet Etym. Magn. p. 41, 3.

XII. (44.)

Hesych. Ἀλιτροσύνη, ἁμαρτία. καὶ ἀλιτρία. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσι (cod. —ώτησι) λέγει. cf. Bekk. An. Gr. p. 377, 6. Etym. M. p. 65, 10. Suid. s. v. ἀλιτρία· ἀντὶ τοῦ ἁμαρτία. Ἀριστοφάνης (Ach. 871.). καὶ ἀλιτρός, ἁμαρτωλός.

XIII. (45.)

Hesych. Ἀμφίλινα κρούπαλα· Σοφ. Αἰχμαλωτίσι (cod. —ώτησι)·

Πατὴρ δὲ χρυσοῦς ἀμφίλινα κρούπαλα.

M. Musurus correxit: πατὴρ δὲ χρύσε' εἰσδὺς ἀμφίλινα κρούπαλα. Brunckius: πατὴρ δὲ χρύσε' ἀμφίλιν' εἰσδὺς κρούπαλα. Ad. Schoellius et Th. Bergkius autem, ut opinioni, quam de fabulae argumento sibi finxerant, patrocinarentur, Chrysae nomen in versum intulerunt, ille: πατὴρ δὲ Χρύσης ἀμφίλινα κρούπαλα, hic: πατὴρ δὲ Χρύσης ἀμφιλεγνῆ κρούπαλα corrigens. Bergkius praeterea haec addit: „Chrysae quidem nomen latere hic certum arbitror, sed cum illud ἀμφιλεγνῆ non satis sit certum (dictum est quemadmodum περιλεγνές, quidquid praetextum est purpura, vel colore alio variegatum) fortasse probabilius existimes scripsisse poetam:

Πατὴρ δὲ Χρυσηΐδος ἀμφίλινα
κρούπαλα

ut haec ex chori carmine sint petita." At vereor, ne vir doctissimus, quum haec scriberet, iocatus sit; nam quis quaeso scriptor sanus dixerit: „pater (Chryses) filiae Chrysae etc." Quomodo Sophoclis versus restituendus sit, haud facile est ad dicendum, quum de metro non constet: neque tamen Chrysae vel Chryseidis nominis inferendi ulla adest causa. Fortasse scribendum est: πατὴρ δὲ χρύσεα δὺς ἀμφίλινα κρούπαλα. cf. Eur. El. 191. καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆσαι φάρεα πολύπηνα δῦναι. et al. loc. Quamquam, si rationem palaeographicam respicimus, etiam tale quid in corruptis Hesychii verbis latere potest: πάτερ, δέχου δίσσ' ἀμφίλινα * κρούπαλα. Sententia si quem in tragoedia offendat, conferat Aesch. fgm. 251.

XIV. (46.)

Hesych. Ἀνηκές, ἀνῆκον (cod. ἀηκές, ἀῆκον praeter literarum ordinem). Σοφ. Αἰχμαλώτησιν (sic). Recte monuit Ellendt. (Lex.

Soph. I. p. 153.) corrigendum videri: *ἀνῆκες, ἀνήκεσον, quod sanari nequit.*

XV. (47.)

Hesych. *Ἄπειθής, ἀνυπόκτακτος, ἄπιστος. Σοφ. Αἰχμαλωτίσιν* (cod. *—άτησιν*). Non opus est correctione *ἄπειστος*, quae facile alicui in mentem veniat propter fgm. 32 et 577.

XVI. (48.)

Bekk. An. Gr. I. p. 447, 7. Bachm. An. Gr. I. p. 146, 15. *Ἀρτάνη· κυρίως μὲν ἡ τῶν* (διὰ τῶν Ellendt.) *καλωδίων ἐγχόνη. Σοφ. δὲ ἐν Αἰχμαλωτίσιν ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ.* cf. Etym. M. p. 150, 3.

XVII. (49.)

Hesych. *Ἄσεπτον, ἀσεβές. Σοφ. Αἰχμαλώτοις.* Idem legitur in Bekk. An. Gr. p. 451, 19. omisso Sophoclis loco. Sophocles hac voce etiam usus est in OR. 890. Euripides in Bacch. 878. Hel. 541. Iphig. Aul. 1092.

XVIII. (50.)

Hesych. *Ἄχνην Λυδῆς* (cod. *λυδὶς*) *κερκίδος· Σοφ. Αἰχμαλώτοις.* Deinceps: *ἄχνην, τὸ ἄκρον, κατὰ τὴν ἐργασίαν ἄκρως ἔχον. ἄχνη δηλοῖ δὲ καὶ τὸ λεπτὸν ξύσμα.* cf. Etym. M. p. 181, 48. 182, 20. sq. 494, 12. Suid. v. *ἄχνη, πᾶσα λεπτότης ὑγροῦ καὶ ξηροῦ.* Aliter Aesch. fragm. 419.

XIX. (51.)

Suid. v. *Βαιαί, μικραί. καὶ βαιός, ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς. Σοφ.* (OR. 750.) *καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν·*

Ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα.

Καὶ αὖθις (Ai. 292. sq.). Bernhardyus in adnot. ad h. l. correxit: *ὡς τὰ δεύτερα, poculo libavi modico, ut qui secundo loco propinarem;* haud feliciter. Th. Bergkius l. c. *ὥστε δευτέραν* supplens *σπονδήν.* Sed *ὥστε* ferri nullo modo potest. Nescio igitur an Sophocles scripserit: *ἔσπεισά βαιᾶς κύλικος ὁσίας δεύτερα* | [*σπονδάς* vel *χοάς*]. h. e. *iterum e parvo calice sacras libationes feci.* Nisi forte etiam in *δεύτερα* aliud quoddam v. c. *νεκτέροις* latet. cf. Eur. Or. 1018. *σπεισάσα νεκτέροις χοάς. Βαιὰ κύλιξ* habet etiam Lycophr. fgm. 3. (Vol. III. p. 175.)

XX. (52.)

Hesych. *Ἐμπλεύρου· ἐνάλλου εἰς* (*ἐναλούεις* cod.) *τὰς πλευράς. Σοφ. Αἰχμαλώτοισιν* (sic).

XXI. (53.)

Hesych. *Ἐνόπαις· ἐνωτίοις· τῇ προσῳδίᾳ ὡς φιλόπαις. Σοφ. Αἰχμαλώτησιν* (sic). **Male apud Hesych. legitur** *ἐνώταις, ἐνωτίοις,* **quod correctum est ex Etym. M. p. 344, 47.** *ἐνοπαῖς* (sic), *τοῖς ἐνωτίοις, ἀπὸ τοῦ ταῖς τῶν ὤτων ὀπαῖς κεῖσθαι* (*ἐπικεῖσθαι* **Brunck.** *ἐγκεῖσθαι* **Ellendt.**) *Σοφοκλῆς.* **cf. Boeckh. Expl. Pind. p. 276.**

XXII. XXIII. (54.)

Hesych. *Ἐνστερνομαντίαις, ἐγγαστριμύθοις· Σοφ. Αἰχμαλώτησιν* (sic). **Vox** *ἐνστερνομαντία* **cum per se (praecipue numero plurali), tum propter vocem interpretationis caussa adiectam tum propter hos locos: Poll. II. 162.** *καὶ στερνόμαντιν Σοφοκλῆς τὸν καλούμενον ἐγγαστρίμυθον.* **Schol. Plat. p. 372. Suid. v.** *Ἐγγαστρίμυθος. ἐγγαστρίμαντις· ὃν νῦν τινες Πύθωνα, Σοφοκλῆς δὲ στερνόμαντιν.* **Mich. Apost. VI, 46.** *Ἐγγαστρίμυθος καὶ Πύθων σὺ τυγχάνεις· ἐπὶ τῶν τερατολόγων καὶ θαυματοποιῶν. Σοφοκλῆς στερνόμαντιν τὸν τοιοῦτόν φησι.* **dubitationem movet. Idem sensit A. Nauckius, qui (in Philolog. IV. p. 538) corrigi iussit:** *στερνομάντιες* (?), *ἐγγαστρίμυθοι.* **Malim** *ἐν στερνομάντεσι.* **Nam dativum legisse videtur Hesychius.**

XXIV. (55.)

Hesych. *Ἐπιμάσσεται, ἐπαύξεται ἐπὶ πλέον. ἀπο τοῦ μάσσονος, ὅ ἐστι μακροτέρου. οἱ δὲ ἐφάψεται, ψηλαφήσει. ἢ οἷον οὐ λιμώσσει* (**Reisk.** *λιμώξει*) *ἀλλὰ καὶ προσεπιμάσσεται* (**Reisk.** *προσεπιμαφήσεται*) *πλείω. Σοφ. Αἰχμαλώτησιν* (sic).

XXV. (56.)

Hesych. *Ἴαννα* (**Ellendt.** *Ἰάννα*)· *ἐν μὲν Αἰχμαλωτίσι* (**cod.** *—ώτησι*) *Σοφοκλέους ἀπέδοσαν Ἑλληνική. ἐπεὶ Ἴαννας* (**Schweighaeus.** *Ἰανόνας.* **Casaub.** *Ἰάονας.* **Ellendt.** *Ἰᾶνας*) *τοὺς Ἕλληνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τριπτολέμῳ ἐπὶ γυναικὸς, ὡς καὶ ἐν Ποιμέσι. τινὲς δὲ τὴν Ἑλένην. ἐπιεικῶς δὲ οἱ βάρβαροι τοὺς Ἕλληνας Ἴωνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τρωΐλῳ βάρβαρον θρήνημα τὸ ἰαί. ἢ ὄνομα γυναικός.*

XXVI. (57.)

Hesych. *Ἱερόλας· ἴσισυς* (*ἴσιφυς.* **Musur.**) *Σοφ. Αἰχμαλώτοις. ὡς καὶ τὸν γέροντα γεροιδὰν ἢ γεροῦντος* (*γεροῦντα* **Musur.**) *λέγει.* **Heringa correxit** *ἱερόλας, ἱερεύς. Σ. Λ. ὡς καὶ τὸν γέροντα γεροίταν ἢ γεροντίαν λέγει.* **probabilius Dindorfio scribente:** *ὡς καὶ τὸν γέροντα γηρόλαν λέγει.*

XXVII. (58.)

Hesych. *Ἱκτορεύσομεν, ἱκετεύσομεν. Σοφ. Αἰχμαλώτησι* (sic).

XXVIII. (59.)

Herodian. *περὶ ἰλιακ. προσῳδ.* (p. 291. ed. Lehrs.) **ap. Schol.**

Hom. Il. o'. 302. τὸ γοῦν Μύνης ὁ μὲν ποιητὴς περιττοσυλλάβως ἔκλινεν (Il. XIX. 296.) „πέρσεν δὲ πόλιν Θείοιο Μύνητος." ὁ δὲ Σοφοκλῆς

Μύνου τ' Ἐπιστρόφου γε (leg. τε).

cf. Eustath. p. 1017, 10. Locum ad Αἰχμαλωτίδας pertinere docet Choerobosc. Dictat. in Theodos. (in Bekk. An. Gr. III. p. 1399). p. 140, 5. ed. Gaisf. Μύνης, Μύνου καὶ Μύνητος. Σοφοκλῆς Μύνου ἔκλινεν Αἰχμαλωτίοιν (Αἰχμαλώτηοιν. cod.) εἰκὼν „Μύνου τε ἐπιστρέφου γε." quae Th. Bergkius (ad Anacr. p. 106.) bene in Μύνου τ' Ἐπιστρόφου τε mutaverat, antequam scholiastae Hom. huc relatus erat.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

Quum Acrisius Athenaeo (XI. p. 466. A. cf. fgm. 354.) teste etiam in Sophoclis Larissaeis in scenam processerit, Brunckius *Acrisium* et *Larissaeos* eandem coniecit fabulam esse, cuius argumentum mors Acrisii fuerit secundum oraculum a Perseo nepote interemti (cf. Apollod. II, 4, 4). Quam opinionem iam Iacobsius (in Additam. ad Sulzeri Theor. Art. IV. p. 122) impugnavit verissime moneus, in *Acrisio* Danaes et Persei exilium, in *Larissaeis* Acrisii mortem expositam fuisse. Nam quae ex *Acrisio* citantur fragmenta haud facile in fabula, quae Acrisii obitum continuit, locum habere potuerunt; imprimis fragm. IV. Argivam virginem (Danaen) inter personas fuisse docet, atque ex ipsa ratione, qua Athenaeus l. c. Acrisium *Larissaeorum* commemorat, concludi potest, eundem regem etiam in alia fabula *(Acrisio)* partes obtinuisse. Itaque haud dubium esse mihi videtur, quin haec fabula in universum idem argumentum habuerit, quod Euripides in *Danae* spectandum proposuit. cf. Eurip. Fragm. p. 154. Quaeri autem potest, quum inter Sophoclis fabulas etiam *Danaë* aliquoties laudetur, utrum haec eadem atque *Acrisius* an diversa fuerit tragoedia. Welcker p. 349 rem in medio reliquit. Dicit enim: quum Acrisius in duabus fabulis egerit, fieri potuisse, ut pro *Acrisio*, quo haec tragoedia facilius a *Larissaeis* distingueretur, etiam *Danaes* nomen ad citandam fabulam adhiberetur: nam *Danaen* sine dubio idem argumentum complexam esse atque *Acrisium*. Cogitari tamen posse, Sophoclem hoc argumento etiam in dramate satyrico usum esse. Quae Welckeri sententia ex parte tantum probari potest. Nam ut concedendum sit, *Acrisium* et *Danaen* eandem potuisse fabulam esse ac fortasse re vera fuisse (cf. Danaes fgm. I.), tamen nec pro *certo* affirmare ausim, *Danaen* idem argumentum continuisse atque *Acrisium*, nec cuipiam credam, idem dramate satyrico exprimi potuisse. Nonne vero in *Danae* illa historia, quam Aeschylus in Polydecta, Euripides in *Dictye* repraesentavit, quamquam longe alia ratione, tractata esse potuit? cf. Eurip.

Fragm. p. 164. Cuius fabulae argumentum si recte consideratur, facile eam inscribi etiam *Danaes* nomine potuisse intellegitur. Itaque quae ex *Danae* afferuntur fragmenta huc referre non ausi sumus.

I. (60.)

Stob. CXIX, 7. Σοφ. Ἀκρισίῳ·

Τοὔ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ.

Fragm. I — IV e colloquio inter Acrisium et Danaen petita esse egregie Iacobsius monuit. Danae enim patrem rogasse videtur, ne ipsam in exilium mitteret: is autem in proposito perseverat oraculo commotus, ne ab nepote interficeretur. — Hunc versum Crates ap. Stob. CXV, 9 in usum suum convertit, sed vide, ne Grotius eum rectius a praecedentibus seiunxerit.

II. (61.)

Stob. CXIX, 12. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

Τὸ ζῆν γὰρ, ὦ παῖ, παντὸς ἥδιστον γέρας·
θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεστι τοῖς αὐτοῖσι δίς.

Meinekius (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1843. p. 293.) vs. 1. bene correxit παντὸς ἥδιον.

III. (62.)

Stob. LXXIX, 24. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

Ῥῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα
πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει.

Vs. 2. displicet tautologia, ut nesciam, an κἀναθρέψαντας vel simile quid corrigendum sit.

IV. (63.)

Stob. LXXIV. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

Ἄλλως τε καὶ κόρη τε κἀργεία γένος,
αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ᾽ ἔπη.

Meinekius l. c. ingeniose hoc fragm. cum antecedente coniunxit commate post πρέπει posito et verbis κόρη τε κἀργεία in κόρῃ τε κἀργείᾳ mutatis. — Vs. 2. in Paris. A. a manu prima est σεσίγηται. Ad sententiam cf. fgm. 427. —

V. (64.)

Stob. VIII, 2. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

Βοᾷ τις· ὦ ἀκούετ᾽· ἢ μάτην ὑλακτῶ;
ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.

Vs. 1. manifesto corruptus est. Cui mederi studuerunt Brunckius

et Seidler (de vers. dochm. p. 82.) scribentes: ἢ ὑλακτῶ μάτην; quod ferri posse iure God. Hermannus (El. Doctr. Metr. p. 50.) negavit ipse corrigens: ἢ μάτην ὑλῶ; Quae correctio non magis ad verum accedit, quam quae a Porsone ad Aristoph. Equ. 1013 proposita est: ἢ λάσκω μάτην; nam nec dicendi nec latrandi (conviciandi) notio sententiae convenit. Quam ob rem Halmius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1841. n. 104. et Lectt. Stob. p. 50) emendavit: ἢ μάτην κλύω; *an falso audio?* i. e. an formidine deceptus falso aliquem clamitantem mihi audire videor? Egregie simul conferri iussit Eurip. Phoen. 271. sq. ὠὴ τίς οὗτος; ἦ κτύπον φοβοῦμεθα; ἅπαντα γὰρ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται. ὅταν δι' ἐχθρᾶς πούς ἀμείβηται χθονός. Cf. Soph. fgm. 858. Ab Halmii opinione non multum recedit Meinekius l. c. dicens, verborum nexu efflagitari sententiam: *an timor meus vanus est?*, itaque tale verbum requiri, quale sit ὀκνῶ. De vi adverbii μάτην disputavit Markl. ad Eur. Suppl. 127 (138.)

VI. (65.)

Stob. XII, 2.

Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.

Locus in Paris. A. deest, in Paris. B. c. lem. Σοφ. Ἀλευάδαις legitur, sed Trincavellus e libris quibusdam et Brunckius optimo codice Vindob. (ex quo lemma ἀκρισῖ nuper etiam Gaisfordus ad calcem Stob. Eclog. Vol. II. p. 862 attulit) fretus eum huc pertinere dicunt.

VII. (66.)

Stob. LXII, 30. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

Δῆλον γὰρ ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνηρ
κῶλον ποδισθεὶς πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγει.

Grotius dedit δοῦλον γὰρ, quem secuti sunt Brunckius et Dindorfius. Sed recte se habet δῆλον, si quidem aut ἐν in ὡς mutatur aut saltem post γὰρ colon ponitur. Sententia haec est: *homo fugitivus in vincula coniectus facile omnia secundum voluntatem (eius, qui eum vinxit,) loquitur.*

VIII. (67.)

Stob. CVIII, 56. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

Θάρσει, γύναι· τὰ πολλὰ τῶν δεινῶν ὄναρ
πνεύσαντα νυκτὸς ἡμέρας μαλάσσεται.

IX. 68.)

Hesych. Ἄδοξα, τὰ παράδοξα καὶ (ἃ add. Musur.) οὐκ ἄν τις ἐδόξασεν. Σοφ. Ἀκρισίῳ (Ἄκρισιν. cod.). Eadem fere sine Sophoclis loco praebent Bekk. An. Gr. p. 344, 27. Cf. Suid. v. ἀδοξότατα.

X. (69.)

Hesych. Ἀκτίτης (cod. Ἀκτήτις) λίθος· ἀπὸ τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ἀκτῆς. Σοφ. Ἀκρισίῳ. cf. Suid. et Bekk. An. Gr. p. 370, 12. Ἀκτή· ἰδίως ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ ὁ ἀκτίτης λίθος. ἐκάλουν δὲ οὕτως καὶ τὴν Ἀττικήν, οἱ μὲν ἀπό τινος Ἀκταίωνος βασιλέως, οἱ δὲ διὰ τὸ τὴν πλείω τῆς χώρας ἐπιθαλάττιον εἶναι. Cuius orae lapis a Sophocle ἀκτίτης dictus sit, dubitari potest, quum grammatici dissentiant; sed quum fabulae scena Argis fuerit et Hesychius solus Sophoclis locum servaverit, ei magis quam reliquis confidendum videtur.

XI. (70.)

Hesych. Ἅλοιμα, χρῖσμα τοίχων (cod. τειχων). Σοφ. Ἀκρισίῳ. cf. fgm. 869.

XII. (71.)

Hesych. Ἀνταίαν, ἔκτοπον, χαλεπήν· Σοφ. Ἀκρισίῳ. (cod. τισίω.) cf. fgm. 295. 375.

XIII. (72.)

Hesych. Ἀπόδρομον, ἐλαττούμενον τοῖς δρόμοις ἢ παλίνδρομον ἢ μετ' ἐπάνοδον. Σοφ. Ἀκρισίῳ (cod. ἀκρησίφ.). Ellendtius (Lex. Soph. I. p. 198.) corrigi iubet: μετ' ἐπανόδου, et aptissime monet, apud Cretenses ἀποδρόμους vocari τοὺς μήπω κοινῶν δρόμων μετέχοντας ἐφήβους teste Eustath. p. 727, 21. 1788, 56, qui tamen p. 1592, 56. eandem vocem verbis τὸν πεπαυμένον τῶν δρόμων explicat.

XIV. (73.)

Hesych. Ἀποφανθείς, ἐν τῷ φανερῷ καταστάς. Σοφ. Ἀκρισίῳ.

XV. (74.)

Hesych. Ἀρώματα (cod. ἀρόματα), ἀροτριάματα· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀροῦν τὰ ἄλφιτα οὕτω λέγεται. Σοφ. Ἀκρισίῳ (cod. ἄκρισι). Scribendum esse ἀπὸ τοῦ ἀροῦν. καὶ κτλ. iam vidit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 240. De re cf. Schol. Aristoph. Pac. 1158. τἀρόματα·) τὰ ἀροτριάματα, παρὰ τὸ ἀροτριοῦν· τὰ προηροτριωμένα. λέγουσι δὲ ἔνιοι καὶ τὰ ἄλφιτα καὶ τὸν λιβανωτὸν ἀρώματα, ὡς παρ' Εὐπόλιδι „καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων" ἀντὶ τοῦ τῶν ἀλφίτων. ἐκτείνεται δὲ διὰ τὴν συναλοιφήν. Polluc. I, 26. — ἀρώματα λύειν ἐν πυρί· τὰ δὲ ἀρώματα καὶ θυμιάματα καλεῖται.

XVI. (75.)

Hesych. Ἄστομος, ὁ μὴ δυνάμενος λέγειν. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ. Alia significatione vocem habent Soph. El. 724. Aesch. fragm. 338.

XVII. (76.)

Hesych. Βίδην, εἶδος κρούματος (cod. κροῦμα). Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ (cod. ἀκρ . . . .)

ὥστ'
ἐπιψαλεῖν βίδην τε καὶ ξυναυλίαν.

ἄλλοι βίθυν. Metrum sententiamque restituit Brunckius, quum apud Hes. esset ὡς ἐπιψάλλειν. — Huc fortassis etiam referendum est fragm. 207.

XVIII. (77.)

Hesych. Ἰλιάδας, γονὰς ἀγελαίας (cod. ἀγελειὰς)· καὶ τὰς συστροφάς. Εὐριπίδης Φρύξῳ καὶ Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ. Post ἀγελαίας interpunximus, quo facto non opus est correctione L. Dindorfii (in H. Steph. Thes. II. s. v. γονή.) verba καὶ τὰς συστροφὰς e versu sequ. irrepsisse locumque sic restituendum esse dicentis: ἰλιάδας γονὰς, ἀγελαίας. Εὐρ. Φρ. καὶ Σοφ. Ἀκρ. καὶ τὰς συστρ. in quibus ἰλιάδας γονὰς de bubus aratoribus adhibitum sit, sicut in Antig. 341. ἰλιομένων ἀρότων. cf. Soph. fragm. 708. vs. 10. Aesch. fragm. 182. Nam si Hesychius verba ἰλιάδας γονὰς explicare voluisset, non potuisset addere καὶ τὰς συστροφάς, quippe quae ad solum ἰλιάδας pertinerent. Haud dubie in loco, quem Hesychius sibi explicandum sumsit, scriptum fuit ἰλιάδας γονὰς, sed quum ἰλιάδας solum explicatione indigeret, id explicuit, γονὰς autem in ipsa explicatione adiecit, ut omnes scirent, ad quam vocem ἰλιάδας pertinuisset. Ceterum Euripidis et Sophoclem nomina tantummodo ad postremam explicationis partem καὶ τὰς συστροφὰς (sc. σημαίνει) pertinere, iam omnes fere interpretes viderunt. Cum ea autem comparari possunt Suid. v. Ἰλιάδες, οἱ δεσμοί. et paullo post Ἰλιὰς, τὸ σχοινίον. καὶ ἰλιάσι, τοῖς δεσμοῖς. Etym. M. p. 361, 44. et p. 470, 199. ἐπιλλίζουσι — ἐξ οὗ καὶ ἰλιάδες, οἱ συνεστραμμένοι ἱμάντες. p. 470, 177. Etym. Gud. p. 247, 10. Hom. Il. XIII, 572.

Ad Sophoclis Acrisium praeterea a quibusdam refertur locus Hesych. v. Γάστριον· πέμμα σισαμῶδες· παρὰ Ἀκρισίῳ, sed egregie dudum Casaubonus emendavit πέμμα τι σησαμῶδες παρὰ Κρησὶν, quae correctio (a Schowio p. 189. olim probata) nunc confirmatur grammatico in Bekk. An. p. 230 et Etym. s. v. Similiter scriptura παρὰ Κρησὶν ap. Hes. v. Τέλχανος in π κρισίῳ corrupta est. cf. Schow. p. 191.

A A E A Δ A I.

Brunckius hanc fabulam Ἀλωάδας inscripsit et auctoritate Hemsterhusii (ad Lucian. Contempl. p. 474.), qui Aloadarum historiam [5])

[5]) Vide quae de iis narrant Hom. Od. λ', 305. sq. Apollod. I, 7, 4. Schol.

argumentum tragoediae aptum praebere non potuisse bene perspexerat, inductus satyricam fuisse sibi persuasit; sed neque quidquam est, quod suspicionem de dramate sat. confirmet, neque fabula uno loco excepto (fragm. XI.), quo calami vitium statuendum videtur, non Ἀλωάδαι, sed optimorum librorum consensu Ἀλεάδαι (Ἀλεάδες, Ἀλαιάδαι) vel Ἀλευάδαι nominatur. Cuius argumentum primus perspexit ac peculiari libello [6]) patefecit *Fr. Vater.* Recte enim ex *Aleadarum* titulo concludit, Alei filios, quorum Pausanias (VIII, 4, 8) tres, Lycurgum, Amphidamantem et Cepheum, Hyginus (fab. 244.) vero duos, Hippothoum et Nereum commemorat, in dramate egisse, in eo igitur historiam, quae ad Alei domum pertinuerit, tractatam fuisse. Quam, quum in fragm. I. II. de Telepho sermo esset, egregie vidit latere in hisce Alcidamantis (in Bekk. Oratt. Att. T. V. p. 670. s. p. 185. Steph.) verbis: Ἀλέῳ γὰρ τῷ Τεγέας βασιλεῖ ἀφικομένῳ εἰς Δέλφους ἐχρήσθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὅτι αὐτῷ ἔκγονος ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰ γένοιτο, ὑπὸ τούτου δεῖν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀπολέσθαι. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἄλεως διὰ τάχους ἀφικνεῖται οἴκαδε καὶ καθίστησι τὴν θυγατέρα ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς, εἰπὼν εἴποτε ἀνδρὶ συγγενήσεται θανατώσειν αὐτήν. Τύχης δὲ γενομένης ἀφικνεῖται Ἡρακλῆς στρατευόμενος ἐπ' Αὐγέαν εἰς Ἦλιν καὶ αὐτὸν ξενίζει ὁ Ἄλεως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα ἐν τῷ νεῷ ὑπὸ μέθης συνεγένετο. Ἐπεὶ δὲ κύουσαν αὐτὴν ἔφθετο ὁ πατὴρ Ἄλεως μεταπέμπεται τὸν τούτου (Παλαμήδους) πατέρα, πυθόμενος πορθμέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ δεινόν. Ἀφικομένου δὲ τοῦ Ναυπλίου δίδωσιν αὐτῷ τὴν παῖδα καταποντίσαι· ὁ δὲ παραλαβὼν ἦγεν αὐτήν. καὶ ὡς γίνονται ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει τίκτει Τήλεφον. Ἀμελήσας δὲ ὧν ὁ Ἄλεως αὐτῷ ἐπέστειλεν, ἄγων αὐτὴν ἀπέδοτο καὶ τὸ παιδίον εἰς Μυσίαν Τεύθραντι τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ Τεύθρας ἄπαις ὢν τὴν μὲν Αὔγην γυναῖκα ποιεῖται, τὸν δὲ παῖδα αὐτῆς ἐπονομάσας Τήλεφον τίθεται υἱὸν ἑαυτοῦ δίδωσί τε αὐτὸν Πριάμῳ εἰς τὸ ὀλίγον παιδεῦσαι. Quae si cum fabulae titulo comparantur, facile inducimur, ut Vatero oraculum ab Alcidamante commemoratum in ea exitum habuisse credamus. Telephus igitur Tegeam venisse videtur, ut debitam aviti regni partem sibi posceret, quam avunculi initio ei denegarunt, quum de eius origine dubitarent. De qua ubi certiores facti erant, haud dubie Telepho insidias struebant, quia et veteris istius oraculi meminerant et imperium minui nolebant. Sed ille eorum dolum sive effugit sive fefellit eosque interemit. Quum eo autem non modo parricidio se inquinasset, sed fortassis etiam in vitae discrimen adductus esset, pater eius Hercules in scenam prodiret necesse erat, qui filium periculo liberavit et in Mysiam ire iussit, ubi a caede expiaretur. — En! habes dramatis argumentum, ad quod accuratius cognoscendum fragmenta paene nihil valent. —

Hom. Il. ε', 385. Nicephor. Progymn. 13 in Walzii Rhett. II. p. 439. Sever. Ethop. 6. ibid. p. 539. Eberzius in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1846. nr. 99.

[6]) Die Aleaden des Sophocles. Ein Beitrag zur Literaturgeschichte dieses Dichters von Fr. Vater. Berlin, 1835.

I. II. (78.)

Aelian. H. An. VII, 39. *Ὅσοι λέγουσι θῆλυν ἔλαφον τὰ κέρατα οὐ φύειν, οὐκ αἰδοῦνται τοὺς τοῦ ἐναντίου μαρτύρας Σοφοκλέα μὲν εἰκότα*

Νομὰς δέ τις κεροῦσσ' ἀπ' ὀρθίων πάγων
καθεῖρπεν ἔλαφος

καὶ πάλιν

*Ἄρασα μύξας * * καὶ κερασφόρους*
στόρθυγγας εἶρφ' ἕκηλος.

καὶ ταῦτα μὲν ὁ τοῦ Σοφίλου ἐν τοῖς Ἀλεάδαις. His fragmentis intelligendis inservit locus Polluc. V, 76. *καὶ Ἀνακρέων μὲν σφάλλεται κέρασσαν ἔλαφον προσειπὼν καὶ Σοφοκλῆς κεροῦσσαν τὴν Τηλέφου τροφὸν (προσεικών).* qui a Dindorfio male inter Telephi reliquias exhibetur: nam inde de cerva, quae Telephum patris iussu expositum nutriverat (cf. Paus. VIII, 48, 7. 54, 6. IX, 31, 2. Apollod. II, 7, 4. III, 9, 1. Hygin. fab. XCIX.), itaque de ipsius Telephi origine actum esse cognoscimus. Fortassis igitur vs. 2 sic explendus est: — *ἔλαφος Τηλέφου νέου τροφός.* Verba *νομὰς δέ τις κεροῦσσα* corrupte praebent etiam Etym. Paris. et Gud. p. 317, 12. cf. Gaisf. adnot. ad Etym. M. p. 505, 15. — Fragmento II viri docti vario modo succurrerunt. Brunckius scribendo: *ἄρασα μυκτῆρας τε καὶ κτλ.* probante Porsone praef. ad Eur. Hec. p. VIII. Vater: *ἄρασα μυξωτῆρα καὶ κτλ.* Sed fortassis in versus fine excidit *ἅμα.*

III. (79.)

Stob. XII, 3. *Τοῦ αὐτοῦ ἀλεάδ.* (sic cod. Vindob.)

Κακὸν τὸ κεύθειν κοὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς.

Hunc vs., quem Paris. A. omittit et Trinc. sine lemmate praebet, Brunckius primus huc rettulit eiusdem codicis Vindob. auctoritate ductus, quo fretus versum apud Stobaeum praecedentem, qui in Paris. B. huc refertur, in Acrisium (fragm. VI.) intulerat. Istius codicis scripturam confirmavit nuper Gaisfordus in Append. ad Stob. Eclog. p. 862.

IV. (80.)

Stob. XLI, 4. *Σοφ. Ἀλεάδαις·*

Μὴ πάντ' ἐρεύνα· πολλὰ καὶ λαθεῖν καλόν.

Extrema Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 143.) correxit, quum in libris esset *λαλεῖν κακὸν* vel *κακά.*

V. (81.)

Stob. XXXIII, 3. *Σοφ. Ἀλέασι.*

Ὦ παῖ, σιώπα· πόλλ' ἔχει σιγὴ καλά.

Sine auctoris nomine eundem versum afferunt Plut. de garrul. 2.

p. 502, E. et Arsen. Viol. p. 488. Menandro eum tribuit Mich. Apost, XXI, 16. ed. Pantin. (XVIII, 62. a. ed. Leutsch.) Apud Stob. Apostol. et Arsen. pro σιγὴ est σιωπὴ, quod e Plutarcho correctum est. Meinek. ad Menand. p. 255. hunc vs. Menandro, versum autem apud Stob. sequentem „γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν“ qui sub Charetis nomine a Trincavello affertur, Sophocli assignari maluit.

VI. (82.)

Stob. XXXVI, 11. Σοφ. Ἀλεάδαις (sic Paris. A.) Ἀλεάδαις Vind. teste Gaisfordo l. c. p. 870.

Τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστί σοι;
τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπήρ' ἔπη.

Blomf. l. c. proposuit *ἔνεστί σοι*, male et sine causa.

VII. (83.)

Stob. LXXVI, 9. Σοφ. Ἀλεάδαις.

Παῦσαι· καταρκεῖ τοῦδε κεκλῆσθαι πατρός,
εἴπερ πέφυκά γ'· εἰ δὲ μή, μείων βλάβη·
τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ.

Μείων, quod Gesner coniectura posuit, extat in Paris. B. longeque praestat vulgatae *μείζων*, quamvis eam Vater et Welcker tueri studuerint. Ille enim verba *μείζων βλάβη* interrogative accipienda, hic ad adversarium referenda esse opinatur; sed neutra ratio probabilis est.

VIII. (84.)

Stob. LXXVII, 9. Σοφ. Ἀλεάδαις.

Ὁ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει.
ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

Vs. 1. in Paris. A. est: ὁ δ' εἰ νόθος τις τοῖς κτλ. Trinc. ὁ δ' εἰ νόθος τοῖς κτλ. A. Nauckius (in Philolog. IV. p. 556. adnot. 11.) corrigit: ὁ δὴ νόθος τοι γνησίοις κτλ. propter legem Porsonianam praef. Hec. p. XXVI. sq. Versum 2 affert etiam Clem. Alex. Strom. VI, 2, 10. p. 741. Pott. e Sophoclis Ἀλευάδαις, male autem *τὴν ἴσην* pro *γνησίαν* praebet. Ad sententiam cf. Eurip. fgm. 164.

IX. (85.)

Stob. XCI, 27. Σοφ. Ἀλεάδαις.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὖθις δὲ τιμὰς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
τυραννίδος ταγοῦσιν ἡδίστην ἕδραν.
ἔπειτα δ' οὐδεὶς ἐχθρὸς οὔτε φύεται

πρὸς χρήμαθ', οἵ τε φύντες ἀρνοῦνται στυγεῖν.
δεινὸς γὰρ ἔρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα
καὶ πρὸς τὰ βατά,* χὠπόθεν πέλης ἀνὴρ
μηδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν ὢν ἐρᾷ τυχεῖν.
καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον
γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν.
μόνῳ δὲ χαίρειν καὶ νοσεῖν ἔξουσία
πάρεστιν αὐτῷ κἀπικρύψασθαι κακά.

Sine fabulae nomine versum 1 Stob. XCIV, 8, versus 6—12 Plut. de aud. poet. 4. p. 21. B. affert. — Vs. 3. vulgo erat τυραννίδος ἥκουσιν, cuius loco Paris A. et B. τ' ἄγουσιν praebent. Cod N. Gaisfordi a manu prima ἄκουσιν, idemque habent codd. Vindob. et Ven., ubi librarius literam o calamo transverso delevit. Hinc Salmasius θακοῦσιν correxit, quod Grotius recepit. Verissime autem monuit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 778, nec θακοῦσιν nec ἰσάγουσιν, quod Brunckius maluit, commode ad ἀνθρώκους referri posse, quippe quum in eo durissima esset constructionis inversio. Ipse igitur corrigit θάκοισιν, quo et accentus ducat et ratio: χρήματα ἀνθρώποις φίλοις εὐρίσκει καὶ τιμὰς καὶ ἕδραν θάκοισι τυραννίδος, *ad solum regium provehunt.* Quae correctio vix probari potest, quum in ea θάκοισιν parum otiosum sit. Vater igitur, quem Th. Bergkius sequitur, orationis tenore accusativum quendam requiri dicens restituit θάκησιν, quae vox etiam in OC. 9 obscurata fuit et simili ἐνθάκησις (Phil. 18) firmatur. Neque eam recipere dubitaremus, nisi multo propius ad optimorum librorum scripturam accederet Bothii emendatio ταγοῦσιν (cf. Aesch. Pers. 750,) quae cum sequente ἡδίστην arctissime coniungenda est. Nam ἡδίστην, quod Paris. B. praebet, neque αἰσχίστην, quod pro vulg. ἀγχίστην Paris. A. habet, recipiendum esse iam bene monuit Ellendt. l. c. l. p. 763.: minime enim turpis regalis dignitas apud heroes, nec usquam apud Sophoclem contemtae indicium. Ineptum etiam fuisset, si poeta eam inter bona, quae divitiis comparari possunt, enumerasset et tamen αἰσχίστην ἕδραν nominasset. Ut hoc loco, ita in fgm. VII in Paris. B. genuinam scripturam servatam esse vidimus, Parisinum A. vero corruptum esse etiam e sequentibus (vs. 6.) liquet. Non opus igitur est, ut cum Gaisfordo de confusione vocum αἴσχιστος et ἔχθιστος cogitemus (de qua cf. Piers. ad Moer. p. 135. Pors. ad Eur. Phoen. 594. Monk. ad Alcest. 1056.). — Vs. 4. Paris. B. κἄπειτα. — Vs. 6. Pro δεινὸς γὰρ ἔρπειν, quod solus Plutarch. l. c. exhibet, vulgata ξένος γὰρ ἕρπει, Paris. A. γένος γὰρ ἕρπειν praebet. In sequentibus autem Plut. male πρός τε τὰ βατά, Stobaei codd. Vindob. (teste Gaisfordo Append. ad Stob. Eclog. p. 898.) Paris. A. et Voss. ἔσται τὰ βατά, Trinc. ἔστε τὰ βατά, unde viri docti verum ἔς τε τἄβατα elicuerunt. — Vs. 7. Deest syllaba, nisi forte versus corruptior est. Ad lacunam explendam Grotius male scripsit: καὶ πρὸς τὰ βατὰ καὶ οὔποτ' ἂν πένης ἀνήρ. Heathius inseruit δὴ probante Brunckio, sed id ferri hoc loco non posse dudum monuit

Blomfield. (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 143.) particula γὲ eius loco post πρὸς interiecta. De qua vereor ne idem valeat iudicium, quod Blomf. de voce δὴ fecit. Guil. Schneider proposuit: καὶ πρὸς τὰ βατά τε χὠπόθ. κτλ. Longe aliam viam ingressus est Frid. Vater. Locum enim corruptum esse ratus correxit καὶ πρὸς βέβηλα, collatis his locis: Soph. OC. 10. ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν ubi schol. βεβήλοις· βατοῖς. βέβηλος γὰρ τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος καὶ πᾶσιν ὢν βατός. Lexic. Sangerm. in Bekk. An. p. 323. ἀβέβηλα — τὰ ἄβατα χωρία καὶ μὴ τοῖς τυχοῦσι βάσιμα. Etym. M. p. 193. fin. βέβηλος — ὁ μὴ ἱερὸς τόπος ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσιν. Quae coniectura habet quo commendetur: nam librarius facile propter praegressum τὰ ἄβατα contrarium τὰ βατὰ super βέβηλα scribere vel in margine adiicere potuit, unde voces in textum irrepserunt. — Vs. 8. vulg. μηδ' ἐντυχῶν (ἐνύντυχών). Plut. οὐδ' ἐντυχὼν, unde vera scriptura μηδ' ἐντυχὼν hausta est. — Vs. 9. καὶ σῶμα Paris. A. pro σῶμα καὶ. Paris. B. δ' ὄμμα καὶ. Male Brunckius, Dindorfius, alii post δυσώνυμον interpunxerunt: arctissime enim cohaerent δυσώνυμον γλώσσῃ. Nec recte monuit Duentzer (in Schneidewini Philologo III. p. 137.): sicut δυσειδὴς et εὔμορφος ἰδεῖν sibi opposita sint, ita debere γλώσσῃ σοφὸν verbis δυσώνυμον opponi; nam non perspici, quid sibi velit σοφὸν, quum de forma externa agatur: manifesto igitur scribendum esse γλώσσῃ φίλον. Vir doctus in eo erravit, quod δυσώνυμον ad corpus rettulit. — Vs. 11. offendit, quod inter divitiarum commoda affertur, *diviti aegrotare licere*, nec quidquam valet Vateri explicatio, qui verbis figuram, quam dicunt ἓν διὰ δυοῖν subesse dicit, ut χαίρειν καὶ νοσεῖν idem sit atque νοσοῦντι χαίρειν. Difficultatem sustulit Th. Bergkius (de fgm. Soph. p. 8) scribendo: κἀνοσεῖν, quod recipiendum esset, si haec vox etiam alibi extaret. Probabilior igitur videtur Ellendtii (Lex. Soph. II. p. 166) correctio κοὐ νοσεῖν scribentis et haec adiicientis: solus dives morbo quasi liber dicitur, ut in Creusa (fgm. 335.) pauper perpetuo aegrotare. — Vs. 12. Paris. A. et Vindob. teste Gaisfordo l. c. κἀπικρύψεσθαι. B. κἀνοπρύψασθαι.

X. (86.)

Stob. IV, 37. Σοφ. Ἀλεάδαις auct. Schowio.

Ἐνταῦθα μέντοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ,
κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.

Locus in Paris. A. deest. — Vs. 2. cf. Aesch. fgm. 428.

XI. (87.)

Stob. IX, 4. Σοφ. Ἀλωάδαις.

Τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον.

Paris. A. lemma habet Εὐριπίδου Ἀλωάδαι. Vind. Εὐριπ. Ἀλεάδαι teste Gaisf. l. c. p. 860. Paris. B. Σοφοκλέους Ἀλωάδαις. Gesner. Soph. *Haleasi* Grot. *Aleasi*.

XII. (88.)

Stob. XIII, 6. Σοφ. Ἀλεάδαι. (sic Paris. A. et cod. Florent. cf. Gaisf. ad Stob. Ecl. p. 844.)

Καὶ γὰρ δικαία γλῶσσ' ἔχει κράτος μέγα.

XIII. (89.)

Stob. LIV, 21. Σοφ. Ἀλαιάδων (sic).

Λοκῶ μὲν, οὐδείς· ἀλλ' ὅρα μὴ κρεῖσσον ᾖ
καὶ δυσσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν,
ἢ δοῦλον αὐτὸν ὄντα τῶν πέλας κλύειν.

XIV. (90.)

Stob. XLIII, 6. Σοφ. Ἀλεάδαι.

Κοὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν,
ὅταν οἵ τ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγενῶν
κατανικῶνται,
ποία πόλις τάδ' ἐνέγκοι;

Ve. 2. in libris est ἀγεννῶν, quod Grotius correxit probante Iacobsio ad Athen. p. 347. Valck. (Diatr. p. 15) maluit: ὅταν οἵ γ' ἀγαθοὶ πρὸς ἀγεννήτων, quod Brunckius recepit. Sed h. l. minus aptum est γὲ, quam τὲ, quod in sequentibus habuisse videtur, ad quod referretur.

XV. (91.)

Hesych. Ἐφυμνεῖς, ἐπάδεις. Σοφ. Ἀλεάδαις. Cf. fgm. 385. vs. 2.

XVI. (92.)

Erotian. p. 210. (κατεφρόνεε, κατενόει). φρονεῖν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν. μέμνηται καὶ Σοφ. ἐν Ἀχαιάδι (leg. Ἀλεάδαις, non Ἀλαιάδαις, ut Brunckius voluit) καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ. Similiter Etym. M. p. 800, 42. φρονεῖν· σημαινεῖ καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Huius fabulae argumentum non diversum ab eo fuisse, quod Euripides in dramate pariter cognominato tractaverit (Vol. II. p. 28. sq. a nobis expositum), cum ex titulo tum ex fragm. II concludi potest. Sed quid in eo tractando Sophoclis, quid Euripidis peculiare fuerit, nemo hodie facile dicat, quum fabulae Sophocleae perpauca fragmenta supersint eaque ita comparata, ut certi quid ex iis

colligi non queat. — Ceterum vide ne ad hanc fabulam referenda sint fragmenta (497. 498.) quae ex Priamo citantur.

I. II. (93. a. b.)

Steph. Byz. v. Ἄστυ — ἀπὸ τοῦ ἀστὸς (ἄστεος Ellendt.) τὸ ἀστίτης. Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ.

οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει.

καὶ

βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας. τί γάρ;

Posterior vs. manifesto in ea scena locum habuit, in qua Alexandrum inter pastores viventem ipsumque pro pastore habitum Priami filios vicisse nunciabatur. cf. Eurip. fragm. p. 28. sq. 30. sq.

III. (94.)

Steph. Byz. v. Ἔφεσος — τὸ ἐθνικὸν Ἐφέσιος. εὕρηται καὶ Ἐφέσεια διὰ διφθόγγου. οὕτω γὰρ ἐν Ἀλεξάνδρῳ Σοφοκλῆς.

IV. (95.)

Schol. Hom. Il. ε', 158. et Eustath. p. 533, 40. τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀλεξάνδρῳ (Eustath. Ἀλεξάνδρᾳ. simili errore Euripidis fabulam citatam esse monuimus ad eius fragm. 28. adnot. 3.)

στείχων ἀγρώστην ὄχλον —

παρώνυμόν ἐστι καὶ οὐ ῥηματικόν. Huc respicere videri grammaticum in Bekk. An. Gr. p. 213, 6 et p. 338, 8. ἀγρῶσται, οἱ κυνηγέται monuit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 10. cf. Etym. M. p. 14, 12. Schol. Apoll. Rhod. IV, 175. Pro στείχων haud dubie legendum στείχειν.

V. (96.)

Hesych. Δύσαυλος, δυσαύλιστος. Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ. Vellem interpretes adiecissent, quid Sophocles hac voce significaverit. Brunckius quidem conferri iussit Antig. 354, quo haud dubie indicare voluit, sibi vocem h. l. eadem vi, qua illic, positam videri; at nescio, an ea h. l. ab αὐλὸς, non ab αὐλὴ derivanda sit et in scena locum habuerit, in qua Alexander vitam suam pastoriciam descripsit. Certe simili fere modo ea usus est Antipater Thessal. 29. (Anth. Pal. IX. 266.) εἰ δὲ σὺ τοιούτοις τότ' ἐπέπνεες, οὐκ ἂν Ταγνὶς τὴν ἐπὶ Μαιάνδρῳ κλαῦσε δύσαυλον ἕριν.

VI. (97.)

Hesych. Θηλάστρια, τροφός. ἔστι δὲ Ἰακόν (cod. Ἴακκον. Musur. Ἰακχώ, quod correxit Casaub.). Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ cf. Poll. III, 50. τὴν δὲ θηλάζουσαν Εὔπολις τιτθὴν θηλάστριαν ὠνόμασεν. Phot. p. 90, 21. Bekk. An. Gr. p. 99. Piers. ad Moer. p. 189.

VII. (98.)

Antiattic. Bekkeri p. 108, 31. *Μαιεύτριαν· ἀντὶ τοῦ μαίαν. Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ.*

VIII. (99.)

Id. ibid. p. 107, 25. *Μυείαν· τὴν μνήμην. Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ.* Idem habent Phot. p. 272, 17. et Suid. s. v. omisso fabulae nomine, ut etiam Electr. vs. 384 respicere potuerint, ubi Sophocles vocem eadem ratione adhibuit.

A Λ H T H Σ.

Duo *Aletae* a veteribus scriptoribus nominantur, alter, Icarii filius (cf. Apollod. III, 10, 6.), alter Hippotae, qui Corintho potitus est (cf. Pind. Ol. 13, 14. et Schol. ad h. l. Canon. narrat. 26. Paus. II, 4, 3. V, 18, 8. Welck. p. 216. adnot. l.), sed quum neuter aliquid passus sit, quod tragoediae argumentum praebere potuit, Welcker probabiliter Sophoclis dramate expressam fuisse tertii cuiusdam Aletae historiam coniecit, cuius solus, ut videtur, Hyginus (Fab. CXXII) memoriam servavit his verbis: „*Ad Electram, Agamemnonis et Clytaemnestrae filiam, sororem Orestis, nuncius falsus venit, fratrem cum Pylade in Tauricis Dianae esse immolatos. Id Aletes, Aegisthi filius, cum rescisset, ex Atridarum genere neminem superesse, regnum Mycenis obtinere coepit. At Electra de fratris nece Delphos sciscitatum est profecta. Quo cum venisset, eodem die Iphigenia cum Oreste venit eo. Idem nuncius, qui de Oreste dixerat, dixit Iphigeniam fratris interfectricem esse. Electra ubi audivit id, truncum ardentem ex ara sustulit, voluitque inscia sorori Iphigeniae oculos eruere, nisi Orestes intervenisset. Cognitione itaque facta Mycenas venerunt, et Aleten, Aegisthi filium, Orestes interfecit, et Erigonam, ex Clytaemnestra et Aegistho natam voluit interficere. Sed Diana eam rapuit, et in terram Atticam sacerdotem fecit. Orestes autem Neoptolemo interfecto Hermionen, Menelai et Helenae filiam, adductam coniugem duxit, Pylades autem Electram, Agamemnonis et Clytaemnestrae filiam duxit.*“ Quoniam vero ab Hygino in Aletae historia enarranda etiam Erigonae mentio facta est, Welckero p. 216. sq. utriusque fata in eadem tragoedia repraesentata esse, et Sophoclis *Erigone*, quam bis citatam invenimus, ab *Aleta* non discrepuisse videtur. Nempe aliam Erigonam, inquit Welcker, quam Aegisthi filiam, tragoediae materiam praebere non potuisse: id cognosci ex *Attii Erigona* (haud dubie ad Sophoclis exemplum composita), quippe in cuius dramatis fragmentis (l. 8. ed. Both.) Aegisthi et Orestis nomina reperiantur. Praeterea ad eandem fabulam referendum esse ait Stobaei (CV, 3. locum, qui cum lemmate *Σοφοκλέους Τυνδάρεως*, (quo persona, non titulus tragoediae significetur) citetur: quum Tyndareus, quem in Euripidis *Oreste* Orestem apud Argivos

accusasse videmus, in Sophoclis dramate sine dubio nepotis (Aletae) patronus fuerit. At equidem vereor, ne vir doctissimus speciosius quam verius disputaverit. Nam si fabulae summa, de qua re dubitari vix potest, in eo posita fuit, ut Orestes Aleten interficeret regnumque paternum recuperaret, haud facile intelligitur, quae Erigonae partes esse potuerint. Certe eae non tantae esse poterant, ut grammaticis fabulam citantibus pro *Aleta Erigonae* nomine uti licuisset. Ex contrario veri est simillimum, quum etiam plures alii poetae tragici (Phrynichus, Philocles, Iophon vel Cleophon, e Latinis Attius) *Erigonam* scripserint, in fabula ab ea cognominata tractatam fuisse historiam, quae ad solam Erigonam pertinuerit. Cuius summam haud dubie iis expressam habemus, quae memoriae mandavit Etym. M. p. 42. 2. *Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθηνᾶς* (leg. *Ἀθηναῖς*), *ἣν καλοῦσιν εὔδειπνον. λέγεται γὰρ Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας θυγατέρα, σὺν Τυνδάρεῳ τῷ πάππῳ ἐλθεῖν Ἀθήναζε κατηγόρουσαν Ὀρέστου· ἀπολυθέντος δὲ, ἀναρτήσασαν ἑαυτὴν, προστρόπαιον τοῖς Ἀθηναίοις γενέσθαι. κατὰ χρησμὸν δὲ ἐπ' αὐτῇ συντελεῖσθαι τὴν ἑορτήν.* cf. Hesych. v. *Αἰώρα· ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν — — οἱ δὲ, ἐπὶ Κλυταιμνήστρας καὶ Αἰγίσθου, οἱ δὲ, ἐπὶ Ἠριγόνῃ Ἀλήτιδι τοῦ Ἰκάρου* (sic.) Idem. v. *Ἀλῆτις· ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ νῦν Ἑώρα λεγομένη.* Etym. M. p. 62, 5. *Ἀλῆτις· τινὲς τὴν Ἠριγόνην τὴν Ἰκαρίου θυγατέρα, ὅτι πανταχοῦ ζητοῦσα τὸν πατέρα ἠλᾶτο. οἱ δὲ Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας φασίν.* (Quibuscum optime Attianae fabulae fragmenta consentiunt.) Egregie tragoediae hinc compositae convenit, ne dicam necessaria fuit, Tyndarei persona, quum Erigonae soli Orestem accusare secundum leges non liceret neque ea sola, etiamsi licuisset, id ausa esset. Haud facile vero caussa perspiciatur, qua commotus Sophocles Tyndareum in *Alete* introduxerit, quum Aletes ipse iam adultus esset. Quae quum ita sint, nobis non dubium videtur esse, quin *Aletes* et *Erigone* diversae inter se fabulae fuerint. Quarum in altera Orestes (fortasse cum sorore Iphigenia) Argos venit, ut regnum paternum ab Alete exposceret, qui primum de Orestis persona dubitationes movit, postea vero de eo certior factus insidias ei (sororique) struxit. Sed vetus servus Atridarum genti fidus (fortassis Orestis paedagogus) Oresti rem patefecit, qui ira exacerbatus Aegisthi prolem exstinguere decrevit, ac re rera Aleten interfecit, Erigonam autem, si quidem partes in hac tragoedia tenuit, occidere non potuit, quippe quae a Diana servaretur. — Alterius tragoediae, *Erigonae*, argumentum accuratius, quam Etymologi verbis factum est, declarari nequit; hoc tamen probabiliter affirmari posse videtur, in fabulae fine, ubi de festo (*Αἰώρα, Ἑώρα, Ἀλῆτις*) in Erigonae honorem instituendo sermo fuerit, Erigonae Aegisthi et Erigonae Icarii filiae, cui alii *Αἰωρῶν* festum celebratum esse perhibent (cf. Hesych. l. c. Hygin. Poet. Astr. II, 4. Fab. CXXX.) personas esse commutatas.

I. (100.)

Stob. III, 8. *Σοφοκλῆς Ἀλήτῃ.*

Ψυχὴ γὰρ εὔνους καὶ φρονοῦσα τοὔνδικον
κρείσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρέσις.

Fragmenta I—VI Welcker probabiliter in colloquio, quod Aletes cum Oreste habuerit, locum tenuisse coniicit. Vs. 2. cf. fgm. 992.

II. (101.)

Stob. XXXV, 4. *Σοφοκλῆς Ἀλήτῃ.*

Βραχεῖ λόγῳ καὶ πολλὰ πρόσκειται σοφά.

Sine auctoris et fabulae nomine versum affert Mich. Apost. V, 16, b. Arsen. XIII, 34. (p. 146. ed. Walz.) ed. Leutsch.

III. (102.)

Stob. XXXVI, 16. *Σοφοκλῆς Ἀλείτῃ* (sic Paris A. et Vindob.).

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ,
λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.

Gesner deteriores codd. secutus hos vs. ex Euripidis Dictye attulerat. — Eosdem sine auctoris et fabulae nomine praebet Mich. Apost. III, 2, a. (Arsen. IV, 16.) ed. Leutsch. Vs. 2. *αὑτὸν* pro vulg. *αὐτὸν* correxit Blomfield in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 142 et sic Apostol.

IV. (103.)

Stob. LXXXVIII, 11. *Σοφοκλῆς Ἀλήτῃ.*

Ἀλλ' εἴπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις,
σήμαιν' ὅτου τ' εἶ χὠπόθεν· τὸ γὰρ καλῶς
πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος.

Vs. 2. in libris est *οὔτου τ' εἶ καὶ πόθεν*, unde Grot. *ὅτου τ' εἶ καὶ πόθεν*, Pors. Adv. p. 305. *ὅτου τ' εἶ χὠπόθεν* effinxit. — Vs. 3. pro *λόγος* nescio an sicut in sequente fgm. scribendum sit *ψόγος*, quae vocabula saepius commutata esse constat. cf. Markl. ad Eur. Suppl. 575.

V. (104.)

Stob. LXXXIX, 8. *Σοφοκλῆς Ἀλήτῃ.*

Ἀλλ' ἀξίως ἔλεξας, οὐδὲ μὴν πικρῶς·
γένος γὰρ εἰς ἔλεγχον ἔξιὸν καλὸν
εὔκλειαν ἂν κτήσαιτο μᾶλλον ἢ ψόγον.

Vs. 1. Th. Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836. p. 76.) correxit: *ἀλλ' ἀξίως ἔλεγξας*, recte, ut e sequentibus liquet. *Οὐδὲ μὴν* scripsit Brunckius pro vulg. *οὐδὲ μὲν*, pro qua Porso *οὐδ ἐμοὶ* maluit. Vs. 2. Blomfield. l. c. male scripsit: *εἰς ἔλεγχον ἄξιον καλὸν, εὔκλειαν ἂν κτήσαιο κτλ.* Recte enim Ellendt. (Lex. Soph. I. p. 575.) Sophoclis verba sic interpretatur: *specimina datura sui nobilitas*, ac similiter *εἰς ἔλεγχον ἐξιών* legitur in Philoct. vs. 98.

VI. (105.)

Stob. CV, 42. *Σοφοκλέους Ἁλήτης.*

Τίς δή ποτ' ὄλβον ἢ μέγαν ϑείη βροτῶν
ἢ σμικρὸν ἢ τὸν μηδαμοῦ τιμώμενον;
οὐ γάρ ποτ' αὐτῶν οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει.

Vs. 2. Brunckius scripsit ἤτοι, quod probat Ellendt. Lex. Soph. I, p. 753. Sed τοί multo minus ferri potest, quam τόν, quumquam pro eo καί vel simile quid scriptum esse mallem. Post vs. 2 haud dubie unus duove versus exciderunt.

VII. (106.)

Stob. CVI, 11. *Σοφοκλέους Ἁλήτης.*

Δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν ἄπο
βλαστόντας, εἶτα τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς,
τοὺς δ' ὄντας ἐσϑλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα
γεγῶτας εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι.
Οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας ϑνητῶν πέρι
πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς ϑεῶν πάρα,
τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους τοῖσδε τὴν ἐναντίαν
δίκην κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ τίνειν.
κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτύχει κακὸς γεγώς.

Vs. 1. in Paris. A. est δεινὸν μέν, in B. δὲ, et sic vulgo, quod Brunckius correxit. Post κακῶν Ellendtius (Lex. Soph. II. p. 797.) ϵ' inseruit, quod Ahrens recepit. — Vs. 8. Vulgo erat τῶνδε τὴν ἐναντίαν, quod Brunckius in τούσδε, Ellendt. (l. c. I. p. 395. II. p. 199.) in τοὺς δὲ mutavit, sed verae scripturae reliquias servavit Paris. A. τοῖς δὲ exhibens. — Vs. 10. Par. A. εὐτυχῇ. Vindob. teste Gaisfordo ad calcem Stob. Eclog. p. 907. εὐτυχεῖ. Reliqui εὐτύχει, et sic Dindorfius. Blomfieldus l. c. proposuit εὐτυχοῖ, quod Gaisfordus recepit. — Ad sententiam versuum cf. Eur. fgm. 293.

Th. Bergkius l. c. praeterea huc referendum esse dicit locum Hesychii: Ἀπρόσειλος· ὃ (leg. ᾧ) οὐδεὶς προσειλεῖται, ἀλλ' εὐθέως πίπτει· ἢ ἀκανμάτιστος ἀπὸ τῆς εἵλης (leg. εἴλης)· Εὐριπίδης ἀλῇ. extrema sic corrigens: Σοφοκλῆς Ἁλήτῃ. Sed eum Euripidis esse, ut Εὐριπίδης Ἁλόκῃ apud Hesychium restituendum sit, docuimus ad Eurip. fgm. 116.

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.*

Huius fabulae nomen a nullo quidem vetere scriptore citatur, tamen Admeti et Alcestidis historiam a Sophocle tractatam esse cum ex quibusdam Plutarchi verbis (fgm. I.), tum e nonnullis versibus (fgm. II. III. IV.), qui in alia fabula vix locum habere poterant, viri docti collegerunt, quamvis et de fabulae nomine dissentirent et dubitarent, utrum ea tragoedia an drama satyricum fuerit. Quum enim apud Plutarchum legeretur, ὁ Σοφοκλέους Ἄδμητος, Reiskius, Od. Mueller (Prolegg. ad Mythol. p. 422), alii, fabulae titulum *Admetum* fuisse statuerunt; sed quam incerta eiusmodi conclusio sit, haud pauci veterum scriptorum loci documento sunt. (cf. Eur. fgm. 752. 762. 773. 774.): itaque fortasse rectius Welcker (p. 344.) et Ahrens fabulae *Alcestidis* nomen imposuerunt, quamquam etiam *Pheraeorum* titulus haud ineptus fuerit. Certe iidem rectissime eam tragoediis accensuisse videntur. Nam ratio, quam God. Hermanus (Praef. ad Eurip. Cycl. p. XVI.) de versu a Plutarcho servato repetiit, ut Sophoclis Alcestidem drama satyricam fuisse doceret, admodum infirma est, neque ad eius sententiam accessissent Urlichs (de Achaeo p. 72.) et Glumius (de Eur. Alc. p. 29.), si reliqua huius fabulae fragmenta nossent. Cur enim ille vs. dramatis satyrici suspicionem moveat? qui coniunctus cum aliis sine ulla offensione in tragoedia legi potuit: nam vox ἀλέκτωρ, de cuius significatione viri docti vel discordant, etiam apud Aeschylum (Agam. 1656. Eum. 822.) et Ionem (fgm. 38. 44. Poet. Trag. Fragm. III. p. 36. 40.) quamquam fortassis alia significatione, legitur. Atque Sophoclis fabulam fuisse satyricam eo minus credibile est, quo propius Euripidis Alcestis ad drama sat. accedit. — Quale discrimen inter utriusque poetae Alcestidem fuerit, hodie explorari nequit: sed id fuisse maximum concludit Ahrens e verbis grammatici, qui argumentum Alcestidis Euripideae scripsit, haec tradentis: παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιΐα. At equidem his verbis non multum tribuerim, quippe quibus manifestus error insideat, ut verissime Welcker (p. 347.) monuit. Similiter grammaticum, qui Philoctetae argumentum composuit, quum scriberet: κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἡ μυθοποιΐα, Euripidis Philoctetam ignorasse videmus.

I. (107.)

Plut. de orac. defect. 15. p. 417. F. καὶ μὴν ὅσας ἔν τε μύθοις καὶ ὕμνοις λέγουσι καὶ ᾄδουσι τοῦτο μὲν ἁρπαγὰς, τοῦτο δὲ πλάνας θεῶν κρύψεις τε καὶ φυγὰς καὶ λατρείας, οὐ θεῶν εἰσιν, ἀλλὰ δαιμόνων παθήματα καὶ τύχαι μνημονευόμεναι δι' ἀρετὴν καὶ δύναμιν αὐτῶν. καὶ οὔτ' Αἰσχύλος (ἀγνῶς supplet Welck.) εἶπεν (Suppl. 211)· „ἀγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν,". οὔτε ὁ Σοφοκλέους Ἄδμητος,

Οὐμὸς δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην.

Sententiam Thudichumus et Ahrens bene interpretati sunt: *matutino*

galli cantu ad laborem vocabatur. Nam contortam rationem, qua Welcker p. 346 hunc vs. explicuerat, ipse improbavit p. 1538. cf. Urlichs. de Achaeo. p. 72.

II. (108.)

Plut. Amator. 17, 20. p. 761. F. *Εἰ δήπου τι καὶ μύθων πρὸς πίστιν ὄφελός ἐστι, δηλοῖ τὰ περὶ Ἄλκηστιν, καὶ Πρωτεσίλεων, καὶ Εὐρυδίκην τὴν Ὀρφέως, ὅτι μόνῳ θεῶν ὁ Ἅιδης Ἔρωτι ποιεῖ τὸ προσταττόμενον· καίτοι πρός γε τοὺς ἄλλους, ὡς φησι Σοφοκλῆς, ἅπαντας „οὔτε τὸ ἐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν οἶδε, μόνην δὲ στέρξαι τὴν ἁπλῶς δίκην.“ αἰδεῖται δὲ τοὺς ἐρῶντας, καὶ μόνοις τούτοις οὐκ ἔστιν ἀδάμαστος οὐδ' ἀμείλιχος.* Integriorem hunc locum servavit Clem. Alex. Strom. II, 20. §. 124. p. 494. P. *εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία περὶ τοῦ Ἅιδου γράφει*

πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμονα,
ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
ἥδη, μόνην δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην.

Hos versus, quibus aliquis (Alcestis), ne ultro Orcum petat, admonetur, quin Welcker p. 346 recte huc rettulerit, vix ei dubium videbitur, qui Plutarchi verba supra allata et quae praecedunt satis consideraverit. — E postremis Plutarchi verbis Ritschelius (Sched. crit. Halis. 1829. p. 26.) hos vs. elicuit et cum antecedentibus confunxit:

ἐρῶντας αἰδεῖται δὲ, καὶ τούτοις μόνοις
οὐκ ἔστ' ἀδάματος οὐδ' ἀμείλιχός ποτε.

III. (109.)

Stob. CXXII, 11 Apostol. VIII, 83. b. (Arsen. XXIX, 71.) p. 455. ed Leutsch. Uterque c. l. *Σοφοκλέους.*

Α. Θανόντι κείνῳ συνθανεῖν ἔρως μ' ἔχει.
Β. Ἥξεις, ἐπείγου μηδέν, εἰς τὸ μόρσιμον.

Brunckius dedit *μ' ἔρως ἔχει.* Colloqui inter se videri Alcestidem et chorum egregie monuit Welcker. Vs. 2. fortasse scribendum est: *Ἔξεις· ἐπείγου μηδὲν εἰς τὸ μόρσιμον.* Gaisfordus post *ἥξεις* interpunxit.

IV. (110.)

Schol. Pind. Pyth. IV, 221. *Ὑπέρεια δὲ κρήνη ἐν ταῖς Φεραῖς, ὡς Σοφοκλῆς·*

Ὦ γῆ Φεραία, χαῖρε, σύγγονον θ' ὕδωρ,
Ὑπέρεια κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον.

Alcestidis ad mortem abiturae verba esse iam vidit Odofr. Mueller. l. c.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Quum in paucissimis quae supersunt huius fabulae fragmentis nihil inveniatur, ex quo eius argumentum concludi possit, omnino de eo incerti essemus, nisi inter Sophoclis reliquias sine fabulae nomine servatas versus quidam (fgm. 1) circumferretur, qui tantummodo ad Alcmaeonem pertinuisse potest. Similiter enim Aristoteles (Rhet. II, 23, 2.) e Theodectae Alcmaeone (cf. Theodect. Alcm. fgm. III. Poet. trag. Fragm. Vol. III. p. 118.) colloquium Alcmaeonis cum Alphesiboea habitum servavit, et Achaeum pariter atque Chaeremonem tragoedias Alphesiboeae nomine inscriptas (cf. Poet. trag. Fragm. Vol. III. p. 58. 117.) composuisse scimus. Itaque Sophoclem in hoc dramate eam historiam sibi elegisse tractandam probabile est, quam novimus ex Thuc. II, 102. Paus. VIII, 24, 4. Apollod. III, 7, 5 (in nominibus quidem dissentientibus, re autem convenientibus.) Alcmaeo enim, quum ob matris caedem a Furiis agitatus Argos reliquisset, Psophidem venit, ubi a Phegeo rege lustratus eius filiam Alphesiboeam (Arsinoam apud Apollod.) uxorem duxit eique monile illud fatale, quod iam parentibus suis exitio fuerat, dono dedit. Sed quum ne ibi quidem a morbo porsus liberaretur, Delphos se contulit Apollinemque de insaniae remediis consuluit. A quo responsum tulit, se in ea terrae parte a morbo liberatum iri, quae, dum scelus patraretur, nondum fuerit. Ad Acheloum igitur concessit, a quo iterum lustratus in solo a flumine aggesto urbem condidit et Acheloi filiam Callirrhoen in matrimonium duxit. Ex qua filios Acarnanum et Amphoterum accepit. Callirrhoe autem, quum cupidissime monile illud aureum expeteret, Alcmaeonem commovit, ut Psophidem iterum se conferret et torquem reposceret. Qui quum advenit Phegeo persuasit, vaticinio esse renunciatum, se furore tum liberatum iri, quum monile Delphos delatum et peplum Apollini dedicaverit. Ille Alcmaeoni confisus dedit. Quum vero a famulo nunciatum esset, Alcmaeonem ea Callirhoae traditurum, a Phegei filiis, Temeno et Axione, patris iussu circumventus e medio tollitur. Alphesiboeam autem id facinus improbantem fratres in arcam coniecerunt, conlectam Tegeam transvexerunt et Agapenori tradiderunt, Alcmaeonem ab ea interfectum esse simulantes. Ad extrema spectant Hygin. fab. CCXLV. Ovid. Met. IX. 407. Prop. I, 15, 15.

Alphesiboea suos ulta est pro coniuge fratres
Sanguinis et cari vincula rupit amor.

Ad eandem historiam quum Attianarum fabularum, *Alcmaeonis* et *Alphesiboeae,* (inter se vix diversarum) fragmenta pertineant, Welcker Attium Sophoclis exemplum secutum esse censet, praesertim quum Attianae Alcmaeonis fgm. 6 cum versibus quibusdam Sophoclis (fgm. 795.) conspirent, qui certam sedem nondum habeant et hanc ipsam ob causam ad Alcmaeonem referendi sint. Sed eiusmodi rationem cum in universum admodum incertam esse Ladewigus in

Anal. Scen. p. 1. sq. docuit, tum maxime in hac fabula incertissimam esse inde liquet, quod Attianae Alphesiboeae fgm. 7. cum Euripideae Alcmaeonis fgm. XXII convenit, quae res vel Hartungum (Eurip. Restit. I. p. 188) commovit, ut Attium Euripidis vestigia pressisse statueret. Quae quum ita sint, probanda nobis videtur Ladewigi (l. c. p. 29) sententia, Attium neutri poetae se addixisse, sed liberius argumentum suum tractasse dicentis. — Ut autem ad Sophoclis drama revertamur, Welcker egregie et Sophocleae poesis ingenio convenienter coniecit, historiam, quam supra attigimus, a poeta ita esse immutatam, ut Alcmaeo non Collirrhoes avaritia artibusque, sed oraculo quodam commotus Psophidem venerit, unde monile auferret et Apollini consecraret, ut tandem ab insania liberaretur. Alphesiboea autem redintegrato amore maritum recepit eiusque consilia omnibus viribus iuvit, quippe sperans fore, ut sublato morbo reliquam vitam tranquille cum ea peragere posset. Fratres autem sive veriti, ne Alcmaeone recepto ipsi regno privarentur, sive alia ratione ducti unum ex Alcmaeonis servis incitasse videntur, ut Alcmaeonem aliam uxorem duxisse eique monile illud pretiosum traditurum esse simularet. Quo nuntio Phegeus ita exacerbatus est, ut filios Alcmaeonem interficere iuberet. Qui patris iussum exsequi non dubitarunt. Alphesiboea autem etiamnunc coniugis amantissima fratribus crudele facinus acerbissime exprobrat, ab his vero in vincula conlicitur. — Haec sunt, quae de fabulae argumento in universum disputari possunt: nam singula quomodo Sophocles instituerit, latet nos.

I. (111.)

Priscian. Vol. II. p. 415. ed. Krehl. *Sophocles, teste Seleuco, profert quaedam contra legem metrorum, sicut in hoc:*

Ἀλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατήρ —

Hic quoque iambus a trochaeo incipit. — Welcker. hunc vs. ad prologum refert, de cuius metrica ratione vide G. Herm. El. Doctr. Metr. p. 44. 60.

II. (112.)

Porphyr. Quaest. Hom. I. *τὸ ἐπήβολος σημαίνει τὸν ἐπιτυχῆ καὶ ἐγκρατῆ. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι·*

Εἰθ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν
ἐπήβολον καλῶν σε.

Eundem locum Eustath. p. 1448, 6 ex Porphyrio et p. 625, 37 sine fabulae nomine affert, omisso *πως*, pro quo Dindorf. maluit *καί*.

III. (113.)

Hesych. *Αἰνῶ· παρίημι, παραιτοῦμαι. καὶ ἐπαινῶ. Σοφ. Ἀλμαίωνι* (sic). Consentiunt Grammat. in Bekk. An. Gr. I. p. 358, 28. et Suid. v. *αἰνῶ· παραιτοῦμαι. Σοφοκλῆς· καὶ ἐπαινῶ* (*καὶ αἰνῶ σε* addit Su.) cf. Plut. de aud. poet. 6. p. 22. F. sq.

IV. (114.)

Hesych. Ἀραίας, βλαβερᾶς. Σοφ. Ἀλκμαίωνι. Paulló aliter Etym. M. p. 134, 37. ἀραιὰς, τὰς βλαπτικὰς νῆας (Hes. Op. 809.) Sed iam antiquitus inter se ἀραῖος et ἀραιὸς confusa esse idem docet Etym. M. p. 134, 23. ἀραίην, ἀσθενῆ, ἀδύνατον. ἔστιν ὅτε σημαίνει καὶ λεπτήν. παρὰ τὸ ῥαίω, μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α, ἀραιή. ἢ βλαβερὰν, ἢ μακρὰν ἢ εὐκταίαν. p. 134, 16. Καὶ ἀραῖα, βίαια, δεινὰ, χαλεπὰ, ὀδυνηρά. σημαίνει δὲ καὶ τὰ εὐκταία. cf. Suid. v. ἀραῖος.

Ad hanc fabulam praeterea Valck. Diatr. p. 150. C. versus quosdam incerti poetae a Plutarcho (de aud. poet. 13. p. 35. E. de inimic. util. 5. p. 88. F.) servatos rettulit, quibus Adrastus et Alcmaeo inter se colloquuntur. Sed quum Adrastus in hac fabula nullo modo partes agere potuerit, versus istos, si quidem Sophoclis sint, vix in alia fabula quam in *Epigonis* locum habere potuisse intelligitur. Rectius autem fecisse nobis videmur, quod eos inter incertorum tragicorum reliquias (fgm. CXXII. Poet. Trag. Vol. III. p. 202.) recepimus, quum omnes fere poetae tragici Alomaeonis historiam tractaverint.

ΑΜΥΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Huius dramatis argumentum iis contineri videtur, quae narrat Apollodorus (I, 9, 20.): ἀπὸ δὲ Μυσίας ἀπῆλθον (sc. οἱ Ἀργοναῦται) εἰς τὴν Βεβρύκων γῆν, ἧς ἐβασίλευσεν Ἄμυκος, Ποσειδῶνος παῖς καὶ Βιθυνίδος. γενναῖος δὲ ὢν οὗτος τοὺς προσχόντας ξένους ἠνάγκαζε πυκτεύειν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνῄρει. παραγενόμενος οὖν καὶ τότε ἐπὶ τὴν Ἀργὼ τὸν ἄριστον αὐτῶν εἰς πυγμὴν προυκαλεῖτο. Πολυδεύκης δὲ ὑποσχόμενος πυκτεύσειν πρὸς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν αὐχένα ἀπέκτεινε. τῶν δὲ Βεβρύκων ὁρμησάντων πρὸς αὐτὸν ἁρπάσαντες οἱ ἀριστεῖς τὰ ὅπλα πολλοὺς φεύγοντας φονεύουσιν αὐτῶν. Idem refert Hygin. fab. XVII. cf. Apoll. Rhod. II. init. Qua ratione autem fabula adornata fuerit neque ex fragmentis neque aliunde liquet. Picturam huc spectantem descripsit O. Iahn. in Annal. Societ. lit. Sax. 1847. p. 247.

I. (115.)

Athen. IX. p. 400. B. τῇ δὲ τὸν λαγὸν ἐνικῇ αἰτιατικῇ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀμυκῷ σατυρικῷ πληθυντικὴ ὀνομαστικὴ

γέρανοι, χελῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.

Ἰκτῖνοι habet Athenaei epitome, ἴκτινοι reliqui libri. ἰκτῖνοι καὶ grammaticus Hermanni p. 320, ἰκτὶς καὶ λαγοὶ gramm. Mss. apud Brunck. (Lex. Soph. v. λαγὸς) et in Cram. An. Gr. Paris. IV. p. 245, 23.

τὸ μὲν λαγὸς κοινὸν ὢν εὕρηται παρὰ Σοφοκλεῖ „γλαῦκες, ἰκτὶς καὶ λαγοί.“ Formam ἰκτῖνος tuetur Herodian. ap. Eustath. p. 1825, 12. ἴκτινος Draco p. 53, 8 et Etym. M. s. v. p. 475, 35. (fgm. 931.) — Eundem vs. Athenaeus paullo post (p. 400. C.) iterum sic affert: λέγουσι δὲ καὶ Ἀττικοὶ λαγὸς ὡς ὁ Σοφοκλῆς· „γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.“

II. (116.)

Athen. III. p. 94. E. σιαγόνος δὲ Κρατῖνος Πλούτοις „περὶ σιαγόνος βοείας μαχόμενος.“ καὶ Σοφοκλῆς Ἀμύκῳ·

σιαγόνας τε δὴ μαλθακὰς τίθησι.

Porso Adv. p. 61. correxit: σιαγόνας τε μαλθακὰς τίθησι δή. Sed scribi etiam possit: σιαγόνας τε δὴ τίθησι μαλθακάς.

Praeterea Blomfield. (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 144.) ad *Amycum* referri vult fragmenta, quae ex *Eumelo* citantur. Vide hanc fab.

ΑΜΦΙΑΡΕΩΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Huius fabulae quale fuerit argumentum neque ex fragmentis neque aliunde patet; itaque ad coniecturam ex titulo faciendam confugiendum est. Ac mihi quidem illud in universum iis describi videtur, quae habet Apollod. III, 6, 2. Ἀμφιάραος δὲ ὁ Ὀϊκλέους μάντις ὢν καὶ προειδὼς ὅτι δεῖ πάντας τοὺς στρατευσαμένους χωρὶς Ἀδράστου τελευτῆσαι, αὐτός τε ὤκνει στρατεύεσθαι καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπέτρεπε. Πολυνείκης δὲ ἀφικόμενος πρὸς Ἴφιν τὸν Ἀλέκτορος ἡξίου μαθεῖν, πῶς ἂν Ἀμφιάραος ἀναγκασθείη στρατεύεσθαι, ὁ δὲ εἶπεν, εἰ λάβοι τὸν ὅρμον Ἐριφύλη. Ἀμφιάραος μὲν οὖν ἀπεῖπεν Ἐριφύλῃ παρὰ Πολυνείκους δῶρα λαμβάνειν, Πολυνείκης δὲ δοὺς αὐτῇ τὸν ὅρμον ἠξίου τὸν Ἀμφιάραον πεῖσαι στρατεύειν. ἦν γὰρ ἐπὶ ταύτης. γενομένης γὰρ αὐτῆς [ὀργῆς. Galeus] πρὸς Ἄδραστον ὤμοσε περὶ ὧν Ἄδραστος [Ἀδράστῳ Emper.] διαφέρηται Ἐριφύλην συγχωρῆσαι. ὅτε οὖν ἐπὶ Θήβας ἦν στρατεύειν, Ἀδράστου μὲν παρακαλοῦντος, Ἀμφιαράου δὲ ἀποτρέποντος, Ἐριφύλη τὸν ὅρμον λαβοῦσα ἔπεισε τὸν Ἄδραστον [leg. Ἀμφιάραον] στρατεύειν. Summa igitur dramatis in eo posita erat, ut Amphiaraus, quamvis vates esset, ab omnibus deciperetur, et opportunitate data vatum genus simul ludibrio haberetur. Si quis autem dubitet, num illud argumentum in dramate satyrico tractari potuerit, consideret velim, ab Achaeo in dramate satyrico etiam Alcmaeonem esse introductum, cuius historia satyris multo minus ludendi opportunitatem praebuerit, quam Amphiarai, quem uxor tam belle circumvenit. Ac fortasse, quum dramatum satyricorum et comoediarum argumenta;

quam conveniant, Sophoclis fabulam haud dissimilem Aristophanis Amphiarai (de qua comoedia vide quae disputavit Th. Bergkius ad Aristoph. Fragm. p. 1055.) fuisse probabiliter aliquis coniecerit.

I. (117.)

Schol. Aristoph. Ran. 481. *ἀλλ' ὠρακιῶ· ἀντὶ τοῦ ὀχριῶ, φροντίζω. ὥρα* (leg. *ὦρα*) *γὰρ ἡ φροντίς. ἐκ δὲ φροντίδος ἐκλύεταί τις.* ***ὠρακιᾶσαι δὲ λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὀχριᾶσαι. ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίζειν. τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ. τὸ ὀχριᾶσαι θλιβομένης τῆς καρδίας. τοῦτο δὲ πολλοῖς γίγνεται.*** [Verba *ἀπὸ — — — ὀχριᾶσαι* desunt in codd. Rav. Ven., quorum ille etiam verba *ὠρακιᾶσαι — — φόβου ὀχριᾶσαι* non habet.] Hinc Brunckius hunc versum tanquam Sophocleum exhibuit: „*τὸ δ' ὠχριάσθαι θλιβομένης τῆς καρδίας.*“ Iure autem Dindorfius in adnot. ad schol. eum improbavit (praecipue quum apud scholiastam inepta illa et supervacanea adnotatio *τοῦτο δὲ πολλοῖς γίγνεται* accedat) et codicis Veneti vestigia secutus probabiliter scholiastae verba sic redintegravit: *ὠρακιᾶσαι δὲ λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὀχριᾶσαι. τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφ. σατ. θλιβομένης γὰρ τῆς καρδίας πολλοῖς τοῦτο γίγνεται.* cf. Suid. v. *ὠρακιάσας* — *καὶ ὠρακιᾶσαι λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριᾶσαι θλιβομένης τῆς καρδίας. τοῦτο δὲ πολλοῖς γίνεται. παρὰ τὸ τὴν ὥραν αἰκίζεσθαι, ὅ ἐστι τὴν μορφήν.* cf. Etym. M. p. 823, 34. Nihil igitur praeter verbum *ὠρακιᾶσαι* Sophoclis est.

II. (118.)

Schol. Aristoph. Vesp. 1510. *πιννοτήρης δὲ οὐκ ἄλλως, ἀλλ' ἐπὶ καρκινιόν τί ἐστι σύννομον καὶ ἀεὶ ταύτῃ προσδεχόμενον. Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ*

ὁ πιννοτήρης τοῦδε μάντεως χορῶν.

Ἄλλως. πίννα ὄστρεόν ἐστι. τοῦτο ὑποδέχεται καρκίνος. καὶ ὅταν εἰσέλθῃ μικρὸν ἰχθύδιον, δάκνει τὴν πίνναν καὶ συστέλλει τὸ ὄστρακον καὶ ἐναποκλείει τὸ ἰχθύδιον. Brunckius locum corruptum esse ratus correxit; *τοῦδε χωρεῖ μάντεως*, sed Ellendtius (Lex. Soph. II. p. 57.), postquam monuit, *μάντεως* adiective h. l. dici, (quod etiam aliis locis fit. v. c. Pind. Isthm. 5, 49. Pyth. 11, 33. Eur. Med. 234. Hipp. 346.) eum tuitus est his verbis: in satyrico enim Amphiarao apertum est plures productos esse augures et coniectores, de quorum uno, corpore ut videtur, brevissimo ridicula dicta illa sunt, quae ad Carcini filios festive transtulit Comicus.“ At videndum est, ne iusto plura vir doctissimus e versu isto concluserit, de quo certi quid statuere difficillimum est, quum versus per se sententiam satis perspicuam non praebeat, reliqui autem, quibuscum coniunctus fuerit, interierint.

III. (119.)

Athen. X. p. 454. F. allatis Euripidis (fgm. 385.), Agathonis (fgm. 4. Poet. Trag. Fragm. Vol. III. p. 75.) et Theodectae (fgm. 7. Ibid. p. 120.) versibus, quibus homines artis scribendi ignari literarum formas describentes personarum nomina designant, Sophoclis

meminit hominem inducentis, qui literarum figuras non verbis, sed gestibus et saltando expresserit, haec scribens: *καὶ Σοφοκλῆς δὲ τούτῳ παραπλήσιον ἐποίησεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ τὰ γράμματα παράγων ὀρχούμενον.*

IV. (120.)

Schol. Plat. p. 378. Bek. (53. R.) *Παροιμία „ὁ ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει* (cod. *φύσει*, quod correctum est e Zenob. l. c.).“ *κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ λέγων· „ἔτ' αὖ * * ὥσπερ ἁλιεὺς πληγεὶς * * ενων διδάσκαλος.“* Locum haud male Ahrens sic restituit:

ἔτ' αὖ[τὸς] ὥσπερ ἁλιεὺς πληγεὶς [φρ]ενῶν
διδάσκαλος.

De proverbio autem cf. Zenob. II, 14. *ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει· αὕτη παραπλήσιόν τι λέγει τῷ „ᾠέχθεν δέ τε νήπιος ἔγνω.“ Ἁλιεὺς γάρ, ὥς φασι, ἁλισκομένους ἐν τῷ λίνῳ ἰχθῦς μετεχειρίζετο, καὶ πληγεὶς ὑπὸ σκορπίου, ἔφη, πληγεὶς νοῦν οἴσω, καὶ ταῖς χερσὶν οὐκέτι τῶν νεοθηρεύτων ἰχθύων ἥπτετο. Μέμνηται αὐτῆς Σοφοκλῆς.* Similia tradunt Diogenian. II. 31. Greg. Cypr. I, 54. Apost. II, 53. Arsen. p. 41. Suid. s. v.

V. (121.)

Hesych. *Ἀγνίσαι· ἀποθῦσαι.* [*Εὐριπίδης* supplent viri docti] *Βουσίριδι. καὶ διαφθεῖραι. Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ.* cf. Bekk. An. Gr. p. 339, 8. Bachm. An. Gr. I. p. 24, 25. *ἀγνίσαι· τὸ θῦσαι. διαφθεῖραι κατ' ἀντίφρασιν. οὕτω Σοφοκλῆς.* cf. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 815.

VI. (122.)

Hesych. *Ἀλεξαίθριον· θερμὸν σκέπασμα. Σοφ. Ἀμφιαράῳ.*

VII. (123.)

Cf. Alead. fgm. XVI.

VIII. (124.)

Cram. Anecd. Gr. Oxon. I. p. 344, 7. *Πολιοῖο* (Il. κ', 324.)· *ὄνομα ἐπιθετικόν. οὐκ ἀγνοοῦμεν τὴν ἀκριβῆ γραφὴν πελίοιο· οὐ γὰρ ἀρμόζον* (*ἀρμόζοντος* cod.) *τῷ ἐπὶ κατασκοπὴν* (*κατὰ συγκοπὴν* cod.) *ἐξιόντι λαμβάνειν λευκὸν δέρμα· πελιοῦ γὰρ παρὰ τὸ πέλλω.*

ἔνθ' οὔτε πέλλεις οἵ' ἄγραυλος βοτός.

Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ. Ἑλλάνικος δέ· „καὶ τον Πελίαν ὠνόμαζον (*ὠνομάζετο* cod. quod correxit Schneidewin. Conj. crit. p. 99.), *ἐπεὶ ἐπελιώθη ἡ ὄψις λακτισθέντι ὑπὸ τοῦ ἵππου“ χωρὶς εἰ μή τις λαμβάνει κατ' ἀντίφρασιν τοῦ μέλανος.* Ex his verbis luculenter apparet, quod Schneidewinus l. c., Duentzer in Schneidewini Philologo. III. p. 138., Dindorfius (in Steph. Thesaur. Paris. VI. p. 705.), alii, monuerunt, non huc, sed ad *Pastores* referendum esse Erotiani locum

Lex. p. 306. *Πέλον*: *ὑπόφαιον· ἀγνοοῦντες δέ τινες γράφουσι πέλιον. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ φησί·*

κυνὸς πέλης τε μηκάδος βοὸς ῥινόν.

Libri *ῥινέων* vel *ῥηνέων*. Bruncknus *ῥινὸν βοός*. Versum priorem sic restituit Cramer:

ἔνθ' οὔτε πέλλεις οἷά τ' (*οἷον* Ahrens) *ἄγραυλος βοτὴρ*

ut de *πέλλω* verbo non dubitasse videatur. „Id autem, inquit Schneidewinus l. c., novum est et inauditum. Ut grammatici doctrinam depravatam esse intelligamus et tenor ipse admonet et suggerit memoria Erotiani l. c. Errorem monstrant Anecdota Crameri. Obscurior tamen est doctrina Erotiani, nam *πέλος* an *πέλιος* ex poeta attulerit vix dignoscas. In fragmento Amphiarai coniecceris sic fere scribendum esse:

ἐνδύντα πελλῆς ῥινὸν ἀγραύλου βοός.

Memorantur enim formae *πέλος*, *πελλὸς* (Theocr. V. 99. *τὰν οἶν τὰν πελλάν*) *πελιός*, ut apud Phot. p. 408, 6. *πελιοί· μέλανες, σκοτεινοί*. Hesych. *Πελλόν· φαιὸν χρῶμα ἐμφερὲς τῷ πελιδνῷ*. Accuratissime Etym. M. p. 659, 35. *Ἐτυμολογεῖται* (*πέλεια*) *παρὰ τὸ πέλαν* (*πέλον* cod. Par.), *ὃ σημαίνει τὸ μέλαν. — καὶ πελίωμα, τὸ μέλαν* (*τὸ μελανὸν χρῶμα* cod. Havn. cum Etym. Gud. p. 458, 27.). *καὶ γὰρ πέλλην* (cod. Havn. *πέλην*. corrige *πέλον* vel *πελλὸν*) *λέγουσι βοῦν τὸν τοιοῦτο χρῶμα ἔχοντα. καὶ Πέλλη πόλις Μακεδονίας, ὅτι βοῦς αὐτὴν εὗρε πέλλη τὸ χρῶμα* (v. Sturz. de dial. maced. p. 44.). *καὶ ὁ Πελίας, ὄνομα*. Mihi probabile est, recte Salmasium *πελλὸς* desiderasse apud Sophoclem etiam in altero fragmento, v. Ellendt. Lex. Soph. II. p. 545, ut Erotianus *πελιὸν* formam reiecisse censendus sit. Unde Sophoclis verba *ἐν Ποιμέσι* haec videntur fuisse:

Κυνὸς πελλῆς τε μηκάδος βοὸς
ῥινόν.

Nunc non sine laetitia video Franzium ad Erot. l. c. *πέλλης* afferre ex cod. D., in lemmate *πέλλον* ex Barthii, Eustachii et luntae exemplaribus. Probavit igitur *πέλλος* — de accentu dixit Ellendt. l. c.“ — Vix dubitari potest, quin recte Schneidewinus apud Erotianum *πέλλον* (vel rectius *πελλὸν*) scribendum (cf. etiam Galen. gl. Hippocr. p. 542.) ac statuendum esse dixerit, illum formam *πελιὸς* reprobasse et reprehensionis firmandae causa Sophoclis versum (e *Pastoribus* ductum) attulisse, in quo altera forma infuerit. Num vero idem vir doctissimus utrumque fragmentum recte emendaverit, dubitari potest: certe in Ampharai versu Lobeckii correctio *ἐνθοῦ τε* propius ad vulgatam accedit, quae fortasse servanda erat, ut iure Duentzer l. c. monuit. Egregie vero *Ποιμένων* locum exhibuit, nisi forte Dindorfio l. c. credere malumus, qui Erotianum duos Sophoclis locos inter se similes confudisse dicens Sophoclem in *Pastoribus* sic scripsisse censet:

αἰγός τε πελλῆς μηκάδος.

Quae coniectura eo commendari videtur, quod μηκάς insolitum vaccae epitheton est. At cavendum, ne speciosa opinione in errorem rapiamur.

IX. (125.)

Schol. Ael. H. A. III. 10. Zonar. Lex. p. 1742. Τρασιά λέγεται ὁ τόπος ἔνθα τὰ σῦκα ξηραίνεται παρὰ τὸ τερσαίνειν. ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐν (τῷ ἑτέρῳ addit Zonar., quod e compendio male intellecto vocis σατυρικῷ originem duxisse videtur) Ἀμφιαράῳ ἐπὶ τῆς ἅλω ἐτίθη τὴν λέξιν. cf. Schol. Aristoph. Nub. 50. et hinc Suid. s. v. Polluc. VII. 144. Phot. p. 598, 13. Hesych. s. v. Iacobs. ad Ael. p. 102.

Inter Amphiarai reliquias Meursius praeterea recepit locum Strabonis IX. p. 399. (fgm. 195.), quem Brunckius quamquam dubitans secutus est. — Rectius fortassis huc rettuleris fgm. 916.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

De *Amphitryonis* argumento viri docti plane incerti sunt, quum fragmenta lucis nihil afferant ac ne constet quidem, num fabula fuerit satyrica an tragoedia. Sed quoniam inter *Attii* fabulas, quas ex parte ad Sophoclis exemplar compositas esse constat, *Amphitruo* citatur, (quamvis ex eius fragmentis argumentum cognosci nequeat), Sophoclis drama inter tragoedias referendum esse probabilius est. In quo, si Welckerum (p. 371. sq.) audimus, Alcmena se ipsam praemium ei exposuit, qui fratrum caedis a Pterelai filiis aut Taphiis, (quos poetae Teleboeos dicunt) qui Electryoni, Persei filio, Mycenarum regi, greges rapuerant, poenas petiverit. Amphitryo, Alcaei filius, Tyrinthis rex, ultione exacta Alcmenam accepit. Ita narrat Schol. Apoll. Rhod. I, 747. adiectis verbis: ἡ ἱστορία σαφῶς παρ' Ἡσιόδῳ. Sed in Hesiodi *Scuto Herculis* Amphitryo ipse cum Electryone de bubus certans eum interfecit (11. 82.) posteaque cum Alcmena Thebas fugit, ubi a Creonte, Thebarum rege, expiaretur. Ab his paucis differunt, quae ab Apollodoro (II, 4, 6.) narrantur. Ibi enim Amphitryo non ira accensus, sed casu Electryonem necat, ideoque a Sthenelo ex Argivorum terra expellitur." — Sophoclis fabulam Aeschylus Alexandrinus (cf. Poet. Trag. Fragm. III. p. 180.) imitatus esse videtur.

I. (126.)

Schol. ad Soph. OC. 390. Εὔσοιάν φασιν τὴν εὐθένειαν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι

Ἐπεὶ δὲ βλάστοι, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν
εὖσοιαν ἀρκεῖ.

Welcker his verbis, quae Tiresias in fabulae fine protulerit, ut Herculem ex Alcmena pariendum respici suspicatur, ut sententia sit: Iovem Herculi vitam periculosam victuro tria tutamenta concessurum esse, quorum vel unum sufficere ad eum servandum queat, donec ad deos vocetur. — Quae tres istae εὖσοιαι sint, haud improbabiliter exposuit Thudichumus (apud Welck. p. 1542,) in hunc modum disputans: quemadmodum in fgm. 807. tria mortis, in fgm. 336. tria fortunae genera commemorantur, ita hoc fragmentum in hunc modum videtur accipiendum: nisi natus est, ut dives aut rex sit, sufficit, ut validus sit, sicut Hercules semper fuit."

II. (127.)

Hesych. *Ἀμφιτέρμως· ἀποτετερματισμένως· Σοφ. Ἀμφιτρόωντι.*

III. (128.)

Hesych. *Ἄτμητον. ἀμέριστον, ἀτραυμάτιστον. Σοφ. Ἀμφιτρόωντι.*

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ. * Vide Fgm. 460.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Huius fabulae quale fuerit argumentum cognoscimus ex Eratosth. Catast. c. 16. *Τὴν Κασσιέπειαν ἱστορεῖ Σοφοκλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἐν Ἀνδρομέδᾳ ἐρίσασαν περὶ κάλλους ταῖς Νηρηίσιν εἰσελθεῖν εἰς τὸ σύμπτωμα, καὶ Ποσειδῶνα διαφθεῖραι τὴν χώραν κῆτος ἐπικέμψαντα, δι' ἣν [αἰτίαν] πρόκειται τῷ κήτει ἡ θυγάτηρ οἰκείως.* Id. c. 36. *Τοῦτό* (sc. *τὸ κῆτος*) *ἐστιν ὃ Ποσειδῶν ἔπεμψε Κηφεῖ διὰ χὸ Κασσιέπειαν ἐρίσαι περὶ κάλλους ταῖς Νηρηίσιν. Περσεὺς δ' αὐτὸ ἀνεῖλε; καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὰ ἄστρα ἐτέθη ὑπόμνημα τῆς πράξεως αὐτοῦ. ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Σοφοκλῆς ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ.* cf. Hygin. Poet. Astr. II, 10. *De hac (sc. Cassiepeia) Euripides et Sophocles et alii complures dixerunt, ut gloriata sit, se forma Nereidas praestare: pro quo facto inter sidera sedens in siliquastro constituta est: quae propter impietatem vertente se mundo resupinato capite ferri videtur.* Ex his locis idem argumentum ab utroque poeta tractatum esse apparet, nec latet nos ratio, qua Euripides fabulam conformaverit, quum haud pauca ex ea fragmenta supersint multique scriptores ad eam respexerint (cf. Eurip. Fragm. p. 56—82.) Qua ratione autem Sophocles eam instituerit neque ex fragmentis neque aliunde cognosci potest: attamen vix credibile est, quod Brunckius sibi aliisque persuadere studuit, fabulam fuisse satyricam. Opinionis meminit

suae rationem haud dubie repetiit e fragm. IV, quo satyrorum in dramate mentionem factam esse traditur; sed aliud est, de satyris loqui, aliud satyros introducere. Etiam in Euripidis Bacchis (vs. 135) *σάτυροι* commemorantur, neque tamen ea fabula satyrica fuit. Accedit quod ineptum fuisset, si Andromeda propter matris crimen doloribus cruciata satyrorum risum movisset.

I. (129.)

Hesych. *Κουρίον· Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ· ἡμιοντὸν κόριον ἠρέθη πόλει. νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις θνηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος τῷ Κρόνῳ.* Quae Scaliger sic emendavit:

Αἱμόρρυτον κούρειον ἠρέθη πόλει·
νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κρόνῳ
θνηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

Schweighaeus. ad Athen. T. IV. p. 30. *ἢ τὸ μιαρὸν κούρειον ἠρέθη πόλει· νόμος γάρ ἐστιν οὗτος τοῖσι κτλ.* omissis verbis (*τῷ*) *Κρόνῳ*, quae poetae esse negat. **Brunckius:** *ἡμῖν σύ τοι κούρειον ἠρέθης κτλ.* in reliquis cum Scaligero consentiens. **Ahrens:** *αἱμορρόεν τὸ κόριον κτλ.* sed in fine vs. 3. praeeunte Buttmanno (in Actis Acad. Boruss. a. 1814. p. 174.) *γέρας* pro *γένος*. **Welcker** p. 351. *ἀμίαντον ὂν κτλ.* **Probabiliter** monuit Ellendt. (I. p. 980.), sermonem esse de Andromeda videri, quae cum *hostia* comparetur festo *κουρεώτιδος* die curialibus in coenam dari apud Athenienses solita. cf. Etym. M. p. 533, 35. *οὕτω δὲ* (sc. *κούρειον*) *καλεῖται ἐν Ἀττικῇ τὸ ἱερεῖον τὸ θυόμενον, ἡνίκα ἐγράφοντο οἱ κοῦροι εἰς τοὺς φράτορας. τοῦτο δὲ καὶ μεῖον ἐλέγετο. —— ἡ δὲ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐποιοῦντο, Κουρεῶτις ἐλέγετο.* Schol. ad Aristoph. Ran. 798 (810.) Bekk. An. p. 273, 1. Inde simul Scaligerum recte *κούρειον* scripsisse intelligitur, quo etiam variae scripturae *κουρίον* et *κόριον* apud Hesych. ducunt. Non minus probabiliter idem vir doctissimus *αἱμόρρυτον* (cf. Aesch. fgm. 225.) scripsisse videtur pro *ἡμίοντον*, quippe quod, etiamsi significare possit: *semivulneratus* et ex analogia vocum *ἄοντος, ἀνούτατος, νεούτατος* formatum sit, ferri tamen vix queat, quum aptam sententiam non praebeat. —

II. (130.)

Athen. XI. p. 582. D. *ὅτι δὲ καὶ πλοῖον ἡ κύμβη Σοφοκλῆς ἐν Ἀνδρομέδᾳ φησίν.*

Ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα;

Eundem vs. affert Eustath. p. 1200, 56. adiuncta interpretatione: *ἐκπότης ἥκεις ἢ διὰ πλοίου.* Huc sine dubio etiam spectavit Phot. p. 187, 3. *κύμβη, πλοίου εἶδος. Σοφοκλῆς.*

III. (131.)

Phrynich. p. 374. ed. Lobeck. *Πολλὴν διατριβὴν ἐποιησάμην ἐπι-*

σκοπούμενος εἰ μόνον λέγεται πρόσφατος νεκρὸς καὶ μὴ πρόσφατον πρᾶγμα. εὑρίσκετο δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ τιθεὶς οὕτω·

μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπιστολάς.

Th. Bergkius (Reliqu. Com. p. 218.) corrigit: μηδὲν φοβεῖσθε.

IV. (132.)

Schol. Theocr. IV, 62. Τοὺς σατύρους ἀκρατεῖς (hanc vocem addidit Casaub. de satyr. poes. I, 5. ex scholio inferiore) οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ τοὺς Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ (fgm. 22.), Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ.

V. (133.)

Pollux X, 120. Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ αὐτοχειλέσι ληκύθοις ἔφη δηλῶν ἁλαβάστους μονολίθους. Hemsterhusius correxit αὐτολίθοις ληκύθοις quod Brunckius, Ellendtius, alii collato αὐτόξυλος (Phil. 35.) probant. Sed lubricum est de verbis e sermonis continuitate eruptis recte iudicare.

VI. (134.)

Hesych. Ἀμβλύσκει. ἐξαπλοῖ· κυρίως δὲ ἐπὶ ἀμπέλου. καὶ ἐκτρώσκει. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ.

VII. (135.)

Hesych. Ἀμφιπρυμνον· πλοῖον ἑκατέρωθεν πρύμνας ἔχον. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ. cf. Suid. v. ἀμφιπρύμναις. Zon. p. 151.

VIII. (136.)

Hesych. Ζευξίλεως· ζευκτὸς λαός· ἢ ᾧ ὑπεζευγμένοι εἰσὶ λαοί. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ. Posteriora etiam auctoris nomine omisso habent Phot. p. 53, 7. Eustath. p. 401, 11. Suid. s. v. Eustathius reperiri ait παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον, unde patere Ellendtius (I, p. 741.) monet apud Hesych. ζευκτὴς λαοῦ scribendum esse, cui interpretationi deinde sequentia explicandi gratia addantur.

IX. (137.)

Etym. M. p. 272, 3. Δίγονος μάσθλης· διπλοῦς ἱμάς· ἢ ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὴν βαφὴν ἦν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκέχρωστο. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ· Ἰδοὺ δὲ φοινὸν μάσθλητα δίγονον. Brunckius correxit φοίνιον locumque sic dedit:

ἰδοὺ δὲ φοίνιον
μάσθλητα δίγονον.

Heath. φόνιον. Pro δίγονος erant qui δίχροος mallent. Sed δίγονος firmatur Hesychio s. v. δίγονος μάσθλης, ὁ διπλοῦς ἢ δυσὶ χρώμασι κεχρωσμένος (cod. κεχρημένος). Idem huc respexit confusis μάσθλη et

μάσθλης vocibus s. v. μάσθλη. τὰς (leg. μάσθλητας) τομοντὰς (ἱμαντωτὰς Schweigh.) ἡνίας. καὶ γὰρ [ἱμὰς addit Schweigh.] ἡ μάσθλη. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ καὶ Συνδείπνοις.

X. (138.)

Phot. p. 317, 7. Οἰήτας· τοὺς κωμήτας. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ. cf. Hesych. Οἰάταν, κωμήτην. οἶαι γὰρ αἱ κῶμαι. cf. Elmsl. ad OC. 1061. Od. Muell. Dor. I. p. 78.

XI. (139.)

Hesych. Σαλητόν· Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ· ἀντὶ πατρός· ἢ βαρβαρικὸν χιτῶνα. οἱ δὲ καὶ μεσόλευκον αὐτὸν εἶναί φασι, Pro πατρὸς corrigunt σαράκιδος propter Hesych. v. σάρητον· ὁ σάραπις· καὶ εἶδος χιτῶνος. cf. Pollux. VII, 61. ὁ δὲ σάραπις, Μήδων τὸ φόρημα, πορφυροῦς μεσόλευκος χιτών. Quae correctio si vera est, pro σαλητὸν ex altero loco σάρητον restituendum videtur, nam etiam Phot. p. 501, 24 scribit: σάρητον. βαρβαρικὸς χιτών. Sed haud scio an rectius apud Hesychium corrigatur: Ἀντίπατρος βαρβαρικὸν χιτῶνα, οἱ δὲ κτλ. Similiter Antipatri nomen apud schol. Venet. ad Aristoph. Ar. 1403 in ἀντὶ πατρὸς depravatum est.

ΑΝΤΗΝΟΡΙΑΔΑΙ.

Antenoridarum argumentum e Troica historia petitum fuisse docet hypothesis Aiacis auctor, cuius verba ad Aethiopes attulimus. Ad quale fuerit neque inde neque aliunde certo discimus. Huc tamen spectare suspicantur viri docti Strab. XIII, 1, 53. p. 608. Σοφοκλῆς γοῦν ἐν τῇ ἁλώσει τοῦ Ἰλίου παρδαλέαν φησὶ πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀντήνορος προτεθῆναι σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν. τὸν μὲν οὖν Ἀντήνορα καὶ τοὺς παῖδας μετὰ τῶν παραγενομένων Ἑνετῶν εἰς τὴν Θρᾴκην περισωθῆναι· κἀκεῖθεν διεκπεσεῖν εἰς τὴν λεγομένην κατὰ τὴν Ἀδρίαν Ἑνετικήν· τὸν δὲ Λίνειαν μετ' Ἀγχίσου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου λαὸν ἀθροίσαντα πλεῦσαι. De pardalis pelli Antenoris aedibus affixa sermo quidem etiam in Aiace Locro (fgm. IV.) fuit, ideoque Strabonis verba a nonnullis viris doctis ad istam fabulam relata sunt, sed quoniam eadem res in Antenoridis praetermitti vix potuit et reliqua, quae simul cum ea a Strabone narrantur, locum habere nisi in hac fabula non potuerunt, Strabonem omnia ex ea hausisse probabile est. Quum inde (et ex aliis Strabonis locis v. c. I. p. 48. V. p. 212. XII. p. 552.) autem Antenoridas cum Venetis coniunctos fuisse cognoscatur, etiam Polybium (II, 7. 6) haec scribentem: τὰ δὲ πρὸς τὴν Ἀδρίαν ἤδη προσήκοντα γένος ἄλλο παλαιὸν διαπεσέχει· προσαγορεύονται δὲ Οὐένετοι, τοῖς μὲν ἔθεσι καὶ τῷ πάσῃ βραχὺ

διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ' ἄλλοίᾳ χρώμενοι. Περὶ ὧν οἱ τραγῳδοποιοὶ πολύν τινα πεποιηνται λόγον καὶ πολλὴν διατίθενται τέρψιν. maxime ad Sophoclem respexisse, veri est simillimum. At haec omnia tantummodo narrari in tragoedia potuisse facile intelligitur; ut, quid in ea actum sit, inde non cognoscamus. Nec multum nos iuvat, quod Attius, quem nonnunquam Sophoclis vestigia pressisse scimus, *Antenoridas* composuit, nam pauciora eius fragmenta supersunt, quam ut ex iis dramatis argumentum explicare possimus, quamvis ducem quendam gloriosum (Venetorum, si Welckero credimus) in scenam processisse ex iis pateat. Itaque nescire nos, quid Sophocles in hac tragoedia repraesentaverit, libere fatendum est.

I. (140.)

Athen. IX. p. 373. D. ἐκ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα. — Σοφοκλῆς Ἀντηνορίδαις·

Ὄρνιθα καὶ κήρυκα καὶ διάκονον.

καὶ Αἰσχύλος (fragm. 90.)

II. (141.)

Hesych. Ἀφεψιασάμην· ἀφωμίλησα. Σοφ. Ἀντηνορίδαις. Eaden sine fabulae nomine leguntur in Bachm. An. Gr. I. p. 171, 3.

III. (142.

Hesych. Ἐκβαβάξαι· ἐκκαλεῦσαι. Σοφ. ἐν Ἀντηνορίδαις.

ΑΤΡΕΥΣ = ΜΥΚΗΝΑΙΑΙ.

Fabula num Ἀτρεὺς an *Μυκηναῖαι* inscripta fuerit dubitari potest: utraque enim inscriptio apud Hesychium (fgm. II.) extat. Verum etiam ipse *Μυκηναῖαι* titulus in coniectura [nunc demum (cf. fgm. I.) codice Marciano firmata] positus fuerat: nam in plerisque codicibus (cf. fgm. I. II.) erat *Μυκήναις*, unde Brunckius primus quod sciam elicuerat *Μυκηναίαις*. Quam ob rem Welcker p. 357. se nescire dicit, an rectius *Μυκηναῖοι* scribatur, quum dramati, quod sacrificium publicum in regia continuerit, magis civium, quam mulierum chorus conveniat, quumque Seneca in *Atreo* fabula Mycenaeorum chorum introduxerit. Quae correctio probari non posset, etiamsi codicis Marciani testimonium non extaret, quum in Sophoclei dramatis artificium non ita penetrare possumus, ut mulierum chorum ineptum fuisse iure affirmare nobis liceat. Nam vix argumenti summam eamque nisi coniectura, quae fabulae titulo et *loco scholiastae* Euripidei (infra allato) maxime nititur, compertam

non habemus. Welcker quidem etiam *Atrei Atticae* reliquias ad argumentum fabulae Sophocleae accuratius describendum in usum vocandas esse censet, sed utrum Attius Sophoclis Atreum an Euripidis Cressas (in qua sententia Hartungus est Eur. Rest. I. p. 170. sq.) imitatus sit an neutri poetae se addixerit, admodum dubium est. cf. Ladewig. Anal. Scen. p. 37. sq. Certe Welcker sententiam suam nullo argumento firmare potuit. — Atrei vero historiam Schol. Eur. Or. 800. e Sophocle, ut videtur, sic tradit: *Πέλοπος Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης ἦσαν υἱοί. Ἀτρεὺς δὲ τὸν ἀμφιμήτριον ἀδελφὸν αὐτῶν Χρύσιππον ἀγαπώμενον ἀμέτρως ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν φθονήσας εἰς φρέαρ ἀποπνίγει. ὃ μαθὼν Πέλοψ ἐξώρισεν αὐτόν. ὕστερον δὲ μετὰ θάνατον Πέλοπος ἐπανῆλθε, καὶ ἑκάτερος αὐτῶν τῆς βασιλείας ἀντεποιεῖτο, Ἀτρεὺς μὲν, ὡς πρῶτος ὢν κατὰ νόμους, Θυέστης δὲ, τοῖς νόμοις ἐναντιούμενος. συνέθεντο οὖν, εἴ τις αὐτῶν δείξει τι τέρας, κύριος ἔσεσθαι τῆς ἀρχῆς. ἐν τοῖς ποιμνίοις δὲ τοῦ Ἀτρέως εὑρηται χρυσοῦν ἀρνίον μήνιδι Ἑρμοῦ, ὅτι τὸν τούτου υἱὸν Μυρτίλον εἰς Γεραιστὸν ἀκρωτήριον Εὐβοίας κατεθαλάττωσε Πέλοψ. καὶ μέλλοντος Ἀτρέως δεῖξαι τὸ τέρας τοῖς δικασταῖς, καὶ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, Ἀερόπη ἡ τούτου γυνὴ μοιχευομένη Θυέστῃ τῷ ἀνδραδέλφῳ, κλέψασα τοῦτο παρέδωκεν αὐτῷ. Θυέστης δὲ λαβὼν τοῦτο καὶ δείξας τοῖς δικασταῖς, τῆς ἀρχῆς ἐκράτησε. μὴ ἀνασχόμενος οὖν Ἀτρεὺς τὴν συμφορὰν καὶ δυσχεραίνων, ὅτι ἄδικως ἐστέρηται τῆς ἀρχῆς, ὁμοῦ τε τὴν γυναῖκα Ἀερόπην τιμωρεῖται κατ' ἄμφω, καὶ ὅτι ἐμοιχεύετο Θυέστῃ, καὶ ὅτι κέκλοφε τὸ ἀρνίον καὶ δέδωκεν αὐτῷ, ῥίψας αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν, ὥς φησι Σοφοκλῆς, καὶ τοὺς τρεῖς υἱοὺς τοῦ Θυέστου, Ἀγλαὸν, Ὀρχόμενον καὶ Κάλεον ἀποκτείνας παρέθηκεν εἰς τράπεζαν τῷ πατρὶ, καὶ αὐτὸν ὕστερον ἀπέκτεινεν. δι' ἃ ὁ ἥλιος μὴ στέρξας τὸ παράνομον, μίαν ἡμέραν ἐκ δυσμῶν πρὸς ἕω διφρεύει. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ αἱ Πλειάδες τὴν ἐναντίαν ἐβάδισαν.* cf. Schol. Eur. Or. 989.

I. (143.)

Schol. Eurip. Hippol. 306. ed. Cobet. — *εἰώθασιν οἱ εἰρωνευόμενοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν ὀμνύναι ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μυκηναίαις* (sic cod. Marcian. 471, Vaticanus 909. *Μυκήναις*)

μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν, ἣ βόσκεται,
θῆλυς μὲν αὐτὸς, ἄρσενας δ' ἐχθροὺς ἔχων.

Vs. 1. recte monuit Brunckius, *μὰ* negationi, quae in amissis versibus praecesserit, confirmandae adhiberi. — Vs. 2. codd: *ἄρρενας* contra tragicorum morem.

II. (144.)

Hesych. *Ἐπισπάσει, ἐπιτεύξεται. Σοφοκλῆς Ἀτρεῖ ἢ Μυκήναις* (sic cod.) *ἐπὶ τῶν τοῖς λίνοις λαμβανόντων.* cf. Ai. 756.

III. (145.)

Achill. Tat. Isag. in Arati Phaenom. I, 8. (in Petavii Uranolog.) *Σοφοκλῆς δὲ εἰς Ἀτρέα τὴν εὕρεσιν* [*τῆς ἀστρονομίας*] *ἀναφέρει λέ-*

γων· „Πᾶς προσκυνεῖ δὲ τὸν στρέφοντα κύκλον ἡλίου.“ Hinc senarium restituit Grotius scribendo:

στρέφοντα κύκλον ἡλίου πᾶς προσκυνεῖ.

In quo mutata verborum collocatione non opus erat, quum senarius iam verbis δὲ τὸν, quae Achilles fortasse de suo addidit, omissis bene procederet; nisi forte fuit: πᾶς προσκυνεῖ | τὸν δὲ στρέφοντα κύκλον ἡλίου. — Haud improbabiliter Welcker p. 361. haec verba ad hanc fabulam rettulit respectis iis, quae de cursu solis ac siderum in Atrei favorem immutato veteres scriptores narrant. cf. Eurip. Cress. fgm. III.

IV. (146. a. b.)

Schol. Eur. Med. 33. Ἀτιμάσας ἔχει· ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε. καὶ Σοφοκλῆς

παῖδας γὰρ οὓς ἔφυσ', ἀναλώσας ἔχει.

καὶ πάλιν·

Εὐφημίαν μὲν πρῶτα κηρύξας ἔχω.

Priorem vs. de Thyesta dictum iam vidit Brunckius eumque in hanc fabulam inferre non dubitavit Welcker collato Atrei Attianae versu (a Cic. de Off. I, 28 servato): *Gnatis sepulcrum ipse est parens.*

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΟΣ.

Male Brunckius, quem Boeckhius et Dindorfius secuti sunt, I. Toupio auctore Ἀχαιῶν Σύλλογον et Ἀχαιῶν σύνδειπνον vel Συνδείπνους diversos eiusdem fabulae titulos esse ratus utriusque dramatis fragmenta coniunxit. At utriusque argumentum plane diversum fuisse egregie perspexit Welcker (p. 112.), Ἀχαιῶν σύλλογον bene monens ad convivium Achaeorum in insula Tenedo institutum, [Ἀχαιῶν] σύνδειπνον vero ad procorum epulas in Ulixis domo pertinuisse. Sententiam suam his firmavit locis: Procl. Chrest. Ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη. καὶ Ἀχιλλεὺς ὕστερον κληθεὶς διαφέρεται πρὸς Ἀγαμέμνονα. Script. incert. περὶ ὀργῆς in Volum. Hercul. P. I. (Oxon. 1824.) p. 51. . . [π]αραπεμφθέντες ὑπό [τι]νος ἑστιῶντος, ὥσπερ Σοφοκλέους Ἀχιλλεὺς, κατά τι τοιοῦτο παρο[λ]ιγωρηθέντες, οὔπω [π]αραδικηθέντες. λέγω καὶ τῶν μὲν κυνῶν, οἳ πρὸς τὰς θῆρας, ἂν οἰκονρὸς αὐτοὺς ὑλακτῇ [π]αριόντας, οὐκ ἐπιστρέφονται. Aristot. Rhet. II, 26. εἴ τις φαίη τὸ ἐπὶ δεῖπνον κληθῆναι τιμιώτατον· διὰ γὰρ τὸ βληθῆναι ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ· ὁ δ' ὡς ἀτιμαζόμενος ἐμήνισε· συνέβη δὲ τοῦτο ἐπὶ τὸ μὴ κληθῆναι. Ex quibus locis simul atque e fgm. III. IV. apparet, Graecos bellum Troianis illaturos antea in insula Tenedo naves appulisse, ut consiliarentur, qua ratione Ilium expu-

gnarent. Sed concioni eum ob finem habitae non interfuit Achilles, quippe qui Agamemnoni irasceretur, a quo se neglectum atque contemtum arbitrabatur, quoniam ad epulum ab illo apparatum aut omnino non aut sero invitatus erat. Ducibus igitur studendum fuit, ut discordiam inter regem et Achillem componerent. Quod ut facilius consequerentur, Nestore auctore Phoenicem, Aiacem et Ulixem ad Achillem miserunt, teste schol. Paris. ad Il. α', 168 (in Anecd. Gr. Paris. III. p. 55, 23.), cuius verba Cramer haud inepte ad hanc fabulam rettulit. *Ὁ Φοῖνιξ παιδαγωγὸς ἦν Ἀχιλλέως, ἐξελθὼν δὲ εἰς θέαν τῆς συγκροτήσεως τοῦ πολέμου, ἐκρατήθη παρὰ τῶν Ἀχαιῶν συνεστιαθῆναι μετ' αὐτῶν ἐν τῷ παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος γεγονότι δειπνοκλήτρῳ. — Σημείωσαι ὅτι ὁ Νέστωρ μὲν τὸν Φοίνικα ἠγήσασθαι συμβουλεύει, Ὀδυσσεὺς μέντοι αὐτὸς ἡγεῖται προϊὼν τῆς εἰς τὸν Ἀχιλλέως εἰσόδου, ἢ διὰ θερμότητα ψυχῆς, ἢ διὰ τὸ μὴ συγκαταλέγεσθαι αὐτοῖς ὡς κυρίως πρέσβιν τὸν Φοίνικα, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸν Φοίνικα μὲν ὡς παιδαγωγὸν πρώτιστα ἐπιλέγεται εἰς πρέσβειαν ὁ Νέστωρ. αἰδέσεται γὰρ Ἀχιλλεὺς τὸν διδάσκαλον ἱκετεύοντα· εἶτα Αἴαντα τὸν μέγαν καὶ Ὀδυσσέα, ὡς φιλουμένους διὰ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ αὐτοὶ γὰρ συνυβρίσθησαν τῷ Ἀχιλλεῖ εἰ καὶ μὴ ἐμνησικάκησαν. ἢ καὶ ἄλλως. Αἴας μὲν πέμπεται ὡς συγγενὴς τῷ Ἀχιλλεῖ, Ὀδυσσεὺς δὲ ὡς ῥήτωρ. αὐτὸς δὲ ὁ Νέστωρ οὐκ ἐθέλει πρεσβεῦσαι, τάχα μὲν ὑπερπαθῶν τοῦ βασιλέως ὡς φιλοβασιλεύς, τυχὸν δὲ καὶ τὸν Ἀχιλλέα αἰδούμενος. μάλιστα δὲ ταμιεύεται τὸν Νέστορα ὁ ποιητής. κήρυκες δὲ ἐπιλέγονται εἰς τὰς λιτὰς ὁ Ὀδίος καὶ ὁ Εὐρυβάτης, ἵνα δόξῃ δι' αὐτῶν καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς παρεῖναι τῇ πρεσβείᾳ, ὥσπερ καὶ τὴν Βρισηΐδα κηρύκων ἀφελομένων αὐτὸς ἐκείνην ἀφελέσθαι λέγεται.* De extrema fabulae parte non plura, quam de totius dramatis oeconomia scimus. Si autem de eius argumento recte disputatum est, fabulam satyricis adnumerari — in qua sententia Brunckius et Boeckhius fragmentis ad *Συνδείπνους* pertinentibus decepti fuere — non posse facile intelligitur.

I. (147.)

Schol. Pind. Isthm. II, 68. *Τὸ γὰρ ἀπόνειμον ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι· Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ*

σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτύχας ἔχων
ἀπόνειμον.

καὶ πάλιν

νέμει τίς οὐ πάρεστι, τίς ξυνώμοσε.

Verba *καὶ πάλιν* interseruit Brunckius, quum *ἀπόνειμον* et *νέμει* non cohaererent nec oratio recta vel sententia efficeretur. Egregie autem monuit Madvigius (in Schneidewini Philologo I. p. 671.), quum scholiastes cum verbo composito usum verbi simplicis apud Sophoclem comparasset, ipsum illud *ἀπόνειμον* in Sophoclis versum illatum videri. Quam ob caussam scribendum esse coniecit:

σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτυχὰς ἔχων
νεμεῖς, τίς οὐ πάρεστι, τίς ξυνώμοσεν.

In quibus *νεμεῖς* non idem atque *ἀναγνώσῃ*, sed ***dinumerabis***, (sc. qui

et quot in utraque parte sint), significare dicit. Quae correctio etsi ingeniosa est, tamen posthabenda ei videtur, quam Th. Bergkius (de fragm. Soph. p. 2.) proposuit:

νέμ', εἴ τις οὐ πάρεστιν, ὃς ξυνώμοσεν.

quippe quae et ad scholiastae scripturam propius accedat et bene doceat, qui fieri potuerit, ut ille ad usum verbi ἀκόνιτον explicandum his versibus uteretur. Πνυχὰς correxit Boeckhius. — Welcker haec verba Ulixi Agamemnonem alloquenti tribuenda esse censet.

II. (148.)

Pollux. X, 133. ναυτικὰ δὲ σκεύη κάλοι, ἱστία, κρίκοι, ἡνία, πομπίς, κᾶπαι, οἴακες, πηδάλια, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ

ὡς ναοφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

Welcker haec verba ad Achillem reditum parantem refert, sed equidem nihil aliud, quam comparationem in iis reperire possum.

III. IV. (149. a. b.)

Plut. de adul. et amic. 36. p. 74. A. Ὡς ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Ἀχιλλέα παροξύνων Ὀδυσσεὺς, οὗ φησιν ὀργίζεσθαι διὰ τὸ δεῖπνον, ἀλλ'

ἤδη τὰ Τροίας εἰσορῶν ἐδώλια
δέδοικας.

καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν τοῦ Ἀχιλλέως διαγανακτοῦντος, καὶ ἀποπλεῖν λέγοντος

ἐγὼδ' ὃ φεύγεις, οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς,
ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· οὐ μένειν καλόν.

In duobus codd. est: Ἕτωρ ἐστί· θυμαίνειν καλόν, quod Valck. ad Phoen. 722 probavit. Rectissime autem iam Brunckius, qui primus etiam egregie Plutarchi locum ad hanc fabulam rettulit, vulgatam retinuit: Ulixes enim Achilli timidatem exprobrat, ut eum ad remanendum commoveat.

V. (150.)

Hesych. Ἐκκεκώπηται (cod. ἐκκεκόπηται), ἐξήρτυται. Σοφοκλῆς Συλλόγῳ.

VI. (151.)

Hesych. Ἐπιξενοῦσθαι· μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν Συλλόγῳ καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις (fgm. 116.). Cf. Polluc. III, 58. τὸ μέντοι ξένον ὄντα εἰς ἄλλην πόλιν ἐλθεῖν ξενοῦσθαι καὶ ἐπιξενοῦσθαι ἔλεγον κτλ.

VII. (152.)

Hesych. Ἐπισειούσης, ἐπικελευομένης. ἀπὸ τῶν τὰς ἡνίας ἐπιχαλώντων (ἐπιχαλέντων cod.) Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν συλλόγῳ.

VIII. (153.)

Hesych. Συμβόλους, τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον. ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι. (Haec habent etiam Phot. et Suid. s. v. cf. Schol. Aristoph. Av. 271.) τινὲς δὲ τὰς διὰ τῆς φήμης γινομένας μαντείας, ἃς Φιλόχορός φησι Δήμητρα εὑρεῖν. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν συλλόγῳ.

Brunckius praeterea ad hanc fabulam rettulit locum ab Herodiano servatum (fgm. 347.), sed quum eo verba contineantur ab Ulixe Diomedi dicta, Diomedem autem inter personas huius fabulae fuisse parum credibile sit (Welck. p. 112.), rectius egisse nobis videmur, quod Welckerum secuti eum locum inter Ἀχαιῶν fragmenta recepimus. Multo probabilius huc referatur fgm. 765.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΝΑΕΙΠΝΟΝ. Vide ΣΥΝΑΕΙΠΝΟΙ.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

A nullo quidem vetere scriptore haec fabula satyricis adnumeratur, verumtamen et fragmenta (imprimis fgm. IX.) et titulus et Ovidius eam inter tragoedias locum habere non potuisse docent. Respexit enim, quod Brunckium non fugit, ad eam Ovidius (Trist. II, 409) his versibus:

Est et in obscenos deflexa tragoedia risus,
multaque praeteriti verba pudoris habet.
Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem
infregisse suis fortia facta modis.

Quid ea autem continuerit latet nos. Nam e fragmentis (l. IX.) nihil nisi Peleum et Phoenicem introductos fuisse cognoscitur: e titulo vero satyros Achillis pulchritudine captos esse coniici potest. Itaque Welcker (Script. min. III. p. 8. not. 21.) dramatis argumentum in iis latere suspicatus est, quae memoriae tradidit Eratosth. Catast. 40. οὗτος δοκεῖ Χείρων εἶναι ὁ ἐν τῷ Πηλίῳ οἰκήσας, δικαιοσύνῃ τε ὑπερενέγκας πάντας ἀνθρώπους καὶ παιδεύσας Ἀσκληπιόν τε καὶ Ἀχιλλέα. ἐφ' ὃν Ἡρακλῆς δοκεῖ ἐλθεῖν δι' ἔρωτα ᾧ καὶ σύνειναι ἐν τῷ (fortasse legendum: ἔρωτα καὶ σύνειναι αὐτῷ ἐν τῷ) ἄντρῳ τιμῶν τὸν Πᾶνα· cf. Philostr. Heroic. 9. Eudoc. p. 84. Quae coniectura si vera est, scena ad Pelium montem apud Chironem, a quo Achilles educabatur (cf. Apollod. III, 13, 6.) fuit. Quem Hercules et satyri certatim amore persecuti, armis autem a puero fugati esse videntur (cf. fgm. V.). Si quis autem quaerat, quid sibi velint in tali argumento Peleus et Phoenix, equidem suspicor, Peleum eodem

illo tempore cum Phoenice ad Chironem venisse, ut ab eo Phoenici ademtum oculorum lumen restitueretur. (cf. Apollod. III, 13, 8.)

I. (154.)

Schol. Pind. III, 60, *Διαιρομένη ἡ Θέτις ὑπὸ τοῦ Πηλέως μεταβάλλει τὰς μορφάς, ὅτε μὲν εἰς πῦρ, ὅτε δὲ εἰς θηρία. ὁ δὲ καρτερήσας περιγέγονε, περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς*

Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει; λέων
δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ —

Grot. Exc. p. 127. vocem excidisse ratus post *γὰρ* inseruit *μόνον*, quod iure improbavit Brunckius. Sed quod idem probata Gretii interpretatione: „*nam quod malorum non mihi genus imminet*“ locum sanum et integrum dicit, num verum sit dubitari potest. Nam plane solitarius est verbi *ἐπιστατεῖν* usus, quo *accedere* (nam sic est vertendum) significet et accusativum asciscat. Quare videndum, ne quid corruptelae versui insideat. Ac fortasse corrigendum: *τίς μοι γὰρ ἄχθος οὐκ ἐπεστάτει;* nam etiam *μόχθος* aliquid offensionis habet. Si quis autem vocem *μόχθος* pertinaciter tueatur, scribi possit; *ἐπέστειχεν*. Nec plane alienum iudicaverim *ἐπίσταται*. cf. Ai. 836. *κοὐδεὶς ἐπίσταταί μ᾽ συμμαθεῖν τόκος*. Aesch. Ag. 936. Eur. Ion. 51. — Verba Pelei esse monuit Brunckius. De re cf. fgm. 590. Apollod. III, 13, 5.

II. (155.)

Schol. Apoll. Rhod. IV, 816. *Ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας φησὶν, ὅτι ἡ Θέτις εἰς λέβητα ὕδατος ζέοντα ἐνέβαλε τοὺς ἐκ Πηλέως γενομένους αὐτῇ παῖδας, βουλομένη εἰδέναι, εἰ θνητοί εἰσιν. ἑτέρους δὲ εἰς πῦρ, ὡς Ἀπολλώνιός φησι. καὶ δὴ πολλῶν διαφθαρέντων, ἀγανακτῆσαι τὸν Ἀχιλλέα ἐμβληθῆναι εἰς λέβητα. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς φησιν ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τὴν Θέτιν καταλιπεῖν αὐτόν.* cf. Schol. Aristoph. Nub. 1068. *κἄτ᾽ ἀπολιποῦσά γ᾽ αὐτόν.*) *φασὶν ὅτι τοὺς γενομένους παῖδας ἐκ τοῦ Πηλέως ἡ Θέτις λαμβάνουσα περιέκαιε τὸ θνητὸν αὐτῶν σῶμα, βουλομένη ἀθανάτους ποιεῖν. καὶ πολλοὺς ἔκαυσε καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἐπέθηκεν εἰς τὸ πῦρ. καὶ γνοὺς ὁ Πηλεὺς ἐβόησεν, ἡ δὲ λυπεῖσα ἐχωρίσθη.*

III. (156.)

Athen. IX. p. 401. D. *τίς μνημονεύει κατὰ τὸ σύνθετον ὁμοίως ἡμῖν συάγρου ἐπὶ τοῦ συὸς τοῦ ἀγρίου; Σοφοκλῆς μὲν γὰρ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ἐπὶ κυνὸς ἔταξε τοὔνομα ἀπὸ τοῦ σὺς ἀγρεύειν λέγων·*

σὺ δ᾽, ὦ σύαγρε, Πηλιωτικὸν τρέφος.

Athenaei Epitome et Eustath. ad Od. τ'. p. 1872, 12. habent *βρέφος*. Huc etiam respexerunt Cram. An. Gr. Paris. IV. p. 245, 20. *Σοφοκλῆς τὸ σύαγρος ἐπὶ κυνὸς τάσσει ἀπὸ τοῦ σὺν ἀγρεύειν.* Lex. Gr. apud Hermann. de emend. rat. gr. p. 320, 8. Niceph. Greg. in Matthaei Gloss. min. p. 3.

IV. (157.)

Hesych. *Ὀμμάτειος πόθος. διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι. ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. καὶ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ὀμματοπάλογχά φησιν.* Quae de hoc loco disputavit Ellendtius (Lex. II. p. 314.): „*ὀμμάτειος πόθος* quum eius, qui dixit nomine alio addito non firmetur nec alterum Sophoclis esse nisi ex fabulae nomine cognoscatur, veri simillimum videtur, etiam illud Sophoclem habere testem, ut nomen *Σοφοκλῆς* exciderit aut post *ἔρωτι* aut post *ἐρᾶν*." Admodum probabilia sunt (similiter enim se habet fgm. VII.) praeterquam quod alter Sophoclis locus fortasse non verbis *ὀμμάτειος πόθος*, sed verbis *ἐκ τοῦ — ἐρᾶν* continetur. Nam mirum est, quod ea a Diogeniano IV, 49. Mich. Apost. VI, 89. Macar. III, 72. ed Leutsch. sic inter proverbia afferuntur: *ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν*, quodque eadem etiam ab Hesychio post verba *διὰ τὸ — ἔρωτι*, quae eandem fere sententiam habent, adiecta sunt. Accedit, quod inde facile negotio hunc senarium elicias: *ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίγνεται βροτοῖς ἐρᾶν.* — In altero loco vocem *ὀμματοπάλογχα* viri docti vario modo correxerunt. Toupius (ad Suid. II. p. 567.) *ὄμματα πλατύλογχα*, quod recepit Brunckius, et (III. p. 177.) *ὀμμαϊοχίτα.*; Is. Vossius *ὄμματ' ἀπόλογχα*, *patrantes oculos* explicans; Casaubonus *ὀμμάτων ἀπὸ λόγχας*, quasi *spicula oculorum fulgentium vibrata.* Similiter Blomfieldus (Gloss. ad Aesch. Ag. 232.) *ὀμμάτων ἄπο λόγχας* (*ἔπεμψε*) vel *ὄμματα δίλογχα* scribi voluit. Ellendtius l. c. proposuit *ὀμματωπὰ λέλογχε*, *oculorum obtutu captus est*, vel *ὀμματωπὰ λάχῃ*, *sors oculorum coniectu parta.* Sic miror viros doctos non incidisse in emendationem satis facilem ac, si ad illud *ὀμμάτειος* respicimus, certam: *ὀμματωπὰ λόγχα* (*βέβληκέ με.*). Verba sunt chori, quem Ahrens probabiliter Achillis armati pulchritudine abreptum coniicit, eodem modo dicta, quo Aeschylus (Ag. 232. 722.) *ὀμμάτων βέλος*, (Suppl. 982.) *ὄμματος τόξευμα*, (Prom. 356.) *ἐξ ὀμμάτων δ' ἥστραπτε γοργωπὸν σέλας*, et Sophocles ipse infra (fgm. 445.) scripsit. De re cf. Eur. Hippol. 525. *ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν κτλ.* Soph. fgm. l. c. Athen. XIII. p. 564. sq. Plut. Mor. p. 281. A. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 640.

V. (158.)

Schol. Pind. Nem. VI, 90. *Οὐκ ἐκ παραδρομῆς δὲ ζάκοτον εἶπε τὸ δόρυ τοῦ Ἀχιλλέως — ἀλλ' ὅτι ἰδιώτερον παρὰ τὰ ἄλλα κατεσκεύαστο. δίκρουν γὰρ, ὥστε δύο αἰχμὰς ἔχειν καὶ μιᾷ βολῇ δισσὰ τὰ τραύματα ἀπεργάζεσθαι. — Σοφοκλῆς ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς*

ἦ δορὸς διχόστομον πλᾶκτρον.
δίπτυχοι γὰρ ὀδύναι νιν ἤρικον
Ἀχιλληΐου δόρατος.

Heathius vs. 2 et 3, Dobraeus omnes a Sophocle abiudicat. Vs. 2. ex tragicorum more *νὶν* pro vulg. *μὶν* scripsimus. — Male vertit Ahrens: *duplices enim dolores retinebant eum etc.* quum *ἐρείκειν* po-

tius significet *lacerare, scindere, vulnerare*. cf. Aesch. Pers. 1017. Plat. Crat. p. 426. E.

VI. (159.)

Stob. LXIV, 13. *Σοφοκλέους ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς.*

Νόσημ' ἔρωτος, τοῦτ' ἐφίμερον κακὸν,
ἔχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι·
ὅταν πάγου φανέντος αἰθρίου χεροῖν
κρύσταλλον ἁρπάσωσι παῖδες εὐαγῆ,
τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποταινίους·
τέλος δ' ὁ χυμὸς οὔθ', ὅπως ἀφῇ, θέλει
οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμφορον μένειν·
οὕτωγε τοὺς ἐρῶντας αὐτὸς ἵμερος
δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐεται.

Vs. 1. cod. Vindob. (teste Gaisfordo Append. ad Stob. Eclog. p. 885.) et reliqui praeter Paris. B. *ἔρωτος γὰρ νόσημα.* Grot. *ἔρως νόσημα τοῦτ'.* Paris. B. *νόσημ' ἔρωτος* quod Brunckius et reliqui editores receperunt. Schneidewinus autem (in Philolog. III. p. 123.) *ἔρωτος* a Stobaeo adiectum esse dicit, quum apud Sophoclem e sermonis continuitate de amore agi patuerit, poetam vero scripsisse: *νοσεῖν νόσημα τοῦτ'*, qua scriptura revocata demum explicari *τοῦτο* possit. Ac mihi quoque probabile videtur, *ἔρωτος* sive a Stobaeo sive a librario adiectum esse, ut primo adspectu intelligeretur, de quo morbo ageretur; sed ratio, qua vir doctissimus locum emendavit, minus mihi placet. Nescio an fuerit: *ἦν γὰρ νόσημα τοῦτ' κτλ.* vel. *τὸ γὰρ νόσημα κτλ.* diffiteri tamen nolo, si quis pertinacius in scriptura codicis B. *νόσημ' ἔρωτος* persistat, eam defendi ac servari posse, modo in vs. 2. *αὐτὸς* scribatur. Nam *τοῦτο* non potest offensioni esse, quippe quod inde explicationem ferat, quod in antecedentibus de amore iam dictum fuit, vel mente facile suppleri potest: „quod omnes norunt." Sed longe praestat ista emendatio. De re cf. Eur. fgm. 340. *οὐκ αὐθαίρετοι βροτοῖς ἔρωτες οὐδ' ἑκουσία νόσος.* fgm. 405. *ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα.* Soph. Trach. 445. 491. 541. etc. *Ἐφίμερον* pro vulg. *ἐφήμερον* Brunckius ex Heathii coniectura dederat, confirmata postea Arsenio (apud Gaisf.). — Vs. 3. vulg. *χερσὶ*, Paris. B. *χεροῖν*, in quod Scaliger coniectura inciderat. Schneidewinus l. c. propter vulgatam maluit *χερί*. — Vs. 4. proverbium, ad quod h. l. respicitur, explicant Zenob. V, 58. *ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον· ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων μήτε μεθεῖναι βουλομένων ἡ παροιμία εἴρηται. μέμνηται αὐτῆς Σοφοκλῆς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς.* cf. Plut. de garrul. 12. p. 508. C. *εἶτα ὥσπερ οἱ παῖδες τὸν κρύσταλλον οὔτε κατέχειν οὔτε ἀφεῖναι θέλουσιν.* In codd. est: *παιδιαῖς ἄγη*, unde Salmasius coniectura elicuit: *παῖδες ἀσταγῆ, ἀσταγὲς* et *ἄστακτον* id dici arbitratus, quod non *stillet*. Scaliger coniectavit: *παιδιαῖς ἄγει.* In Salmasii correctione viros doctos acquievisse iure mirantur Halmius (Lectt. Stob. p. 54.) et Schneidewinus l. c., quorum ille pro *ἀσταγῆ* emendavit *εὐαγῆ* h. e. *cry-*

stallum limpidum, collat. Eur. Bacch. 661. *ἵνα οὔποτε λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαγεῖς βολαί*, ad quem locum Elmsleius pariter atque Wellauer ad Aesch. Pers. 458 et Stallbaum ad Plat. Tim. p. 243. de usu vocis *εὐαγής* disputarunt. Quam correctionem, quum *ἀσταγῆ* propter sequentia ineptum sit, recipere non dubitavimus. — Vs. 5. vulg. *ποτ' ἐνίους*, Paris. B. *ποταινίους*, quod Brunckius e Scaligeri coniectura receperat. Grot. *προσηνέας*. — Vs. 6. Gaisf. *οὐδ' ὅπως*, quod Dindorfius correxit. Ante Gaisf. legebatur: *οὔτ' ἀφεθεῖναί πως θέλει*, quam scripturam Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 142.) sic emendaverat: *οὔτε πως ἀφῇ θέλει* vel *οὔτε πῶς ἥφθαι*, non multum a vero aberrans. — Vs. 8. vulg. *οὔτε*. Grot. e Scaligeri emendatione *οὔτωγε*, et sic Paris. B. et Gesneri margo. Male autem idem codex *αὐτῆς* pro *αὐτὸς* habet. Schneidewinus maluit *οὕτω δέ*. — Vs. 9. offendit articulus. Nescio igitur an scribendum sit: *δρᾶν καὔτε μὴ δρᾶν κτλ.*

VII. (160.)

Schol. Soph. OC. 481. *Ὕδατος, μελίσσης. ὕδατος καὶ μέλιτος. ἀπὸ τοῦ γὰρ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον. καὶ ἐν Ἐρασταῖς*

Γλώσσης μελίσσης τῷ κατερρυηκότι.

βούλεται δὲ λέγειν τὸ μελίκρατον. λείπει ὁ καί. Ellendtius (Lex. I. p. 370) bene correxit: *γλώσσης μελίσσῃ τῳ κατερρυηκότι.*

VIII. (161.)

Choerobosc. Dictat. in Theodos. (Bekk. An. III. p. 1257.) p. 463, 27. ed. Gaisf. Cram. An. Gr. Paris. I. p. 396, 26. *Ὑπεσταλμένα τὰ ἀρῶξιν, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀχιλλέως* (*Σοφοκλέους ἐν Ἀχιλλέα.* Cram.) *ἐρασταῖς*

Ὁ δὲ ἔνθ' ὅπλοις ἀρῶξιν Ἡφαίστου τεχνίτου.

τοῦτο γὰρ κατὰ μεταπλασμὸν ἀπὸ τοῦ ἀρρήκτοις γενόμενον, τοῦ η τραπέντος εἰς τὸ ω, προσπεριισπᾶται καὶ οὐ προπαροξύνεται. — Τεχνίτου in *τέχνῃ* mutandum esse vidit Dindorfius, minus bene autem *ἦλθ'* pro *ἔνθ'* scribi voluit. Rectius haud dubie Ellendtius (Lex. I. p. 233.) dedit:

ὁ δ' ἔν θ' ὅπλοις ἀρρῶξιν Ἡφαίστου τέχνῃ — .

Verba *ὅπλοις ἀρῶξιν* affert etiam Choerobosc. l. c. p. 367, 32. Gaisf.

IX. (162.)

Phot. p. 369. *Παιδικά· ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις. παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαι πολλά. καὶ ἐν Ἀχιλλέως δ' ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως ἐξείληπται. ἐπιδόνταν γάρ τι τῶν σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ Φοῖνιξ.*

Παπαῖ, τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας.

Eadem leguntur apud Suid. v. *Παιδικά*, apud grammaticum Coislin. in Bachm. An. Gr. I. p. 324, 15 et apud gramm. in Cram. An. Gr.

Paris. IV. p. 173, 8. et illata olim erant (in Aldina) in scholia ad Aristoph. ad Vesp. 1025. Ex gramm. Coislin. Montefalconius p. 474. ὡς ὁρᾶσ' ἀπώλεσας, quod etiam grammaticus Crameri praebet, Bachmannus vero (fortasse ex coniectura) ὡς ὁρῶ σ' ἀπώλεσαν edidit.

Ad eandem fabulam non dubito quin referendum sit fgm. 354.

Δ Α Ι Δ Α Λ Ο Σ.

Daedali quale fuerit argumentum plane ignoramus, et ne hoc quidem constat, utrum fabula fuerit satyrica an tragoedia. Sunt autem, qui eam, quum Sophocles Tali historiam attigerit (cf. fgm. II. collat. I.), drama satyricum fuisse eiusque summam sic contineri censeant, quae narravit Apollod. I, 9, 26. (quem exscripsit Zenob. V, 85.): ἐντεῦθεν ἀναχθέντες (sc. οἱ Ἀργοναῦται) καλύονται Κρήτῃ προσίσχειν ὑπὸ Τάλω· τοῦτον οἱ μὲν τοῦ χαλκοῦ γένους εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ δῶρον Ἡφαίστου Μίνωϊ δοθῆναι [ὃς ἦν χαλκοῦς ἀνήρ,]; οἱ δὲ Ταῦρον αὐτὸν λέγουσιν. εἶχε δὲ φλέβα μίαν ἀπὸ αὐχένος κατατείνουσαν ἄχρι σφυρῶν, κατὰ δὲ τὸ δέρμα τῆς φλεβὸς ἦλος διήρειστο χαλκοῦς. οὗτος ὁ Τάλως τρὶς ἑκάστης ἡμέρας τὴν νῆσον περιτροχάζων ἐτήρει. διὸ καὶ τότε τὴν Ἀργὼ προσπλέουσαν θεωρῶν [τοῖς] λίθοις ἔβαλλεν. ἐξαπατηθεὶς δὲ ὑπὸ Μηδείας ἀπέθανεν, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, διὰ φαρμάκων αὐτῷ μανίαν Μηδείας ἐμβαλούσης, ὡς δέ τινες, ὑποσχομένης ποιήσειν ἀθάνατον καὶ τὸν ἥλον ἐξελούσης, ἐκρυέντος τοῦ παντὸς ἰχῶρος ἀποθανεῖν. τινὲς δὲ αὐτὸν τοξευθέντα ὑπὸ Ποίαντος εἰς τὸ σφυρὸν τελευτῆσαι λέγουσι. Eadem egregie expressa conspicimus pictura in vase Apulio, quam Panofka (in Gerhardi Diar. Archaeol. a. 1846. n. 44.) descripsit ac depingi iussit. In qua quum etiam personarum nomina adscripta sint, *Μήδεια, Πολυδεύκης, Τάλως, Κάστωρ, Ποσειδῶν, Ἀμφιτρίτη*, de dramatis personis vix foret dubitatio, si quidem constaret vel saltem probabile esset, Tali historiam eo repraesentatam fuisse. At non intelligitur, quales in eiusmodi fabula Daedali partes esse potuerint, ut ea ab hoc, non a Talo nomen asciverit drama. Ac difficultas augetur, si in Tali historia a veteribus scriptoribus Daedalum ne commemorari quidem consideramus. Welcker (p. 71.) quidem eo confugit, ut sub Daedali nomine Vulcanum, qui Talum fabricatus sit ac Minoi dono dederit, introductum esse statueret, quoniam idem deus in vasis cuiusdam pictura (cf. Milling. gal. myth. pl. XIII, 48.) et a Pind. Nem IV, 59. ita appellatus sit. Sed apud Pindarum nunc legitur δαιδάλῳ (non Δαιδάλου) μαχαίρᾳ nec apud ullum alium scriptorem Vulcanum illo nomine signatum invenimus. cf. Pflugk ad Eur. Herc. fur. 471. Quae quum ita sint, in Sophoclis *Daedalo* non Talum, sed Daedalum primas partes tenuisse remur, cuius inter artificia

fortasse Talus a poeta enumeratus est. Si autem Sophocles etiam Tali historiam tractavit, id factum esse non potest, nisi in fabula *Tali* nomine inscripta. Ac fortasse erunt, qui eam propter fgm. II a poeta compositam esse statuant. Sed quum hoc argumentum aptissime, ut supra monuimus, in Daedalo locum habere potuerit, neque alia *Tali* dramatis vestigia extent, id a poeta compositum esse negamus. — Iam vero quaerentes audire mihi videor lectores: quid tandem continuit Daedalus, si Tali historiam non comprehendit? Id nescire nos fatendum est. Verumtamen duplicem coniecturam, quae ex titulo facienda mihi videtur, opprimere nolo. Ac primum quidem videndum, ne Sophocles idem sibi elegerit argumentum, quod Euripides in *Cretensibus* tractavit. Cuius summam rettulit Hyginus (fab. XL.) his verbis: *„Pasiphae, Solis filia, sacra deae Veneris per aliquot annos non fecerat. — Ob id Venus amorem infandum illi obiecit, ut taurum, quem ipsa amabat alia, amaret. In hoc Daedalus exul cum venisset, petiit ab eo exilium. Is ei vaccam ligneam fecit, et verae vaccae corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit. Ex quo compressu Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana. Tunc Daedalus Minotauro Labyrinthum inextricabili exitu fecit, in quo est conclusus. Minos re cognita, Daedalum in custodiam coniecit. At Pasiphae eum vinculis liberavit. Itaque Daedalus pennas sibi et Icaro filio suo fecit et accommodavit, et inde avolarunt. Icarus altius volans a sole cera calefacta decidit in mare, quod ex eo Icarium pelagus est appellatum. Daedalus pervolavit ad regem Cocalum in insulam Siciliam.* Cf. Diod. Sic. IV, 77. et ea, quae ad Eurip. Fragm. p. 244. disputavimus. — Nescio tamen, an probabilior sit altera, quae in mentem mihi venit, coniectura; *Daedalum* a *Camiciis* nisi titulo non fuisse diversam.

I. (163.)

Schol. Plat. p. 396. Bk. Σαρδάνιος γέλως — Σιμωνίδης δὲ ἀπὸ Τάλω τοῦ χαλκοῦ, ὃν Ἥφαιστος ἐδημιούργησε Μίνῳ, φύλακα τῆς νήσου ποιήσασθαι, ἔμψυχον ὄντα, τοὺς πελάζοντάς φησι κατακαίοντα ἀναιρεῖν. ὅθεν ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι διὰ τὴν φλόγα τὸν σαρδάνιόν φησι λεχθῆναι γέλωτα. ὁμοίως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ. Cf. Zenob. V, 85.

II. (164.)

Schol. Apoll. Rhod. IV, 1638, Ὁ Τάλως ἦν τοῦ γένους ἐκείνου τοῦ χαλκοῦ. ὅλος δὲ χαλκοῦς ὢν ἐπὶ τοῦ σφυροῦ σύριγγα εἶχεν ὑμένι περιεχομένην. σῦριγξ δὲ λέγεται ἡ περόνη. Ὅτι δὲ ἐξμαρτο αὐτῷ τελευτῆσαι ῥαγείσης τῆς σύριγγος λέγει Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ locumque huc rettulit (vide quae supra de argumento disputavimus): manifesto enim falsum illud fabulae nomen, sicut olim in fgm. 317., librarii errori originem debet.

III. (165.)

Pollux. VII, 117. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἰκοδόμους τέκτονας Ὅμηρος καλεῖ καὶ ἀρχιτέκτων εἴρηται παρὰ Πλάτωνι. βιαία γὰρ ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Δα-

δάλφ τεκτόναρχος μοῦσα. E chori cantico verba ducta videntur, quae Ahrens probabiliter ad Daedali laudem pertinere censet.

IV. (166.)

Schol. Ven. Aristoph. Pac. 73. μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι. μαρτυροῦσιν δὲ οἱ ἐπιχώριοι. — — Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ· „ἀλλ' οὐ μὲν δὴ κάνθαρος τῶν Αἰτναίων πάντως.“ λέγει δὲ πάντως εἰς μέγαν. cf. Aesch. fgm. 218. — Dindorfius (in adnot. ad schol.) metrum anapaesticum esse arbitratus οὗτος vel ἐστὶν post κάνθαρος inseri vult. Cod. οὐδὲ μὲν κτλ.

V. (167.)

Hesych. Γοργάδων, ἀλιάδων. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ.

VI. (168.)

Hesych. Ἐσέφθην· ἐσεβάσθην, ἡσυχάσας ἠσχύνθην. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ (cod. παιδάλῳ). Cf. Phot. p. 19, 7. ἐσέφθην, ἐσεβάσθην. Σοφοκλῆς. Choerobosc. Dictat. in Theodos. (in Bekk. An. III, p. 1418). p. 489, 21. ed. Gaisf. σημειούμεθα παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ παρὰ Πλάτωνι (Phaedr. p. 254. B.) τὸ ἐσέφθην καὶ τὸ σεφθῆναι. οὗτοι γὰρ τὸ σέβω καὶ εἰς τὸν ἀόριστον ἔκλιναν. Aliter Herodian. περὶ ἀκλίτων ῥημάτων in Cram. An. Ox. IV. p. 338, 13. Τὰ εἰς βω λήγοντα ῥήματα βαρύτονα, ἂν μὲν ἐν τῇ πρὸ τέλους συλλαβῇ ἔχει τὸ ε, μὴ ὑποτεταγμένου αὐτῷ τοῦ ι. οὐ κλίνεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀπὸ τοῦ παρακειμένου, οἷόν ἐστι τὸ σέβομαι. καὶ σέβω, σέβομαι. εὑρέθη δὲ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐσέβδην. κτλ. Quam formam non dubito, quin recte Buttmannus Gr. gr. ampliss. p. 386. calami errori originem debere dixerit.

Ad hanc fabulam vide ne referenda sint fgm. 310. et 894.

Δ A N A H.

De Danaes argumento vide quae ad Acrisium disputavimus.

I. (169.)

Schol. Soph. Ai. 1. Suid. v. πεῖρα· Πεῖρα γὰρ ἡ βλάβη, ὡς καὶ ἐν Δανάῃ Σοφοκλῆς.

Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν· ἓν δ' ἐπίσταμαι,
τοῦ παιδὸς ὄντος τοῦδ' ἐγὼ διόλλυμαι.

Suid. οὐδ' ἐπίσταμαι. — Si Danae ab Acrisio fabula non diversa fuit,

verba Acrisio assignari poterunt, sin a Dictye, Polydectae, quamquam versus primi obscuritas rem dubiam reddit.

II. (170.)

Hesych. *Ἀνθημερόν, σήμερον ἡμέρα. Σοφοκλῆς Δανάῃ.* Bruncius *αὐθήμερον.* Sed praecedit servato literarum ordine *ἀνθ' ἡμέρας· δι' ὅλης τῆς ἡμέρας.*

III. (171.)

Hesych. *Ἀφροδισία ἄγρα. Σοφοκλῆς Δανάῃ·*

γόνον τε μήλων κἀφροδισίαν ἄγραν.

Cod. *γόνοιον μήλων.* — cf. Bekk. An. Gr. *ἀφροδισία ἄγρα, οἱ πέρδικες, διὰ τὸ τοὺς θηρῶντας τῇ θηλείᾳ ἐπιβουλεύοντας αἱρεῖν αὐτούς.*

IV. (172.)

Antiattic. Bekkeri p. 85, 18. *Βράχιστον, βραχύτατον. Σοφοκλῆς Δανάῃ.*

V. (173.)

Id. p. 90, 31. *Δαιμονίζεσθαι. Σοφοκλῆς Δανάῃ. δεδαιμονισμένον ἀντὶ τοῦ τεθεωμένον.*

VI. (174.)

Id. p. 97, 31. *Ζῇ, ἀντὶ τοῦ ζῆθι.* — *Σοφοκλῆς Δανάῃ·*

ζῇ, πῖνε, φέρβου.

cf. Antig. 1154. Eurip. Iph. Taur. 682. fgm. 819. Herodian. Hermanni p. 315. Pro *φέρβου* Bruncius proposuit *τέρπου.*

ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Bruncius *Διονυσιακὸν* non dramatis titulum, sed adiectivum esse dixit, ad quod supplendum sit *δρᾶμα*; itaque duobus illis locis, quibus Dionysiacus citatur, altero *ἐν τῷ Διονυσιακῷ σατυρικῷ* scripsit, altero verba *τινὶ σατυρικῷ* post *Διονυσιακῷ* excidisse ait. Cuius errorem iam notavit et unde venerit explicuit God. Hermannus (de dram. com. sat. in Comment. societ. philol. Lips. I. p. 247. Opusc. I. p. 49.); nec reliquiarum Sophoclearum editores exinde Dionysiacum inter fabulas Sophoclis recipere dubitarunt. Simulque Hermannus e fgm. I liquere monuit, fabulae argumentum ad vini inventionem pertinuisse. Hinc dramatis argumentum iis contineri suspicor, quae tradit Hygin. fab. CXXIX. „*Liber quum ad Oeneum Parthaonis filium in hospitium venisset, Althaeam, Thestii filiam, uxo-*

tem Oenei, adamavit. Quod Oeneus ut sensit, voluntate sua ex urbe excessit simulatque, se sacra facere. At Liber cum Althaea concubuit, ex qua nata est Deianira. Oeneo autem ob hospitium liberale munere vitem dedit monstravitque, quomodo sereret: fructumque eius ex nomine hospitis oenos ut vocaretur instituit.“

I. (175.)

Bekk. An. Gr. I. p. 385, 18. Bachmann. An. Gr. I. p. 77, 9. *Ἄλυπον ἄνθος ἀνίας· εἰ θέλοις εἰπεῖν ἐπί τινος πράγματος, ὃ λύπης ἀπαλλάττει, οὕτως ἂν χρήσαιο, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Διονυσιακῷ σατυρικῷ ἐπὶ οἴνου πρῶτον γευσαμένων τῶν κατὰ τὸν χορὸν σατύρων*

Πόθεν ποτ' ἄλυπον ὧδε
εὗρον ἄνθος ἀνίας.

Ὅλον δὲ τὸ μελύδριον πολιτικὸν ἄγαν γέγονε. μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἐπαγγελίας λελυμένην ἔχει τὴν ἑρμηνείαν καὶ μεθύουσιν ἁρμόττουσαν.

II. (176.)

Hesych. *Θωχθείς, θορηχθείς, μεθυσθείς. Σοφοκλῆς Διονυσιακῷ.* **cf. Phot. p. 99, 13.** *θωχθείς; θωραχθείς.* **Etym. M. p. 460, 30. sq.** *(Θώραξ) ἢ παρὰ τὸ θῶ, τὸ εὐωχοῦμαι, ἤτοι ἐν εὐωχίᾳ εἰμί. ἀφ' οὗ οἱ Δωριεῖς θῶσθαι (θωρεῖσθαι· cod. male.) λέγουσι τὸ εὐωχεῖσθαι. τοῦτον ὁ μέλλων θώσω. ῥηματικὸν ὄνομα, θωρός. ἀφ' οὗ θώραξ, ὡς λίθος λίθαξ. Θῶρος οὖν ἡ τροφὴ καὶ ἡ μέθη.* etc. cf. Aesch. fgm. 42.

Δ O Λ O Π E Σ.

Verissime Welcker p. 140. monuit, Dolopes chorum efficere non potuisse nisi in tragoedia, cuius scena in insula Scyro fuerit: itaque veri esse simillimum, quum fabula, cuius argumentum in Achille illinc deducendo posita fuit, Scyriarum chorum habuerit, in hac fabula de Neoptolemo ex eadem insula abducendo actum esse. Tradit enim Proclus: *καὶ Νεοπτόλεμον Ὀδυσσεὺς ἐκ Σκύρου ἀγαγὼν τὰ ὅπλα δίδωσι τὰ τοῦ πατρός.* Consentit Homer. Odyss. XI, 508. Quint. Smyrn. VI, 169 — 429, qui rem copiosissime narrat, cum Ulixe simul Diomedem ad Neoptolemum se contulisse tradit; Sophocles ipse vero (Phil. 344.) Neoptolemum haec introduxit loquentem:

ἦλθόν με νηΐ ποικιλοστόλῳ μέτα
διός τ' Ὀδυσσεὺς χὠ τροφεὺς τοὐμοῦ πατρός,
λέγοντες, εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,
ὡς οὐ θέμις γίγνοιτ', ἐπεὶ κατέφθιτο
πατὴρ ἐμὸς, τὰ πέργαμ' ἄλλον ἢ μ' ἑλεῖν.

Quod inde Phoenicem cum Ulixe venisse cognoscimus, id confirmatur pictura a Flavio Philostrato minore descripta, quae quin scenam ex tragoedia petitam repraesentaverit vix dubitari potest. Haec enim habet ille (Imag. 1.), postquam Neoptolemi personam et habitum descripsit: ἀχθόμενος (sc. ὁ Πύρρος) τῇ μητρὶ καὶ τῷ πάππῳ τῆς ἐν τῇ νήσῳ ἕδρας, ἐπειδὴ ἐπ' Ἀχιλλεῖ τεθνεῶτι δείσαντες περὶ τῷ παιδὶ ἀπώμοτον ἐποιήσαντο τὴν τοῦ Πύρρου ἔξοδον, αἰπολίοις τε καὶ βουσὶν ἑαυτὸν ἐφίστησιν ἀπαυχενίζων τοὺς ἀτιμάζοντας τὴν ἀγέλην ταύρους, οἳ δὴ πρὸς τῷ ἐν δεξιᾷ ἐνδείκνυνται ὄρει. λογίου δὲ ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐμπεσόντος, ὡς οὐκ ἄλλῳ τῳ ἁλωτὸς ἔσοιτο ἡ Τροία πλὴν τοῖς Αἰακίδαις (consentit Soph. Phil. 114.) στέλλεται ὁ Φοῖνιξ ἐς τὴν Σκύρον ἀνάξων τὸν παῖδα, καὶ καθορμισάμενος ἐντυγχάνει οἱ οὐκ εἰδότι οὐκ εἰδὼς πλὴν ὅσα τὸ ἀβρόν τι καὶ ἀδρὸν τοῦ εἰδοῦς ὑπεδείκνυ αὐτὸν Ἀχιλλέως εἶναι παῖδα. κἀντεῦθεν γνωρίσας ὡς εἴη ἔκπυστος γίγνεται τῷ τε Λυκομήδει καὶ τῇ Ληιδαμείᾳ. Summa igitur fabulae, quae a *Dolopibus* sive Phoenicem comitantibus (quae Welckeri est sententia) sive Scyrum habitantibus (quae mea est) nomen habuit, in eo posita fuisse videtur, ut Phoenix adolescentem, sine quo (cf. Phil. 1434.) Ilium capi non poterat, in insula investigaret et secum abduceret. Cui illud quidem bene successit, hoc autem consequi haud facile licuit, quum mater et avus Neoptolemum bello interesse nollent. Quapropter Phoenix cum adolescente clam fugam parasse videtur, sed res haud dubie Lycomedi patefacta est, qui utrumque diligentissime custodiri iussit. Qua re quum Phoenicis consilium irritum esset factum, intervenit Ulixes, qui avi matrisque iram placavit et utrique persuasit, ut adolescenti patris necem ulcisci permitterent. — Sed hanc fabulam a *Phoenice*, cuius nonnulla fragmenta supersunt, non diversam fuisse Welckero haud quaquam crediderim. Nam Phoenicis partes in ea non eiusmodi erant, ut fabula eius nomen asciscere potuisset; si quis autem statuat, quum nonnunquam pro fabularum nominibus personae nominentur, ibi esse *Dolopum* Phoenicem dictum, ubi Phoenix citatus sit, is vereor ut credibilia statuerit. Nam mirum esset, si quattuor scriptores plane inter se diversi (vide *Phoenicis* fragmenta) in eundem errorem incidissent. Nec ad rem diiudicandam quidquam valent Neoptolemi Attianae residua, quam fabulam Welcker ad Sophoclei dramatis exemplar compositam fuisse opinatur. Quae quum ita sint, *Phoenicem* a *Dolopibus* diversam et idem argumentum complexam esse censemus, quod Euripides in tragoedia pariter cognominata tractaverit. cf. Eur. Fragm. p. 413.

I. (177.)

Phot. p. 36, 12. Etym. M. p. 393, 43. *Εὐναῖος· ἐγκεκρυμμένος. Σοφοκλῆς Δόλοψιν.*

Εὐναῖος εἴη δράπετιν στέγην ἔχων.

Etym. δραπέτην. cf. Hesych. v. δρομαλὸς λαγωός, ὁ ἐν δρόμοις ἁλισκόμενος, εὐναῖος δὲ ὁ ἐν κοίτῃ. Valck. ad Eur. Hipp. 326. — Ad eundem locum haud dubie respexit Hesych. v. Εὔναιος λαγώς.

Σοφοκλῆς Δόλοψι. καταπτηχής. Nec improbabiliter Toupius ad Theocr. p. 410 apud Sophoclem fuisse coniecit:

ὥσπερ λαγὼς
εὐναῖος εἴη, δράπετιν στέγην ἔχων.

II. (178.)

Cyrilli lex. MSS. a Schowio (ad Hesych. p. 781. not. 15.) citatum haec habet: *Χαμευνά· ἡ ἐπὶ γῆς κατάκλισις. καὶ τὸ ταπεινὸν κλινίδιον, χαμεύνη. Σοφοκλῆς Δόλοψι.*

ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ.

Fabulas, quibus *Helenae* historia argumenta suppeditavit, a Brunckio et Dindorfio in unam coniunctas primi bene segregarunt Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1836. p. 76. sq.) et Welcker (Trag. Gr. p. 117. sq.). Sunt vero tres: *Ἑλένης ἁρπαγή*, cuius memoriam solus, qui Aiacis argumentum scripsit, grammaticus servavit, *Ἑλένης ἀπαίτησις* et *Ἑλένης γάμος*, quarum etiam nunc nonnulla fragmenta supersunt. Nulla vero simpliciter *Ἑλένη* inscripta fuit, sed scholiastes Aristophanis (cf. fgm. II.), qui eam citare quibusdam videtur, fabulae personam pro fabula ipsa nominavit, de quo more p. 174 monuimus. Fieri autem vix potest, ut certi quid de earum argumentis statuatur; nihil igitur est reliquum, nisi ut Welckerum admodum probabiliter de iis disputantem sequamur.

Ac primum quidem *Ἑλένης ἀπαίτησις*, de qua h. l. dicendum est, utrum ad repetitionem a Troianis, postquam expugnata erat urbs, pertinuerit, an Sophocles pariter atque Euripides Menelaum non inventam Troiae Helenam in Aegypto a Proteo repetentem fecerit, dubitavit God. Hermannus (Praef. ad Eur. Hel. p. XVI.). Verissime autem Welcker p. 118 monuit, nec veteres scriptores de Helena post urbis expugnationem repetita memoriae quidquam mandasse, nec alterum illud argumentum rationi Sophoclis poeticae convenire. Itaque veri esse similius, Sophoclem, ut in multis aliis, ita in hac fabula Homeri narrationem esse secutum. Is enim (Il. III, 205. sq. coll. VII, 347. sq. XI, 123. 138.) tradit, Menelaum et Ulixem, ut Helenam et opes repeterent, Troiam venisse ibique hospitaliter ab Antenore exceptos, sed Antimacho auctore in ipsa principum concione fere interemtos esse. Adde Schol. Il. III, 206. *πρὸ τοῦ στρατεῦσαι τους Ἕλληνας εἰς Τροίαν ἦλθον πρέσβεις Ὀδυσσεὺς καὶ Μενέλαος ἀπαιτοῦντες Ἑλένην, ἐν οἷς τῶν ἄλλων αὐτοὺς μεθ' ὕβρεως διωξάντων μόνος Ἀντήνωρ ξενίζει φιλοφρόνως. — — Ὅτε γὰρ ἐκ Τενέδου ἐπρεσβεύοντο οἱ περὶ Μενέλαον, τότε Ἀντήνωρ ὁ Ἰκετάονος* (leg. *Ἑλικάο-*

νος) ὑπεδέξατο αὐτοὺς καὶ δολοφονεῖσθαι μέλλοντας ἔσωσεν. cf. Ulixis verba apud Ovid. Metam. XIII, 196. sq.:

Mittor et Iliacas audax orator ad arces,
Visaque et intrata est altae mihi curia Troiae:
Plenaque adhuc erat illa viris. Interritus regi
Quam mihi mandarat communis Graecia causam,
Accusoque Parin praedamque Helenamque reposco.
Et moveo Priamum Priamoque Antenora iunctum.
At Paris et fratres et qui rapuere sub illo
Vix tenuere manus (scis hoc, Menelae,) nefandas,
Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.

Caussam denique Welcker propter fgm. VI. vatum (fortassis Heleni) dictis diremtam esse et chorum e Phrygibus constitisse ait. — Iam vero ex illis, quibus summa fabulae adumbrata ast, eam non satyricam, in qua sententia Heinischius (Prolegg. ad Eurip. Helen. p. 20.) et Hermannus l. c. fuere, sed tragoediam fuisse cognosceretur, etiamsi apertum Strabonis testimonium (fgm. VI. καὶ Σοφοκλῆς — — τραγικῶς.) non accederet. — Idem argumentum post Sophoclem tractavit Timesitheus.

I. (179.)

Schol. Eur. Phoen. 312. Εἰ γὰρ καὶ Ἑλληνικῶς ἐλάλουν αἱ Φοίνισσαι, ἀλλ' οὖν γε τὴν πάτριον ἀπήχησιν ἔσωζον τῆς φωνῆς, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει

καὶ γὰρ χαρακτὴρ αὐτὸς ἐν γλώσσῃ τί με
παρηγορεῖ Λάκωνος ὀσμᾶσθαι λόγου.

Vulgo erat αὐτὸς, quod correxit Hermann. l. c. Cod. Taur. προσηγορεῖ et ὀρμᾶσθαι. Blomfield. (in Mus. crit. Cantabrig. II. p. 143.) maluit ἐν γλώσσῃ μέ τι, cuius mutationis non perspicitur causa. — Egregie Hermannus verba esse cognoscentis cuiusdam (Menelai vel Helenae) aliquem popularem suum monuit. Itaque nescio an etiam huc potius quam ad Lacaenas referendum sit fgm. 344.

II. (180.)

Schol. Arist. Equ. 84. ἔστι γοῦν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης

ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν,
καὶ μή γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίαν.

τινὲς δέ φασιν ὅτι Σοφοκλῆς περὶ Θεμιστοκλέους τοῦτό φησι. Ψεύδονται δὲ, οὐ γάρ ἐστι πιθανόν. — Locum sic, ut supra scriptus est, dedit Hermannus l. c. p. XX, quum in codd. esset: αἷμα Ταύρου γ' ἐκπιεῖν — — δυσφημίας. (cod. Laur. Θ. μήτε pro μή γε et πλεῖον.) Δυσφημίας probat etiam Hermannus, modo scribatur τῆσδ' ἔχειν δυσφημίας. Dindorfius vero correxit: αἷμα ταύρειον πιεῖν κτλ. et vs. 2 pro γὲ maluit μέ. In adnot. ad schol. vero correxit μή τι ea conferri

iubens, quae ipse ad Soph. Trach. 944 adnotaverit. Ahrens dedit: *ταύρειον πιεῖν καὶ μή τι πλείους τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.* Sed non est, cur praeter necessitatem a codicum scriptura longe recedamus. — Male Brunckius hoc loco, ut in Aegei fgm. II, Taurum fluvium commemorari ratus, utrumque coniunxit et in istam fabulam intulit, verbis *αἷμα Ταύρου γ' ἐπκιεῖν* in *πῶμα ταύριον πιεῖν* mutatis; agitur potius de sanguine taurino, cuius usu veteres mortem adduci credebant, praecipue si quis mentitus esset. cf. Herod. III, 15. Aristoph. Equ. 83. Diod. IV, 50. Apollod. I, 9, 27. (Rhizotom. argum.) Paus. VII, 25, 13. *πίνουσαι δὲ αἷμα ταύρου δοκιμάζονται. ἡ δ' ἂν αὐτῶν τύχῃ μὴ ἀληθεύουσα, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην ἔσχεν.* — In eundem errorem, in quem Brunckius, fortasse vetus quidem scholiastes incidit, quum *αἷμα Ταύρου γ' ἐκπιεῖν*, quod vix Sophoclis esse potest, scriberet et *αἷμα* metaphorice dictum esse arbitraretur. Haud dubie rectius Dindorfius, Hermannus, alii scripserunt: *αἷμα ταύρειον πιεῖν.* Sententia (quam ab Helena pronunciatam esse scholiastes docet personam pro fabulae titulo nominans) haec est: *optimum mihi est, sanguinem taurinum bibere nec amplius horum iniurias ferre.* Sed num iidem viri doctissimi etiam recte hunc locum ad hanc fabulam rettulerint, dubitari potest, quum Helena etiam in *Helenae Raptu*, *Helenae Nuptiis* et in *Lacaenis* partes egerit.

III (181.)

Cram. Anecd. Gr. Oxon. IV. p. 373, 3. *Ἰστέον δέ, ὅτι τὸ ἤμην ἐπὶ τοῦ ὑπῆρχον ἀπηγόρευται· ἀντὶ γὰρ τοῦ ἤμην ἦν ἐγὼ λέγουσι, ὡς Ἀριστοφανης* (Plut. 28.) *εὕρηται γὰρ τὸ ἤμην τὸ ἐπὶ τοῦ ὑπῆρχον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει*

*ἐγὼ δὲ προδότης * οὐκ ἤμην, τέκνον.*

Prorsus eadem quidem Choerobosc. Dictat. in Theodos. Can. p. 882. Gaisf. et Etym. M. p. 430, 15 habent, nihilominus recte Cramer pro Euripide Sophoclis nomen restituendum esse vidit. Nam quod cuipiam in mentem venire possit, Euripidis Helenae vs. 931. *ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἄρ' ἦν φίλων* dictum esse, id propterea improbabile est, primum quod Sophoclis et Euripidis nomina multo saepius commutantur [7]), quam ut fabulae Euripidis etiamnunc extantis titulum cum nomine fabulae admodum raro citatae confusum esse credibile sit; deinde quod versus ex Helen. Repetit. citatus propter formam *ἤμην* affertur, quae in illo non legitur, quamquam praepropere a Piersono ad Moer. p. 172 in eum illata est Dindorfio et Pflugkio male sequentibus. Si senarius fuit versus, in medio trochaeus excidit.

IV. (182.)

Plut. Compar. Lycurg. et Num. 3, 6. p. 77. A. de puellarum educatione et de *φαινομηρίσι* locutus sic pergit: *τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παρ-*

[7]) Sic Choeroboscus, ex quo grammaticus Crameri et Etymologus hausisse videntur, l. c. p. 554. Gaisf. Euripidi versum tribuit, qui Sophoclis est ex Aiace 806.

θενικοῦ χιτῶνος αἱ πτέρυγες οὐκ ἦσαν συνερραμέναι κάτωθεν, ἀλλ' ἀνεπτύσσοντο καὶ συνανεγύμνουν ὅλον ἐν τῷ βαδίζειν τὸν μηρόν. καὶ σαφέστατα τὸ γινόμενον εἴρηκε Σοφοκλῆς ἐν τούτοις·

καὶ τὰν νέυρτον, ἃς ἔτ' ἄσιολος χιτὼν
θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν
πτύσσεται, Ἑρμιόναν.

Vulgo erat τὰν νέοργον ἄσετ', quod correxit Valck. Diatr. p. 221. loco ad Sophoclis Hermionam relato. Sed recte Brunckius nihil eiusmodi dici de Hermione dudum nupta in illo dramate potuisse monuit, itaque locum huc rettulit Welckero assentiente, qui eum ad Helenae desiderium patriae, in qua παῖδά γε τηλυγέτην reliquerit (Hom. Il. III, 173.) pertinere censet. Fortassis recte.

V. (183.)

Erotian. p. 180. s. v. θράσσει. — ἔστι δὲ ὀχλεῖ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει φησί· γυναῖκα δ' ἐξελόντες ἢ θράσσει γέννν τε. ὡς τοῦ μὲν ἕωλον (Cod. Dorv. αἴολον) γραφίοις ἐνημμένοις. Brunckius dedit: ἢ θράσσει γέννν, ὡς τοῦ μὲν αἴολον κτλ. sententiam extricare se non posse fassus. Blomfield. l. c. et in Gloss. ad Aesch. Prom. 649. ἢ θράσσει γε νῦν, quo non multum proficitur. Hermannus l. c. p. XIX scripsit:

γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἢ θράσσει γέννν
χρώζουσ' ἕωλον, γραφιδίοις ἐνημμένην.

verbaque sic interpretatur: „*muliere potiti, quae pingendo vexat marcidam genam, penicillis incensam*, i. e. rubentem ope penicillorum." Quam emendationem Welcker probat nisi quod ἐνημμένοις retineri vult, ut γραφιδίοις ἐνημμένοις significet: „*penicillis applicatis.*" Ab Hermanno vero longe recessit Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1835. n. 114) sic locum restituens:

γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἢ θράσσει γε νῦν
οἴστρου Μενέλεων ξυραφίοις ἐνημμένοις.

(h. e. *eximentes mulierem, quae nunc quidem amoris novaculis quasi ardentibus turbat Menelaum.*) ad verba οἴστρου ξυραφίοις ἐνημμένοις coll. Aesch. Prom. 880. Choeph. 870. Soph. Antig. 996. Ai. 786. Sed ipse postea (in Ind. schol. Marburg. 1843—44. p. VI.) sententiam retractavit verbaque sic constituit:

γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἢ θράσσει γε νῦν
νόσου Μενέλεων γραβίοις ἐνημμένοις.

ut sententia sit, Menelaum furoris et desiderii quasi taedis ardentibus percitum esse. De voce γράβιον audiri iubet Athenaeum (XV. p. 609. E.) haec dicentem: Ἀμερίας δὲ γράβιον τὸν φανόν. Σέλευκος δὲ οὕτως ἐξηγεῖται ταύτην τὴν λέξιν. γράβιόν ἐστι τὸ πρίνινον ἢ δρύϊνον ξύλον, ὅπερ ἐθλασμένον καὶ κατεσχισμένον ἐξάπτεσθαι καὶ φαίνειν τοῖς

ὁδοιποροῦσιν. Θεοδωρίδας γοῦν ὁ Συρακόσιος ἐν Κενταύροις διθυράμβῳ φησί· πίσσα δ' ἀπὸ γραβίων ἔσταζεν οἷον ἀπὸ λαμπάδων. Μνημονεύει δὲ γραβίων καὶ Στράττις ἐν Φοινίσσαις. — Sed equidem vereor, ne Bergkius acutius quam verius Menelai nomen et vocem γράβιον a tragoedia alienam intulerit, itaque Hermanni correctionem servato tamen ἐνημμένοις praefero, quamvis fortassis in ea quoque genuina Sophoclis scriptura nondum omni ex parte restituta sit. Quae credo tantummodo ex meliore Erotiani codice hauri poterit.

VI. (184.)

Strabo XIV, 1, 27. p. 642. de luco Apollinis Clarii: λέγεται δὲ Κάλχας ὁ μάντις μετ' Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον πεζῇ δεῦρο ἀφικέσθαι. περιτυχὼν δ' ἑαυτοῦ κρείττονι μάντει κατὰ τὴν Κλάρον Μόψῳ τῷ Μαντοῦς, τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς, διὰ λύπην ἀποθανεῖν. — — λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει, ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. οὗτος δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν μεταφέρει τὴν ἔριν καὶ τὸν θάνατον τοῦ Κάλχαντος. Id. XIV, 3, 16. p. 675. πλησίον δὲ καὶ Μαλλὸς, ἐφ' ὕψους κειμένη, κτίσμα Ἀμφιλόχου τοῦ Μόψου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς, περὶ ὧν πολλὰ μυθολογεῖται, καὶ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐμνήσθημεν αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ Κάλχαντος λόγοις καὶ τῆς ἔριδος, ἣν ἔρισαν περὶ τῆς μαντικῆς ὅ τε Κάλχας καὶ ὁ Μόψος. ταύτην γὰρ τὴν ἔριν μεταφέρουσιν ἔνιοι, καθάπερ καὶ Σοφοκλῆς, εἰς τὴν Κιλικίαν, καλέσας ἐκεῖνος αὐτὴν Παμφυλίαν τραγικῶς, καθάπερ καὶ τὴν Κιλικίαν (leg. Λυκίαν) Καρίαν καὶ τὴν Τροίαν καὶ Λυκίαν Φρυγίαν, καὶ τὸν θάνατον τοῦ Κάλχαντος ἐνταῦθα παραδιδόασιν ἄλλοι τε καὶ Σοφοκλῆς. οὐ μόνον δὲ τὴν περὶ τῆς μαντικῆς ἔριν μεμυθεύκασιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς. τὸν γὰρ Μόψον φασὶ καὶ τὸν Ἀμφίλοχον ἐκ Τροίας ἐλθόντας κτίσαι Μαλλόν. εἶτ' Ἀμφίλοχον εἰς Ἄργος ἐλθεῖν. δυσαρεστήσαντα δὲ τοῖς ἐκεῖ πάλιν ἀναστρέψαι δεῦρο. ἀποκλειόμενον δὲ τῆς κοινωνίας συμβαλεῖν εἰς μονομαχίαν πρὸς τὸν Μόψον. πεσόντας δ' ἀμφοτέρους ταφῆναι μὴ ἐν ἐπόψει ἀλλήλοις. καὶ νῦν οἱ τάφοι δείκνυνται περὶ Μάγαρσα τοῦ Πυράμου πλησίον. Horum postrema dubitat Hermannus an apud Sophoclem quoque tradita fuerint.

VII. (185.)

Hesych. Ἀναχαιτίζειν, ἀναπίθειν, ἀναχαλινοῦν.
Ἀνακρούεται, ἀναποδίζει. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς
σ
ἑλένῃσἀπαιτή. Ita haec extant in optimo cod. Marc. Sed has glossas coniungendas esse et sic restituendas: ἀναχαιτίζει, ἀναπείθει, ἀναχαλινοῖ, ἀνακρούεται, ἀναποδίζει. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς Ἑλένης ἀπαιτήσει. iam vidit Musurus. Haec enim habet Suid. ἀναχαιτίζει, αἰτιατικῇ· ἀναποδίζει, ἐγκόπτει. ἀναχαιτίζειν Σοφοκλῆς τὸ ἀπειθεῖν καὶ ἀντιτείνειν. cf. Etym. M. p. 101, 9. ἀναχαιτισθῆναι, σημαίνει τὸ ἀπειθεῖν (fort. ἀπειθεῖσθαι), κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Ex quibus locis etiam apud Hesych. pro ἀναπείθει corrigendum esse ἀπειθεῖ liquet. Bekk. An. Gr. p. 393, 20. ἀναχαιτίζει, ἀναποδίζει, ἐγκόπτει. Phrynich. προπ. σοφ. p. 19, 30. ἀναχαιτίζειν, ἀνακόψαι ἐς τοὐπίσω. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ

τῶν τοὺς ἵππους. (Ellendt. s. v. scribi mavult: ἀπὸ τῶν ἵππων τοὺς ἱππέας) τῇ χαίτῃ ἀνακρούοντων τοὺς ἀπὸ φυτῆρος τρέχοντας. Ulpian. in Demosth. p. 22. C. Voce usus est Eurip. Bacch. 1270. Hipp. 1232. Rhes. 785.

VIII. (186.)

Plut. vit. Demetr. 45. p. 911. C. ἦν οὖν ὁ Σοφοκλέους Μενέλαος εἰκόνα ταῖς αὐτοῦ τύχαις παρατίθησιν·

ἀλλ' οὐμὸς αἰεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ
τρόχῳ κυκλεῖται καὶ μεταλλάσσει φύσιν.
ὥσπερ σελήνης δ' ὄψις εὐφρόνας δύο
στῆναι δύναιτ' ἂν οὔποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ,
ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,
χὤταν περ αὐτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,
πάλιν διαρρεῖ κεἰς τὸ μηδὲν ἔρχεται.

Vs. 5 — 9 Plutarch. iterum affert in Quaest. Rom. 76. p. 282. B. et de curios. 5. p. 517. D., sed pro ἀλλ' priori loco ὡς, altero πᾶς, pro κεἰς τὸ utroque κἀπὶ praebet. Κἀπὶ habet etiam Tzetzes, qui vs. 7. 8. ad Hesiod. Op. 780. affert. Vs. 3. Editor Parisinus (Doehner) dedit εὐφρόναις. Welcker egregie locum ad hanc fabulam rettulit.

Praeterea Welcker in hanc fabulam intulit et locum in Bekk. An. Gr. p. 96. servatum: εὐορκησία· Ἀλέξανδρος ἐν Ἑλένῃ, et fgm. 706. Sed quum in illo Sophoclis nomen non appositum sit, nescio an rectius Helenam Alexandri poetae sive tragici sive comici citari statuatur. Equidem glossam inter Alexandri Aetoli reliquias recipere non dubitavi (Poet. Trag. Fragm. III. p. 176.) eiusque rei suo loco caussas attuli. Deinde quod ad fgm. 706 attinet, quo Welckero Ulixis verba contineri videntur, eiusmodi sententia in quavis fabula locum habere potuit.

ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ.

Huius fabulae memoriam solus grammaticus, qui Aiacis argumentum scripsit, servavit (cuius verba ad Aethiopes exhibuimus) eamque inter tragoedias τῆς Τρωϊκῆς πραγματείας fuisse narravit. Quam ob rem Bruncknius in ea exhiberi ait debuisse Helenam e Troia ereptam, neque vero Thesei facinus, qui illam necdum maturam rapuisset. Sed quum ipse non haberet, quo *Helenam e Troia reptam* referret, num unquam scripta fuerit fabula dubitavit. Ab

vir doctissimus nec grammatici verba recte interpretatus esse videtur neque eius testimonium in dubitationem vocare debuit, quum etiam aliarum fabularum notitiam tantummodo didascaliis debeamus. Verba τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστι πραγματείας, si recte video, nihil aliud significant, quam fabulam ad res Troianas pertinuisse: neque magis e titulo Ἑλένης ἁρπαγὴ Helenae raptum in fabula sic inscripta re vera perpetratum esse, quam e titulo Ἑλένης ἀπαιτήσεως (ut supra docuimus,) sequitur, Helenae repetitionem in dramate ita cognominato esse effectam, sed tituli simpliciter rem significabant, de qua in dramate agebatur. Itaque fieri potuit, ut scena Troiae esset sive eo tempore, quo Alexander Helenae raptum moliebatur patre fratribusque id dissuadentibus ac mala inde secutura vaticinantibus, sive eo, quo Helena modo rapta Troiam venerat. Ad hoc tempus Ahrens (Fgm. Soph. p. 272) quoque fabulam referendam esse censet ita disputans: „Neque res erat sine summa gravitate, aliis Helenam remittendam suadentibus, aliis recipiendam et adversus Graecos defendendam censentibus: neque defuerunt oracula, quae in utramque partem afferri potuerunt. Vicit iniustior causa contra Antenorem huiusque filios, neque incredibile est poetam statim ab initio mala illa, quae ex raptu insecutura essent, praedixisse et tamen ostendisse, evitari non potuisse, quae essent fatis destinata." Sed fragmentis aliisque subsidiis (inter quae Cypria carmina facile principatum tenuerint) destituti accuratius in argumentum inquirere non possumus. Verumtamen recte nobis Ahrens Welckeri sententiam improbasse ac bene refutasse videtur, qui (p. 158. sq.) Brunckiana tituli interpretatione, quam falsam esse supra ostendimus, nixus dramatis summam in recuperanda Helena per Menelaum post Deiphobi necem positam fuisse dixit. Nam quo iure, ut alia, quae Welckeri sententiae obstant, taceam, haec recuperatio ἁρπαγὴ appellari potuerit, equidem non perspicio. — Postremo non potest silentio praetermitti, fuisse, qui hanc fabulae ab *Helenae Repetitione* vel *Nuptiis* non discrepuisse et satyricam fuisse contenderent, quorum sententia propterea probari non posse videtur, quod illa inter plures *tragoedias* ad res Troicas spectantes a grammatico commemoratur.

ΕΛΕΝΗΣ ΓΑΜΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Helena quum quinque viris, Theseo, Menelao, Alexandro, Deiphobo et Achilli nupserit, difficillimum est ad dicendum, ad quas nuptias haec fabula pertinuerit. Ad verum autem accessit fortasse G. Hermannus (Praef. ad Eur. Helen. p. XVI.), qui drama in illis nuptiis, quibus Paris Helenam sibi in insula [Cranae] ab nomine eius postea vocata iunxerit, describendis versatum esse suspicatur. Rem attingunt Hom. Il. III, 445. Paus. III, 22, 1. (collat. Eur. Hel. 1690. Strab. IX. p. 399.). Satyricam fuisse fabulam inter viros doctos fere constat, nec propter ipsum argumentum ea de re du-

itari potest. Haudquaquam vero cum Th. Bergkio (in Zimmermanni iar. Antiqu. 1836. p. 76) ex barbara voce ὀροσάγγαι (fgm. IV.) quidnam concluderim, quippe quae etiam in *Troilo* tragoedia adibita fuerit. Ad hanc fabulam respexisse videtur Aristid. or. XLVI. 307. fin. (Vol. II. p. 399. Dindf.) *εἰ δέ τις αὐτῶν περὶ τῆς ἐγκρατείας διαλεγομένων ἀντικρὺ σταίη ἔχων ἔνθρυπτα καὶ στρεπτούς, ἐκβάλλουσι γλῶσσαν ὥσπερ ὁ Μενέλεως τὸ ξίφος. αὐτὴν μὲν γὰρ ἐὰν ἴδωσι τὴν λέσχην, Ἑλένην λέγω; θεράπαιναν οὖν ὁποίαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν ὀργίαν, τῷ ὄντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς σατύρους τοῦ Σοφοκλέους.*

I. (187.)

Athen. III. p. 76. D. *Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἑλένης γάμῳ τροπικῶς τῷ τοῦ ὕδρου ὀνόματι τὸν καρπὸν ἐκάλεσεν εἰπών*

*Πέπων ἐρινὸς * * ἀχρεῖος ὤν*
ἐς βρῶσιν ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ.

πέπων δ' ἐρινὸς εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ πέπον ἐρινόν. Codd. PVL. *πέπων ἐρινός.* Sophoclis verba eodem modo praebet Eustath. p. 1205, , sed addit: *παροιμιακὸν δὲ αὐτὸ τὸ νόημα, ὅμοιον τῷ ἀπαίδευτος ὢν ὡς ἂν ἑτέρους παιδεύσειας.* — Vs. 1. Ios. Scaliger post *ἐρινὸς* addit *κατελῶς*, Casaub. *αὐτὸς ὢν ἀχρήϊος* ionica forma illata, Porso Adv. p. 9. *πέπων δ' ἐρινὸς ὡς ἀχρεῖος αὐτὸς ὤν*, G. Hermannus l. c. *πέπων ινὸς ὡς ἀχρεῖος ὤν* initio aliquid excidisse arbitratus.

II. (188.)

Etym. M. p. 601, 20. *Νένωται, ἢ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η ἀπὸ ῦ νενόηται, ὅπερ καὶ νενοέαται Ἰακῶς γίνεται. ἢ ἀπὸ τοῦ νένωται κατὰ στολήν. Ἔστι γὰρ νῦν ῥῆμα τρίτης συζυγίας, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ, οἷον, λένης γάμῳ νένωται, καὶ παρὰ Ἀνακρέοντι ἡ μετοχὴ, ὁ δ' ὑψηλὰ νεμένος.* Eodem respexit Phavorin. Ecl. p. 298, 10. *νένοται. ἢ τὸ τοῦ νενόηται συγκοπῇ ἢ ἀπὸ τοῦ νένωται καὶ συστολῇ, ἐπειδή ἐστι ῆμα νῦν τρίτης συζυγίας. καὶ Σοφοκλῆς νένωται, καὶ Ἀνακρέων, ὁ δ' ψηλὰ νενωμένος.* cf. Suid. v. *νενώμεθα. διανενοήμεθα.* Id *νωμένος. νοήσας, γνούς. παρὰ Καλλιμάχῳ. Νῶσαι. εἰς νοῦν λαβεῖν.* Phot. 294, 8. *νένωμαι. διανενόημαι· νενώμεθα. διανενοήμεθα.* Ad Etymologi verba haec adnotat Hermannus l. c. p. XVI: „quum ibi ba aliquot Anacreontis verba afferantur, idem factum esse in Sohocleis credibile est: sed huius utrum sit *Ἑλένης γάμῳ*, an quod eri similius, grammaticus scripserit: *ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ Ἑλένης γάμῳ, οἷον νένωται* aliorum fortasse librorum inspectio aliquando docebit.“ Sed vereor, ne *οἷον* aut corruptum sit ex *τὸ ἐν* aut librarii iusdam errori originem debeat, qui, quum *Ἑλένης γάμον* Sophoclis bulam esse nesciret, verba *Ἑλένης γάμῳ νένωται* tanquam Sophoclea hibuit.

III. (189.)

Phot. p. 377, 21. *Πανόν· ἀπὸ τοῦ πάντα φαίνειν σχηματισθέντα,*

κατὰ μεταβολὴν τοῦ φ. Σοφοκλῆς Ἑλένης γάμῳ. Eadem voce usus est Eurip. fgm. 106.

IV. (190.)

Grammatic. in Append. ad Phot. p. 674, 20. de voce ὁροσάγγης disputans haec habet: Ὁροσάγγαι μὲν οἱ σωματοφύλακες, ὡς Ἑλένη (sic) γάμῳ καὶ Τρωΐλῳ. Ἡρόδοτος (VIII, 85.) δέ· οἱ εὐεργέται βασιλέως ὁροσάγγαι καλέονται Περσιστί. Κτλ.

ΕΠΙΓΟΝΟΙ = ΕΡΙΦΥΛΗ.

Sophoclis Epigonos Latine expresserat Attius teste Cic. de orat. opt. gen. 6, 18. (*Nec Andromacham igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant. Sed tamen Ennium et Pacuvium et Attium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt).* sed latinae tragoediae quum non multo plura, quam graecae fragmenta supersint, ad argumentum cognoscendum haud multum valent[8]). E Soph. fgm. II

[8]) Ne quis autem queratur, a nobis aliquid omissum esse, quod cognoscendae Sophoclis fabulae inservire possit, Attianae fabulae fragmenta subiecimus, quamvis Attium Sophoclis drama ad verbum vertisse parum credibile sit. Sunt vero haec:

I. Cic. Tusc. II, 25, 60. Tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse:

Audisne haec, Amphiarae, sub terram abdite?

II. Nonius de hon. et nov. vet. dict. p. 185. ed. Merc. Ullo pro ullus fuero. Accius Epigonis:

Qui, nisi genitorem ullo, nullum meis dat finem miseriis.

III. Id de differ. verb. p. 426. Animus et anima hoc distant: animus est, quo sapimus; anima, qua vivimus. Accius Epigone (sic):

Sapimus animo, fruimur anima, sine animo anima est debilis.

IV. Id. de hon. etc. p. 158. Pausa est quies alicuius rei. Accius Epigono (sic):

Sed iam Amphilochum huc vadere cerno.
Et nobis datur bona pausa loquendi.

V. Id. p. 191. Amnem feminino genere (appellamus).... Accius Epigono:

Apud abundantem antiquam amnem et rapidas undas Inachi.

VI. Id. p. 240. Vulgus, masculino genere ..... Accius Epigono:

Et nonne Argivos fremere bellum et velle vi vulgum videt?

VII. Id. p. 226. Stupor, generis feminini .... Accius Epigona:

Ita imperitus studipitate erumpit se, impos consilii.

VIII. Nonius de cont. gen. verb. p. 472. Merc. Moderant pro moderantur. Accius Epigonis:

Viden' ut te impietas stimulat nec moderat metus?

IX. Id. de indiscr. gen. p. 200. Collum neutri est generis, collus masculini. Accius Epigono:

Quid cesso ire ad eam? hem praesto est, camo collum gravem.

vere mulierem inter personas fuisse cognoscitur, quae quin Eriphyle fuerit dubitari vix potest: praeterea ex *Eriphyle* citatur versus, quo ea se Argivos (haud dubie contra Thebanos procedentes) conspicere significat (fgm. XI.); itaque veri est simillimum, *Epigonos* et *Eriphylen* diversos esse unius fabulae titulos, quorum alter a choro, alter ab una personarum primas partes tenentium repetitus sit. Similiter illud unum fragmentum, quod ex Attii Eriphyle citatur, ad eius Epigonos referendum esse intelligitur. Quod ex fragmentis autem conclusimus, id etiam ob alias rationes probabile est: nam non perspicitur, quid in *Epigonis* tractari potuerit nisi Eriphyles mors, neque aliud argumentum *Eriphylae* ipsi inesse potuit. Id paucis adumbravit Hygin. fab. LXXIII. *Amphiaraus Alcmaeoni filio suo praecepit, ut post mortem poenas a matre exsequeretur. qui postquam apud Thebas terra est devoratus, Alcmaeon memor patris praecepti, Eriphylen matrem suam interfecit; quem postea furiae exagitarunt.* Copiosius Diod. Sic. IV, 66. *Οἱ μὲν οὖν ἐπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτον τῆς στρατείας τὸ πέρας ἔσχον. Οἱ δὲ τούτων παῖδες, ἐπίγονοι ὀνομασθέντες, τὸν τῶν πατέρων θάνατον ἐπεξιόντες ἔγνωσαν στρατεύειν κοινῇ ἐπὶ τὰς Θήβας. ἔλαβον δὲ χρησμὸν παρ' Ἀπόλλωνος πολεμεῖν τὴν προειρημένην πόλιν στρατηγὸν ἔχοντας Ἀλκμαίωνα τὸν Ἀμφιαράου. Ὁ δὲ Ἀλκμαίων αἱρεθεὶς ὑπ' αὐτῶν στρατηγὸς ἐπηρώτησε τὸν θεὸν περὶ τῆς ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείας καὶ περὶ τῆς Ἐριφύλης τῆς μητρὸς κολάσεως. Τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος χρήσαντος ἀμφότερα τὰ προειρημένα πρᾶξαι διὰ τὸ μὴ μόνον τὸν χρυσοῦν ὅρμον δέξασθαι κατὰ τῆς ἀπωλείας τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ πέπλον λαβεῖν αὐτὴν κατὰ τῆς*

X. Id. de propr. serm. p. 16. Expectorare est extra pectus eiicere. Accius Epigono:

Eloquere propere, ac pavorem hunc meum expectora.

XI. Id. p. 20. Clepere est furari etc. Accius Epigone (sic):

Eaque hoc causa, ut ne quis nostra auribus verba clepere.

XII. Id. de var. sign. serm. p. 342. Mactare malo afficere significat. Accius Epigono:

Maneas adhisante exilio macte Pelopis externis.

Praeterea a nonnullis viris doctis ad hanc fabulam (ab aliis ad Erigonam) referuntur hi loci:

XIII. Non. de hon. et nov. vet. dict. p. 75. Attigat, continget. Accius Erigonis:

Age, Age, amolire, amitte, cave vestem attigas.

XIV. Id. p. 153. Pigrare, pertinere. Accius Erigonis:

Fateor,
Sed cur propter te pigrem haec, aut huius dubitem parcere capiti.

XV. Id. p. 159. Porcet significat prohibet. Accius Erigonis:

Quibus oculis quisquam nostrum poterit illorum obtui
Vultus, quos iam ab armis auni porcent?

XVI. Id. de var. serm. sign. p. 398. Supplicium dicebatur .... rursus supplicatio. Accius Erigona:

Nunc pergam, ut supliciis placans caelitum aras expleam.

XVII. Priscian. I, 6. p. 699. Attius Eriphyla:

Pallas bicorpor anguium spiras trahit.

τοῦ υἱοῦ τελευτῆς. Ἀφροδίτης γὰρ, ὥς φασι, τὸ παλαιὸν δωρησαμένης Ἁρμονίᾳ τῇ Κάδμου τόν τε ὅρμον καὶ πέπλον, ἀμφότερα ταῦτα προσδέξασθαι τὴν Ἐριφύλην, τὸν μὲν ὅρμον παρὰ Πολυνείκους λαβοῦσαν, τὸν δὲ πέπλον παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πολυνείκους Θερσάνδρου, ὅπως πείσῃ τὸν υἱὸν στρατεύειν ἐπὶ τὰς Θήβας. cf. Schol. Hom. Od. XI, 326. Egregie haec dramati conveniunt, sed non magis, quam ipsa fragmenta, sufficiunt, ut certo vel probabiliter saltem dicere queamus, quomodo Sophocles rem disposuerit singulaque instituerit. Nam quae Welcker p. 270. sq. disputavit, non alio fundamento, quam eius ingenio nituntur, dignissima vero sunt, quae legantur. — Ἐπιγόνους scripsit etiam Astydamas, Ἐριφύλην Nicomachus.

I. (191.)

Stob. XXXVIII, 27. c. l. τοῦ αὐτοῦ Ἐπίγονοι. (praecedit fgm. 334.)

Φιλεῖ γὰρ ἡ δύσκλεια τοῖς φθονουμένοις
νικᾶν ἐπ᾽ αἰσχροῖς ἢ ᾽πι τοῖς καλοῖς πλέον.

II. (192.)

Stob. LXXIII, 51. Σοφοκλέους Ἐπίγονοι.

Ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι,
κάκιον ἄλλ᾽ οὐκ ἔστιν οὐδ᾽ ἔσται ποτὲ
γυναικὸς, εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς.

Vs. 1. Paris. A. B. γυνή. Vs. 3. Paris. A. Trinc. ἢ εἴ τι.

III. (193.)

Schol. Soph. OC. 378. Πολλαχοῦ τὸ Ἄργος κοῖλόν φασι, καθάπερ καὶ ἐν Ἐπιγόνοις

Τὸ κοῖλον Ἄργος οὐ κατοικήσαντ᾽ ἔτι.

Idem epitheton, de quo egregie disputavit Nitzsch. ad Odyss. IV, 1., extat in fgm. 229. OC. 379. 1389.

IV. (194.)

Cf. Aesch. fragm. 52.

V. (195.)

Strabo IX, 1, 22. p. 399. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυνθος, εἶτα Ῥαμνοῦς, τὸ τῆς Νεμέσεως ἱερόν. εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον. ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς

Ἐδέξατο δαγεῖσα Θηβαία κόνις
αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετραορίστῳ δίφρῳ.

Sic locum e codd. dedit Cramer, quem Brunckius inter Amphiarai fragmenta exhibuit, sed recte Welcker huc rettulit, quum vix in alia fabula de Amphiarai morte sermo esse potuerit. Verba Alcmaeonis esse videntur. Eidem Welcker tribuit fgm. 687.

VI. (196.)

Stob. I, 1. *Σοφοκλέους Ἐριφύλης.*

Ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι.

VII. (197.)

Stob. VII, 7. *Σοφοκλῆς Ἐριφύλῃ.*

Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται.

VIII. (198.)

Stob. XLIII, 7. *Τοῦ αὐτοῦ Ἐριφύλῃ.*.

Ὅπου δὲ μὴ τἄριστ' ἐλευθέρως λέγειν
ἔξεστι, νικᾷ δ' ἐν πόλει τὰ χείρονα,
ἁμαρτίαι σφάλλουσι τὴν σωτηρίαν.

Vs. 1. in codd. est *τὰ ῥᾷστ'*, quod Blomfield. in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 144. in *τὰ λῷστ'*, Reisig. Coniect. crit. p. 129. in *τὰ χρήστ'*, Meinekius in Comment. Miscell. I. p. 18. felicius in *τἄριστ'* mutavit.

IX. (199.)

Stob. XCIX, 20. *Σοφοκλέους Ἐριφύλη.*

Πῶς οὖν μάχωμαι θνητὸς ὢν θείᾳ τύχῃ,
ὅπου τὸ δεινὸν ἐλπὶς οὐδὲν ὠφελεῖ;

X. (200.)

Stob. CXVII, 3, *Σοφοκλέους Ἐριφύλη.*

Γήρᾳ προσόντος σῶζε τὴν σωτηρίαν.

Sic Gaisfordus dedit, in adnot. *προσῆκον* proponens. Codd. Par. A. B. *προσηκόντως*. Brunckius correxit: *γήρως προσόντος*, Dindorfius *γήρᾳ προσήκων*, quod probo.

XI. (201.)

Append. Proverb. Vat. II, 49. Bodl. 585. Macar. 79. III, 35. edd. Leutsch. et Schneidewin.) *καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς· αὕτη Σοφόκλειος· πεποίηται γὰρ Ἐριφύλη πρὸς Ἀλκμαίωνα*

καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ.

εὕρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἐκτενῶς πρὸς ὁτιοῦν βλεπόντων καὶ κατατληκτικῶν τι

δοκούντων ὁρᾶν. (Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν εἰς κλοπὴν ὑπονοουμένων. Κωμῳδοῦνται γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ, ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσατο.) Extrema a Sophocle manifesto aliena sunt.

XII. (202.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, 10. p. 741. P. *Σοφοκλῆς Ἐριφύλῃ*

Ἄπελθ' · ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου.

Apud Clementem est: *ἄπελθ' ἐκείνης ὕπνον ἰατρὸν νόσου*, quod correxit Valck. ad Eur. Hipp. 1372.

XIII. (203.)

Append. e cod. Florent. (ad calcem Stobaei Floril. ed Gaisf. Vol. IV. p. 383. et ad calcem Stob. Ecl. ed. Gaisf. p. 699. nr. 27.) *Σοφοκλέους Ἐριφύλῃ*

* *γλῶσσ' ἐν οἷσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχεις*
ὅπου λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον.

Brunckius initio ἡ supplet, in fine ἔχει scribit. Iacobs (Lectt. Stob. p. 147.) *γλῶσσ' ἐν κενοῖσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχει.* Dindorfius: *ὦ γλῶσσ' ἐν οἷοις κτλ.* Bamberger. (Coniect. in poet. gr. Brunsvig. 1841.) *ἐν ἐνεοῖσιν*, male. Schneidewinus (in Philolog. III. p. 124.): *γλῶσσ' ὡς κενοῖς ἐν ἀνδράσιν κτλ.* Blomfield. in Mus. crit. Cant. I. p. 143. pro ὅπου maluit ἐκεῖ, quo, quamvis hanc vocem non bene correxerit, bene tamen eam corruptam esse sensit. Scribendum enim videtur: [ἡ] *γλῶσσα τοῖσιν* (vel *τοῖς ἐν*) *ἀνδράσιν τιμὴν ἔχει, ὅτων κτλ.* vel *ὦ γλῶσσα, τοῖς ἐν — ἔχεις, ὅτων πτλ.* Similiter linguam aliquis compellat in fgm. 726.

Welcker p. 270. praeterea ad hanc fabulam haud improbabiliter refert fgm. 721 eoque Alcmaeonem exposuisse censet, quae fuissent patris mandata ante quam adversus Thebanos profisceretur; minus probabiliter fgm. 709. 808, et versus incerti poetae a Plutarcho servatos, (de quibus vide quae ad Alcmaeonem monuimus), quum Adrastum inter personas fabulae fuisse parum certum sit.

ΕΡΙΣ = ΚΡΙΣΙΣ ΣΑΤΥΡΙΚΗ.

Quum ante Dindorfium apud Athenaeum (fgm. I) *Σοφοκλέους Ἰριδι* legeretur, Brunckius fabulam *Iridis* nomine inscriptam fuisse credidit et sub eo fragmenta exhibuit. Nunc vero de titulo quidem constat, non item de argumento. Nam viri docti quidem satyricam

fuisse fabulam aiunt, sed quid ea continuerit, non dicunt. Welcker solus, quod sciam, titulo lovem inter et Neptunum de Themide altercationem (de qua haec habet Plat. de rep. II. p. 379. *τὴν δὲ τῶν ὅρκων καὶ σπονδῶν σύγχυσιν ἣν ὁ Πάνδαρος συνέχεεν, ἐάν τις φῇ δι' Ἀθηνᾶς τε καὶ Διὸς γεγονέναι, οὐκ ἐπαινεσόμεθα. οὐδὲ θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν διὰ Θέμιδός τε καὶ Διός.*) significari coniecit. Recte autem Ahrens (Soph. Fgm. p. 363.) non facile perspici monuit, quomodo satyri introduci potuerint, si dii disceptabant in Olympo, cuius honore superi illos nondum dignos habuerint, ut ait Ovid. Metam I, 194. Ipse igitur non dubitat, quin dramatis argumentum eius simile fuerit, quod poeta in *Κρίσει* explicuerit, quo etiam versuum ducat similitudo, nisi *Ἔρις* aliud nomen eiusdem fabulae, quae *Κρίσις* dicta sit, fuerit. In sententiam extremo loco propositam ego quoque incidi, quum fgm. II mulierem loqui viderem, ita tamen, ut verum dramatis titulum *Eridem* fuisse mihi persuaderem, quia fabula simpliciter *Ἔρις* inscripta tantummodo ad certamen aliquod notissimum pertinere potuit. Quum vero fabula non solum dearum disceptationem (*ἔριδα*), sed etiam Paridis iudicium (*κρίσιν*) contineret necesse esset, facile intellegitur, qui fieri potuerit, ut eadem a grammaticis etiam *κρίσις* appellaretur[9]). Rem narrat Hygin. fab. XCII. *Iovis, cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocasse, excepta Eride i. e. discordia. Quae quum postea supervenisset nec admitteretur ad epulum,' ab iamua misit in medium malum dixitque, quae esset formosissima attolleret. Iuno, Venus, Minerva formam sibi vindicare coeperunt: inter quas magna discordia orta. Iovis imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida monte ad Alexandrum Paridem eumque iubeat iudicare. Cui Iuno, si secundum se iudicasset, pollicita est in omnibus terris eum regnaturum, divitem praeter ceteros praestaturum* (sic!). *Minerva, si inde victrix discederet, formosissimum inter mortales futurum et omni artificio scium. Venus autem Helenam Tyndarei filiam formosissimam omnium mulierum se in coniugium dare promisit. Paris donum posterius prioribus anteposuit, Veneremque pulcherrimam esse iudicavit. Ob id Iuno et Minerva Troianis fuerunt infestae.* cf. Lucian. Charidem 17. Dial. Deor. 20.

I. (204.)

Athen. XV. p. 687. C. *Σοφοκλῆς δ' ὁ ποιητὴς ἐν Κρίσει* (sic Tyrrwhittus, libri *Κρησί*) *τῷ δράματι τὴν μὲν Ἀφροδίτην Ἡδονήν* (*ἡδονικήν* Nauck.) *τινα οὖσαν δαίμονα μύρῳ τε ἀλειφομένην παράγει καὶ κατοπτριζομένην, τὴν δ' Ἀθηνᾶν Φρόνησιν οὖσαν καὶ Νοῦν, ἔτι δ' Ἀρετὴν, ἐλαίῳ χρωμένην καὶ γυμναζομένην.*

II. (205.)

Athen. XIV. p. 646. D. *Σοφοκλῆς Ἔριδι* (cod. Pal. edd. Ald. et Casaub. *Ἴριδι*)

---

[9]) Vide quae de fabularum titulis infra (ad Niptra) monuimus.

ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἵτρια βλέπω.

Bene suspicatur Ahrens, responsionem videri Veneris fuisse, quae Minervae sapientiam contemnerit.

III. (206.)

Herodian. *περὶ διχρόνων* in Cram. Anecd. Gr. Ox. III, p. 295, 8 (exscriptus a Dracone p. 35, 3 et grammatico Hermanni p. 444.) .... *ὅθεν καὶ τὸ φάρος συστέλλον τὸ α, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κρίσει σατυρικῇ*

καὶ δὴ φάρει τῷδ' ὡς ἐμῷ καλύπτομαι

καὶ ἐν Τηρεῖ (fgm. 547). Pro *ἐμῷ* Cod. Barocc. habet *ἐμοί*, gram. Herm. *ᾧ ἐμῷ*. Cod. A. Crameri *καλύπτει με*. — Apud Herodian *περὶ μον. λεξ.* p. 36, 23 haec partim in lacunam inciderunt; cod. enim habet: *ἀλλὰ κατὰ συστολὴν* [*ἐν*] *παρὰ Σοφοκλεῖ ἐντεινει* (h. e. *Τηρεῖ*) *σπεύδουσαν αὐτὴν, ἐν δὲ ποικίλῳ φάρει τῷδ' ὡς ἐμῷ καλύπτομαι*, quae Dindorfius ex altero loco sanavit. — Cf. Aesch. fgm. 207.

VI. (207.)

Hesych. *Βυδοί* (?), *οἱ μουσικοὶ ἢ κροῦμά τι. Σοφοκλῆς Κρίσει.* (Cod. *σοφῶς κρησίν.*) Sed videndum, ne in *κρησίν* lateat *Ἀκρισίῳ* locusque ad illam fabulam referendus sit, praecipue si eius fgm. XVII comparatur.

V. 208.

Hesych. *Εὔωρος γάμος. Σοφοκλῆς Ἐριδι. ἤτοι ὥριος ἢ ὀλίγωρος. οὕτω γὰρ λέγουσι κατ' ἀντίφρασιν, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ εὐωριάζειν.* Ex his Ellendt. l. p. 717. recte perspicuum videri dicit, *εὔωρον γάμον* dictum esse pro *καίριον* s. *ὥριον*, sed *εὐωριάζειν* pro *ὀλιγωρεῖν*. Testatur enim Phot. p. 39, 4. *εὐωρία, ὀλιγωρία, εἴληπται δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων. εὐωριάζειν, ἀφροντιστεῖν κατ' ἀντίφρασιν. ὥρα* (leg. *ὥρα*) *γὰρ ἡ φροντίς.* Egregie verba *εὔωρος γάμος* Veneri cenveniunt.

VI. (209.)

Antiatt. p. 108, 9. *Μίαν μίαν· ἀντὶ τοῦ κατὰ μίαν. Σοφοκλῆς Ἐριδι.* Cum hoc dicendi usu Brunckius apte *μᾶλλον μᾶλλον* (vid. Suid.) et *ὅσον ὅσον* (Aristoph. Vesp. 213.) comparavit.

E P M I O N H.

Huius dramatis summam paucis exhibuit Eustath. ad Od. p. 1479, 10. *Σοφοκλῆς δὲ, φασὶν, ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ, ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ. εἶτα*

ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ ἐκδοθῆναι τῷ Νεοπτολέμῳ κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑπόσχεσιν. αὐτοῦ δὲ Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως, ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινύμενος τὸν τοῦ πατρὸς ἐξεδίκει φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ. ἐξ ὧν γενέσθαι τὸν Τισαμενόν, φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν, ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς φονεῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος. cf. Schol. ad Od. IV, 4. Σοφοκλῆς ἐν Ἑρμιόνῃ φησὶν ἔτι ἐν Τροίᾳ τυγχάνοντος Μενελάου ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ, κατὰ δὲ ὑπόσχεσιν ἥκοντος Νεοπτολέμου ἀφαιρεθῆναι τὸν Ὀρέστην ταύτην· πάλιν δὲ αὐτῇ συνοικῆσαι Ὀρέστην Νεοπτολέμου ἐν Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Τυνδάρεω (leg. Μαχαιρέως) καὶ τότε τὸν Τισαμενὸν γεννῆσαι. Nonnulla accuratius comperimus e schol. Eur. Or. 1649. Φερεκύδης δέ φησι, περὶ παίδων χρησμὸν αἰτοῦντα τὸν Νεοπτόλεμον ἀναιρεθῆναι. ἐπεὶ Νεοπτόλεμος Ἑρμιόνην γαμεῖ τὴν Μενελάου καὶ ἔρχεται εἰς Δελφοὺς περὶ παίδων χρησόμενος. οὐ γὰρ αὐτῷ ἐγένοντο ἐξ Ἑρμιόνης. καὶ ὀρᾷ (ὁρῶν Welck.) κατὰ τὸ χρηστήριον κρέα διαρπάζοντας τοὺς Δελφοὺς, ἁφαιρεῖται τὰ κρέα αὐτούς, ἑαυτὸν δὲ κτείνει μαχαίρᾳ· ὁ δὲ τούτων ἱερεὺς κατορύσσει (rectius Leopardus et Meziriacus: αὐτὸν δὲ κτείνει Μαχαιρεὺς, ὁ τούτων ἱερεὺς [10]), καὶ κατορύσσει) αὐτὸν ὑπὸ τὸν οὐδὸν τοῦ νεῶ. ταῦτα γενεαλογεῖ καὶ Σοφοκλῆς. cf. Hygin. fab. CXXIII. Recte Welcker in tragoedia exponi debuisse monuit, qua ratione Orestes (cum sacerdotibus Delphicis consociatus cf. Eur. Androm. 977. 1032. 1061. sqq.) pro erepta Hermiona Neoptolemum ultus sit; idem probabiliter huc rettulit, quae Servius ad Virg. Aen. III. 297. et Mythogr. Vatic. I, 41, 140. II, 208. de Pyrrho moriente narrant: *„verum moriens praecipit, ut Andromache, quae apud eum coniugis locum tenuerat, Heleno daretur*, quum apud Euripidem idem Thetis Peleo mandet. Verumtamen fragmentis destituti non possumus dicere, quomodo Sophocles rem instituerit ac disposuerit. — Haud recte ad hanc fabulam Valckenarius rettulit fgm. 182.

I. (210.)

Steph. Byz. Ἀγυιά· τόπος δηλῶν τὴν ἐν τῇ πόλει πορευτὴν ὁδὸν — τὸ τοπικὸν ἀγυιαῖος. Σοφοκλῆς Ἑρμιόνῃ·

ἀλλ' ὦ πατρῴας γῆς ἀγυιαίου πέδον.

Meinekius mavult ἀγυιαῖον.

II. (211.)

Antiatticista Bekkeri p. 87, 25. Γνωστός· ἀντὶ τοῦ γνώριμος. Σοφοκλῆς Ἑρμιόνῃ.

[10]) cf. Asclepiad. apud Schol. Pind. Nem. VII, 58. περὶ μὲν οὖν τοῦ θανάτου (sc. τοῦ Νεοπτολέμου) σχεδὸν ἅπαντες οἱ ποιηταὶ συμφωνοῦσι, τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Μαχαιρέως.

E Y M H A O Σ.

Welcker p. 65. 66. *Eumelum* e numero fabularum Sophocleārum eiecit, quia Eumelum ipsum a tragoedia alienum esse sibi persuadebat. Sed non meminisse videtur vir doctissimus eorum, quae tradit Antonin. Liberal. 18. *Εὔμηλος ὁ παῖς ὁ Εὐγνώτου κατῴκησεν ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις καὶ παῖς αὐτῷ ἐγένετο Βότρης ὄνομα. οὗτος ὁ Εὔμηλος ἐτίμα μεγαλομερῶς τὸν Ἀπόλλωνα. καί ποτε θύοντος αὐτοῦ παρὼν ὁ παῖς Βότρης ἐδαίσατο τὸν ἐγκέφαλον τοῦ ἀρνὸς πρὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν καταθῦσαι. μαθὼν δὲ τὸ γεγονὸς Εὔμηλος προσέκρουσε κατ' ὀργὴν πρὸς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τὸν δαλὸν ἀφελὼν ἐκ τοῦ βωμοῦ, καὶ ὁ παῖς καταρρυέντος τοῦ αἵματος καταπεσὼν ἤσπαιρεν. ἡ δὲ μήτηρ ὡς ἴδεν καὶ ὁ πατὴρ καὶ οἱ θεράπες, μέγιστον ἐποιήσαντο πένθος, Ἀπόλλων δὲ οἰκτείρας, ἐπεὶ αὐτὸν Εὔμηλον ἐτίμα, ὄρνιθα ἐποίησε τὸν παῖδα ἠέροπον, ὃς ἔτι νῦν τίκτει μὲν ὑπὸ γῆς, αἰεὶ δὲ μελετᾷ πέτεσθαι.* Huc respexit etiam Ovid. Met. VII, 390. — In his nemo, credo, egregium tragoediae argumentum latere negabit. Quamobrem probari nequit, quod Blomfield. (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 143) pro *Εὐμήλῳ* ubique scribi iussit *Ἀμύκῳ*. —

I. (212.)

Hesych. *Αἵματος ἄσαι Ἄρηα·* (cod. *αἱματώσασαι Ἄρηας.*) *αἵματος κορέσαι τὸ δόρυ. ἢ αἵματι μολῦναι καὶ χρῶσαι αὐτό. ἄσῃ γὰρ ἡ ὑγκαρία. ὅθεν καὶ „ἀσάμινθος“* (cod. *ἀσάμεθα*, quod correctum e Suida), *ἐν ᾗ τὴν ἄσην μινύθοντες* (cod. *μηνύθοντι*) *ἐλούοντο* (cod. *ἐνεορεῖ*, correctum e Suida.). *Σοφοκλῆς Εὐμήλῳ* (cod. *ἀμήλῳ*). cf. Suid. v. *ἀσάμινθος. ἡ πύελος, ἡ σκάφη· ἐν αἷς οἱ ἀρχαῖοι ἐλούοντο· οὐκ ἦσαν γὰρ βαλανεῖα. παρὰ τὸ τὴν ἄσην μινύθειν.* — Cf. schol. ad Hom. Il. κ'. 576. Od. θ'. 450.

II. (213.)

Harpocr. p. 104, 18. ed. Bekk. *Καθελών· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους φησὶν „ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν“ ἀντὶ τοῦ ἀνελὼν ἢ ἀποκτείνας. ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι, ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι καὶ Σοφοκλῆς ἐν Εὐμήλῳ.* Phot. p. 122, 1. Zonar. s. v. *καθελών. Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ ἀνελὼν ἤτοι ἀποκτείνας. καὶ Στησίχορος καὶ Σοφοκλῆς.*

E Y P Y A A O Σ.

De Euryalo Sophoclis haec nobis tradidit Parthen. Erot. 3: *Περὶ Εὐίππης· ἱστορεῖ Σοφοκλῆς Εὐρυάλῳ. Οὐ μόνον δὲ Ὀδυσσεὺς περὶ Αἴολον ἐξήμαρτεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἄλην, ὡς τοὺς μνηστῆρας ἐφόνευσεν, εἰς Ἤπειρον ἐλθὼν χρηστηρίων τινῶν ἕνεκα, τὴν Τυρίμμα θυγατέρα ἔφθειρεν Εὐίππην, ὃς αὐτὸν οἰκείως τε ὑπεδέξατο καὶ μετὰ πάσης προθυμίας*

ἐνηξε. παῖς δὲ αὐτῷ γίνεται ἐκ ταύτης Εὐρύαλος. τοῦτον ἡ μήτηρ, ἐπεὶ ς ἦβην ἦλθεν, ἀποπέμπεται εἰς Ἰθάκην συμβόλαιά τινα δοῦσα ἐν δέλτῳ τεσφραγισμένα. τοῦ δὲ Ὀδυσσέως κατὰ τύχην τότε μὴ παρόντος, Πηνε-ιη καταμαθοῦσα ταῦτα καὶ ἄλλως δὲ προπεπυσμένη τὸν τῆς Εὐίππης ατα, πείθει τὸν Ὀδυσσέα παραγενόμενον, πρὶν ἢ γνῶναί τι τούτων ὡς ει, κατακτεῖναι τὸν Εὐρύαλον ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ. καὶ Ὀδυσσεὺς μὲν ὰ τὸ μὴ ἐγκρατὴς φῦναι μηδὲ ἄλλως ἐπιεικὴς, αὐτόχειρ τοῦ παιδὸς ἐγέ-το, καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἢ τόδε ἀπειρήγάσθαι πρὸς τῆς αὐτὸς αὐ-ῷ γενεᾶς τρωθεὶς ἀκάνθῃ θαλασσίας τρυγόνος ἐτελεύτησεν. cf. Eustath. 1796, 52. Σοφοκλῆς δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς (sc. Εὐίππης) Εὐρύαλον ἱστο-ῖ, ὃν ἀπέκτεινε Τηλέμαχος. Meinekius (Anal. Alex. p. 301. ad-ot. 12.) in extremis Parthenii verbis hunc Sophoclis versum la-re suspicatur:

(213. b.) τρωθεὶς ἀκάνθῃ τρυγόνος θαλασσίας.

iem in nuncii cuiusdam narratione locum habere potuisse facile tellegitur. Fragmenta fabulae nulla supersunt.

ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ.

Huius fabulae nomen quum uno tantum loco eoque non satis no reperiretur, Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 143.), llendtius (Lex. Soph. I. p. 20.) et Dindorfius eam e fabularum ophoclearum numero expulerunt, iure autem Welcker p. 197. sq. ophocli restituit. Primum enim dubitari non posse videtur, quin cte emendatus sit Hesychii locus, quo Eurysaces commemoratur: einde haud paucae et Sophoclis et aliorum poetarum fabulae nisi ius loci auctoritate non nituntur; postremo Eurysacis historiam a agoedia non alienam fuisse docet *Attii Eurysaces*, quam ad Sopho-ei dramatis exemplar compositam fuisse non improbabiliter conie-t Welcker, quamvis e fragmentis cognosci nequeat, quae fuerit us conformatio. Sed argumenti summam iis contineri, quae me-oriae tradidit Iustinus XLIV, 3, iam vidit Delrio. Iustini verba iec sunt: „*Gallaeci Graecam sibi originem asserunt: siquidem post em Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris invisum patri Tela-oni, cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse; atque ibi bem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse. Inde accepta inione paternae mortis, patriam repetisse. Sed cum ab Eurysace, iacis filio, accessu prohiberetur, Hispaniae littoribus appulsum loca, i nunc est Carthago nova, occupasse: inde Gallaeciam transisse et sitis sedibus genti nomen dedisse.* Ex his fabulam delineare co-itus est Welck. l. c.

I. (214*a*)

Hesych. Ἀδόξαστον· ἀνέλπιστον. Σοφοκλῆς Εὐρυσάκει. (cod. εὐ-

φηδά, in quo male Ellendt. l. c. ἐν Κρίσει latere conicit.). Eadem omisso fabulae nomine habet Bekk. An. p. 344, 28.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΠΙ ΤΑΙΝΑΡΩΙ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Titulis qui citantur Ἡρακλῆς (fgm. III. VI), Ἡρακλῆς σατυρικός (fgm. II.), ἐπὶ Ταινάρῳ σατ. (fgm. V. VII.), ἐπὶ Ταιναρίοις (fgm. I. IV.) eandem fabulam designari, cuius verus titulus fuerit is, quem supra scripsimus [11]), iam vidit Toupius (Epist. crit. p. 123), qui primus etiam fabulae argumentum bene perspexit. „Hercules in Taenaro, inquit, quod Laconicae promontorium est, ad inferos descendit, ad Cerberum, canem illum tricipitem, in lucem edendum: hinc fabulae satyricae nomen et argumentum." Rem narrat Apollod. II, 5. 12. Quum igitur scena in Laconica esset, non mirandum est, quod satyri tanquam Helotes introducti sunt, ut Eustath. p. 297, 36. narrat: Εἵλωτες .... οὐ μόνον δουλικοῦ εἰσὶν ὀνόματος, ἀλλὰ καί τι ἑτεροῖον δηλοῦσιν· ἐν γοῦν τοῖς Ἡρωδιανοῦ εὕρηται ὅτι Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ σάτυροι. Haud dubie vero res demum acta est post Herculis ex Orco reditum, quippe quo illi oportunitas data esset enarrandi, quid ibi viderit ac fecerit, satyrosque Cerbero secum ducto perterrefaciendi. — Ab *hoc* dramate, ut alio loco [12]) iam indicavi, non differre videtur fabula satyrica, quae ex Orione (fgm. VIII. IX.) nuper innotuit, Ἡρακλείσκος inscripta. Iam enim, si grammaticam rationem spectamus, dubitationem movet forma Ἡρακλείσκος, cui Schneidewinus in adnot. ad fgm. VIII formam Ἡρακλίσκος lectore non monito substituit: at et huic et cuivis alii formae deminutivae obstat, quod intellegi nequit, quale potuerit argumentum esse dramatis, in quo *Hercules puer* in scenam processit. Nam quae Theocritus in Idyll. XXIV (Heraclisci nomine inscripto) tradit, dramati nullo pacto conveniunt. Praeterea mirum esset, si Orio solus ex eo dramate versus servasset. Sed multo maiorem etiam dubitationem movet forma deminutiva, si lemmata fragmentorum VIII. IX. accuratius circumspiciuntur. Primum enim a ratione, qua antiquiores grammatici et lexicographi fabulas citare solent, alienus est articulus; deinde additamentum σατυρικῆς (fgm. VIII.) luculenter docet, lemmata ista tantummodo librario originem debere. Orio haud dubie scripsit: Σοφοκλῆς Ἡρακλεῖ σατυρικῷ: vocem σατυρικῷ autem in antiquo codice per compendium σκῳ scriptum fuisse veri est simillimum. In quo igitur quum continuo ordine legeretur Σοφοκλῆς Ἡρακλείσκῳ, librarius Ἡρακλείσκῳ unum vocabulum esse ratus toto lem-

[11]) Nusquam quidem invenitur Ἡρακλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ, sed qui fabulam citabant, brevitatis studiosi (cf. Aeschyli Διονύσου τροφοί) aut priorem tituli partem (Ἡρακλῆς) aut posteriorem (ἐπὶ Ταινάρῳ) omittebant, aut fabulam a choro in Taenaro agente Ἐπιταιναρίους appellabant. Male Toupius titulorum diversitatem explicuit.

[12]) Mus. Rhenan. VII. (1849.) p. 149.

mate immutato scripsit ἐκ τοῦ Ἡρακλείσκου et ut doctrinam suam patefaceret adiecit σατουρικῆς (sic.). Non refragabor tamen, si quis, quod ego uni librario tribui, pluribus assignare malit. Quae si recte a me disputata sunt, etiam ab Orione nulla alia fabula, quam Ἡρακλῆς σατυρικός h. e. (ut supra monuimus) Ἡρακλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ citata est.

I. (215.)

Athen. IX. p. 375. D. χοῖρον δὲ Ἴωνες καλοῦσι τὴν θήλειαν — — καὶ Σοφοκλῆς Ἐπὶ Ταιναρίοις (leg. Ἐπιταιναρίοις)

τοιγαριώδη φυλάξαι χοῖρος ὥς τε δεσμίων.

Sic libri, unde Casaubonus effinxit:

τοιγαροῦν
ἐδει φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

Th. Bergkius (de fgm. Soph. p. 11.) τὸν γὰρ ἰώδη φύλαξε proposuit et voce ἰώδη Cerberum significari voluit, sed neque intellegitur, cur is ἰώδης dicatur, neque cur cum scrofa comparetur; praeterea ἰώδη per se solum dictum ad Cerberum referri non potest. Probabilius igitur Dindorfius locum restituisse videtur scribendo:

Τοιγὰρ Ἰὼ δεῖ φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

quamvis Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1836. n. 9) eam sic impugnaverit: „vellem addidisset Dindorfius, quae partes fuerint Ius in hac fabula; ego certe fateor, me non assecutum esse, quid haec sibi velint.“ Manifesto enim Athenaeus, — nisi forte in librarium vitium cadit —, versum memoriter citans Sophoclis *Inachum* cum *Hercule* sat. confudit, locus vero ex *Inacho* petitus est.

II. (216.)

Pollux. X, 110. προσθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ξύλα καύσιμα καὶ κληματίδας καὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ

συνέλεγον τὰ ξύλ' ὡς ἐκκαύματα,
μή μοι μεταξὺ προσδεήσειεν.

Brunckius correxit: εἰς ἐκκαύματα — — προσδεύσειεν, sed rectius Dindorfius: συνέλεγον τὰ ξύλ', ὡς ἐκκαυμάτων μή μοι μεταξὺ προσδεήσειεν, ut ex eodem Polluce VII, 109 sic scribente: ἐκκαύματα δὲ Σοφοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ·

συνέλεγον τὰ ξύλ, ὡς ἐκκαυμάτων
μή μοι δεήσειεν.

liquet. Ante Bekkerum legebatur ἐκλυμάδων.

III. (217.)

Steph. Byz. v. Χώρα — — allato fgm. 22. pergit: καὶ ἐν Ἡρακλεῖ·

στρέφουσι κρήνης φύλακα χωρίην ὄφιν.

Legebatur φύλλα καὶ, quod correxit Iacobs. Animadv. in Eurip. p. 110. Idem in priori parte corrigi voluit: ἐν Ἡρακλεῖ σ. (i. e. σατυρικῷ) „τρέφουσι κτλ., haud probabiliter.

IV. (218.)

Hesych. Ἀλαλίαν· πονηρίαν, ἀταξίαν· Σοφοκλῆς Ἐπιταιναρίοις (cod. ἐπὶ παιενάροις.).

V. (219.)

Hesych. Ἀργέμων, τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων· οἱ δὲ ὀφθαλμιῶν (cod. ὀφθαλμῶν). Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικῷ. Cf. Eustath. p. 1430, 30. Etym. M. p. 135, 36. ἄργεμον, τὸ κατὰ πάθος γιγόμενον λεύκωμα ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, παρὰ τὸ ἀργὸν, τὸ λευκόν.

VI. (220.)

Hesych. Κύκλους καὶ τροχούς, τὰ τείχη. τροχὸν δὲ τὸ τεῖχος, ὡς Σοφοκλῆς Ἡρακλεῖ „Κυκλώπειον (cod. ἡρακλέα κυκλώπιον) τροχόν."

VII. (221.)

Phot. p. 359. 25. οὐκ ὤφιξεν· οὐ βλάπτει. Σοφοκλῆς ἐν ἐπὶ τεράρῳ (sic) σατύροις. Bruncknius correxit: οὐ κωφίζει, rectius vero Dindorfius: οὐ κωφεῖ, de quo dixerunt interpretes Hesychii ad v. κωφεῖ et οὐ κωφεῖ. Equidem scripserim: οὐ κωφεῖ ξένον· οὐ βλάπτει.

VIII. (222.)

Orion. Anthologn. V, 9. (ed. Schneidewin. p. 47.) ἐκ τοῦ Ἡρακλείσκου σατυρικῆς (sic)

κρεῖσσον θεοῖς γὰρ ἢ βροτοῖς χάριν φέρειν.

IX. (223.)

Orion. Anthol. VI, 6. (p. 49. ed. Schneidewin.) ἐκ τοῦ Ἡρακλείσκου Σοφοκλέους

τὸν δρῶντα γάρ τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

Cum hoc vs. iam Schneidewinus contulit Aesch. fgm. 313, simulque Sophoclis versum ante oculos habuisse videri monuit schol. Pind. Nem. IV. 51. scribentem: παρὰ τοῦτο ὁ τραγικός· τὸν δρῶντά που τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. Huc respexit etiam Arrian. Expedit. Alex. VI, 13, 5. Cf. Soph. fgm. 14.

X. (224.)

Athen. I. p. 23. D. κατακεῖσθαι δὲ λέγεται καὶ κατακεκλίσθαι. — — ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι, σατυ-

ος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτό φησιν „Ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀναειμένῳ μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰσαλοίμην. Locum probabiliter ad hanc fabulam rettulit Brunckius. In eo autem male legi τικαιόμενος recte monuit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 653., nam neque llo alio loco legitur ἐπικαίεσθαί τινι, neque hoc aptam sententiam raebet. Ipse igitur, quum de accubantibus sermo sit, correxit τικείμενος, quod recipere et versus sic restituere non dubitavimus:

ἐπικείμενος δ' ἀνακειμένῳ τῷδ' Ἡρακλεῖ
μέσον εἰς τὸν αἰχέν' εἰσαλοίμην.

---

runckius praeterea ad hanc fabulam respexisse dicit Aristidem or. XLVI. p. 310. Iebb. II. p. 405. Dindf.) haec scribentem: ἤδη τις σάτυρος τῶν ἐπὶ σκηνῆς κατηράσατο τῷ Ἡρακλεῖ· εἶνά γ' ἔκνυψε ροσιόντος κάτω. Ad quem locum schol. in cod. Oxon. haec habet: τινι δράματι ὑπεκρίθη τις σάτυρος καταρώμενος τῷ Ἡρακλεῖ. ὡς δὲ εἶδεν ὐτὸν προσιόντα, ὑπέκυψεν. ἦν δὲ τῷ ὄντι οὗτος Ἡρακλεῖ ἐκεῖσε κατὰ ύχην ἱστάμενος. Sed quum Hercules in multis multorum tragicorum abulis satyricis primas partes tenuerit, non est, cur Aristidem ad liquam Sophoclis fabulam et maxime ad hanc respexisse dicamus. am quod Aristides non multum antea locum e Sophoclis Aiace 301) commemoravit, nihil ad rem.

Η Ρ Ι Γ Ο Ν Η.

Huius fabulae quale fuisse nobis videatur argumentum ad *Aleten* xposuimus ibique etiam fragmentum (III), quod e Sophoclis Tynareo citatur, huc referendum esse docuimus. Ad fabulae conforationem cognoscendam non multum valent *Erigonae Attianae* fragenta (e Sophocleis haud dubie expressa), quae infra subiecimus[11]).

---

[11]) Ex Attii Erigonae haec supersunt fragmenta haud incorrupta:

I. Nonius de hon. et nov. vet. dict. p. 85. ed. Mercer. Comitasset pro cubuisset. Accius Erigona:
Tum autem Aegisthus simul esset eodem lecto comitasset patri.

II. Id. p. 159. Putret. Accius Erigona:
Quamquam exsangue est corpus mihi atque annis putret.

III. Id. de genitivo pro abl. p. 498. Accius Erigona:
Locorum late veridia et frugum ubera.

IV. Id. de cont. gen. verb. 469. Assensit est et passivum. Accius Erigona:
Assentio: age nunc tuam progeniem ede ordine.

V. Id. de var. sign. serm. p. 315. Grave, triste. Accius Erigona:
Sed ubi ad finem ventum, in quo illum fors exspectabat loco,
Atque Orestes gravi' sacerdos ferro promptu adstituere,

— Vs. 4. κἂν ὀλίγω. Paris. A. — Vs. 5. codd. πᾶν πλοῦτον, quod in πάμπλουτον vel πάμπολλον mutari iussit Gesner. In sequentibus ὄλβον δαίμονος praebent Paris. A. B. Gesneri margo pro vulg. ὅλον βαρυδαίμονος. Vs. 6. δοκῇ. Voss. vulg. δοκεῖ.

Θ Α Μ Υ Ρ Α Σ.

Fabulae nomen utrum Thamyras an Thamyris fuerit, editores dubitarunt, sed dubitationem tollunt et fgm. V. (nisi eius vs. 3. Plutarchi verba exhibet) et Cyrilli Lex. (in Crameri Anecd. Gr. Paris. IV. p. 183, 13.) Θάμυριν, τὸν Θάμυριν, ὃ ἐστιν ὄνομα κύριον. ὁ Θάμυρις κιθαρῳδὸς Θρᾴκιος δύσφημος (leg. κιθαρῳδὸς Θρᾴκιος ἐπίσημος). Ἀττικοὶ δὲ ὁ Θαμυράς. (sic.) eandemque nominis formam tuentur optimi Platonis libri (de Rep. X. p. 620. A. Legg. VIII. p. 829. C. Ion. p. 533. B.), Antiphanes (cf. Meineck hist. crit. com. p. 325.) Athenaeus (fgm. III. VII.), Schol. Soph. (fgm. II.), Grammaticus incertus (fgm. VI.), Antiatticista (fgm. IX), Propertius (II, 22, 19.), Ovidius (A. Am. III. 399. Amor. III, 7, 62. 274.)- Praeter nomen vero de dramate nihil fere scimus, nam quae de argumento disputari possunt, tantummodo coniectura nituntur ex ipso titulo petita. Quum de Thamyra enim haec tradiderit Hom. Il. II. 594. sq.:

Οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο — — —
— — — — καὶ Δώριον (Δώτιον Hesiod. ap. Steph. s. v.) *— —*
— — ἔνθα τε Μοῦσαι
ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.
στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
αἳ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν —

eadem in Sophoclis dramate expressa fuisse viri docti statuunt. Cui sententiae favere videtur, quod in fragmentis harmoniae et organorum quorundam musicorum mentio iniecta est. Qua ratione autem poeta illud argumentum conformaverit ac disposuerit, plane nos latet, quod eo magis dolendum est, quum eum ipsum Thamyrae partes egisse et in scena ad citharam cecinisse memoriae proditum sit. cf. Athen. p. 20. E. *Σοφοκλῆς δὲ πρὸς τῷ καλὸς γεγενῆσθαι τὴν ὥραν ἦν καὶ ἀρχηστικὴν δεδιδαγμένος καὶ μουσικὴν ἔτι παῖς ὢν παρὰ Λάμπρῳ. μετὰ γοῦν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν περὶ τρόπαιον γυμνὸς ἁλιλιμμένος ἐχόρευσε μετὰ λύρας· οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ φασί. καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων αὐτὸς ἐκιθάρισεν. ἄκρος δὲ ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε.* Biogr. Soph. (Westermann. p. 127, 26.) *φασὶ δ' ὅτι καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν ἐν*

μόνῳ τῷ (μονῳδῷ. Welck. p. 425.)[12]) Θαμύριδί ποτε ἐκιθάρισεν, ὅθεν καὶ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ μετὰ κιθάρας αὐτὸν γεγράφθαι. — Picturam hinc fortasse expressam (cf. fgm. VII. VIII) descripsit Paus. X, 30, 8. Θαμύριδι δὲ ἐγγὺς καθεζομένῳ τοῦ Πιλίου διεφθαρμέναι αἱ ὄψεις καὶ τακεινὸν εἰς ἅπαν σχῆμά ἐστι, καὶ ἡ κομὴ πολλὴ μὲν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, πολλὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς γενείοις. λύρα δὲ ἔρριπται πρὸς τοῖς ποσί, κατεαγότες αὐτῆς αἱ πήχεις καὶ αἱ χορδαὶ κατερραγυῖαι. Thamyrae personam designavit Pollux IV. 141. Θάμυρις τὸν μὲν ἔχων γλαυκὸν ὀφθαλμὸν, τὸν δὲ μέλανα.

I. (228.)

Eustath. p. 358, 40. Ὅτι δὲ Θρᾳκικὸς καὶ ὁ Ἄθως, οὗ μνεία παρὰ τῷ ποιητῇ, δηλοῖ, φασὶ, Σοφοκλῆς ἐν Θαμύριδι εἰπών

Θρῇσσαν σκοπιὰν Ζηνὸς Ἀθῴου.

II. (229.)

Schol. Soph. OC. 378. Ἄργος κοῖλον καὶ ἐν Θαμύρᾳ (cf. fgm. 193.):

Ἐκ μὲν Ἐριχθονίου ποτιμάστιον ἔσχεθε κοῦρον
Αὐτόλυκον, πολέων κτεάνων σίνιν Ἀργεϊ κοίλῳ.

III. (230.)

Athen. XIV. p. 637. A. Σοφοκλῆς δ' ἐν Θαμύρᾳ

Πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγαδῖδες
τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἡδυμελῆ.

Huc respexit etiam Phot. p. 239, 15. Μάγαδις· ψαλτικὸν ὄργανον. οὕτω Σοφοκλῆς. Apud Athenaeum legitur μαγάδιδες, quod correxit Meinek. Poet. com. III. p. 179.

IV. (231.)

Athen. IV. p. 183. D. Τρίγωνος· cf. fgm. 385.

V. (232.)

Plut. non poss. suav. vivi sec. Epic. II. p. 1093. D. καίτοι ταῖς μὲν ἱστορίαις ἁπλοῦν τι καὶ λεῖόν ἐστιν. αἱ δ' ἀπὸ γεωμετρίας καὶ ἀστρολογίας καὶ ἁρμονικῆς δριμὺ καὶ ποικίλον ἔχουσαι τὸ δέλεαρ, οὐδε[νὸς τῶν] ἀγωγίμων ἀποδέουσιν, ἕλκουσαι καθάπερ ἴυγξι τοῖς διαγράμμασιν. ὧν ὁ γευσάμενος, ἄνπερ ἔμπειρος ᾖ, τὰ Σοφοκλέους περίεισιν ᾄδων·

Μουσομανεῖ δ' ἐλάμφθην δακέτῳ, ποτὶ δειρὰν
ἔρχομαι δ' ἔκ τε λύρας ἔκ τε νόμων,
οὓς Θαμύρας περίαλλα μουσοποιεῖ.

[12]) Non opus esse hac correctione iam ostendit Ahrens Soph. fgm. p. [illegible]

καὶ νὴ Δία Εὔδοξος κτλ. Sic recte editor Parisiensis sive codices sive Porsonis (ad Med. 284.) correctionem secutus extrema verba exhibuit, quum alias legeretur οὐ γὰρ Θαμύρας κτλ. verbaque Pluturcho tribuerentur. Vs. 1. in codd. est: ἐλάφθην (codd. A. B. E. P. apud Wyttenb. ἐλάμφθην) δ' ἂν καὶ τῷ quod Brunckius mutavit in ἐθάλφθην δακέτῳ. Deinde scripsit: ποτὶ δειράδα | ἔρχομαι ἐκ κτλ. quae in δειράδ' (vel δειρὰς. cf. Pind. Ol. III, 28. IV. 63.) ἔρχομαι δ' ἔκ τε κτλ. mutanda esse nemo non videt. Male Wyttenbachius: „μουσομανεῖ δ' ἐλάμφθην ἀνίᾳ." καὶ τό· „ποτὶ δειράδ' αἴρομαι κτλ. Duentzer (in Philolog. III. p. 138.) coniecit: μουσαμανῖ δ' ἐλήφθην ἀνέμῳ, ποτὶ | αἴθερα δ' ἔρχομαι ἔκ τε λύρας ἔκ τε νόμων. quod vel multo intolerabilius quam Brunckii coniectura mihi videtur. Equidem nescio an scribendum sit: ἐλήφθην κωκυτῷ. — Locum ad hanc fabulam pertinere iam viderant Lessingius et Wyttenbachius.

VI. (233.)

Schol. Metr. Cod. Bodlei. olim Saibant. Auct. T. IV, 9. (citasus a Cramero in adnot. ad Cyrilli l. c.) Σοφοκλῆς ἐν τῷ Θαμύριδι φησί·

πρόποδα μέλεα τὰ δ' ὅσα κλύομεν
τρόχιμα, βάσιμα· χέρεσι, πόδεσι.

De quo loco verba fecit Schneidewinus in Museo Rhen. II. (1843.) p. 296, sed sententiam retractavit in Philologo III. p. 532., postquam H. Keilius eundem locum e cod. Ambrosiano (in Anal. Gramm. p. 8, 8.) sic ediderat: ἀπὸ τῶν χορῶν χορεῖος παραγωγῶς. ὁ γοῦν Σοφοκλῆς τὰ Θαμύρα φησί·

προσῳδὰ μέλεα τάδε σε κλαίομαι τρόχιμα βάσιμα χερσὶ πόδεσσιν.

haec scribens: „Zunächst möchte ich die Lesart τὰ Θαμύρα nicht mit ἐν τῷ Θαμύρᾳ vertauschen, letzteres versteht sich nach erstrem von selbst. Der aus thrak. Landleuten des Königs Thamyris gebildete Chor drückt seine Bewundrung der herrlichen Lieder desselben aus, deren Lebendigkeit zu hyporchematischer Begleitung (mit Tanz und Gesticulation) auffordre. Diesen τρόχιμα βάσιμα μέλεα scheint er die Anderer entgegenzustellen, die er nur προσῳδὰ nennt, wie der Cod. Ambros. gewiss richtig lies't; προσόδια möchte ich nicht muthmaassen. Er meint *Lieder bloss für den Gesang*, wie προσῳδὰ ὄργανα Instrumente bedeutet, zu denen man singt. cf. πρόσχορδα ᾄσματα und den Ausdruck des Kritias bei Pollux IV. 64. προσῳδίαι im Sinne v. πρὸς κιθάραν ᾠδαί. Ob aber der Bodl. mit den zumal bei einem Attiker auffallenden Formen χέρεσι πόδεσι denen des Ambros. gegenüber Recht hat, liesse sich mit Bestimmtheit nur ausmachen, wenn wir die Antistrophe hätten. Sophokles Worte können also wohl gewesen sein:

προσῳδὰ μέλεα· τὰ δ' ὅσα κλύομεν
τρόχιμα βάσιμα χερσὶ πόδεσσιν.

Doch ist auch wohl denkbar, dass zu schreiben wäre: *προσφδὰ μέλεα τάδ' ὅσα κτλ.* so dass Alles auf des Thamyras Gesänge ginge." Quae admodum probabiliter disputata mihi videntur.

VII. (234.)

Pollux. IV, 75. *Μόναυλος· μέμνηται μὲν αὐτοῦ Σοφοκλῆς ἐν Θαμύριδι, τὸ δὲ εὕρημά ἐστιν Λίγυπτίων, αὐλεῖ δὲ μάλιστα τὸ γαμήλιον.* Locum, ad quem Pollux respexerit, servasse videtur Athen. IV. p. 175. F. *τοῦ δὲ μοναύλου μνημονεύει Σοφοκλῆς μὲν ἐν Θαμύρᾳ οὕτως·*

Οἴχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη,
λύρα μοναύλοις τε χειμων τεως
ναος στέρημα κωμασάσης —

Ita haec leguntur in optimo cod. Marciano. Laur. B. *μόναυλοί τε χειμὼν τέως.* Pal. Paris. D. *μοναύλοις τε χειμὼν τεως.* Paris. Q. *μοναύλων.* Ald. Casaub. *μόναυλος ἥ τε χειμώνων πλέως — κωμώσης.* Neminem his verbis corrigendis operam dedisse miror, quae nescio an in hunc fere modum redintegranda sint:

Ὤιχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη,
λύρα μόναυλός τε, τότε χαρμοναὶ λεῷς,
ναός τ' ἔρημος κωμασάσης [*συλλογῆς*
ὄχλων νύν ἐστι κτλ.]

Thamyram victum ipsum loqui manifestum est. — Vs. 2. scribi etiam possit *χάρμα τῶν λεῶν.*

VIII. (235.)

Plut. de cohib. ira. 5. p. 455. D. *θυμῷ δὲ ἄθικτον οὐδ' ἀνεπιχείρητον. ἀλλ' ὀργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς νὴ Δία, καὶ θηρίοις, καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν. ὡς ὁ Θάμυρις,*

Ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας,
ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας.

Locum apte huc rettulit Brunckius.

IX. (236.)

Antiatticista Bekkeri p. 105, 17. *Κάνναβις· Σοφοκλῆς Θαμύρᾳ.* Vocem explicat Phot. p. 130, 12 *κάναβις* (sic). *φυτὸν λίνῳ παραπλήσιον, ἐξ οὗ καὶ ἐσθῆτες γίνονται. ἧς τὸ σπέρμα θυμιώμενον ἰδροῦν ποιεῖ πάντας.* cf. Pollux. VI. 72. Copiose ac diligenter de cannabi exposuit Herodot. IV, 74.

Praeterea huc fgm. 992 et 760 pertinere Welcker probabiliter dicit.

ΘΗΣΕΥΣ. vide ΑΙΓΕΥΣ.

ΘΥΕΣΤΗΣ.

Sophoclem duas huius nominis fabulas composuisse, quarum altera Θυέστης ἐν Σικυῶνι vel Σικυώνιος, altera simpliciter Θυέστης inscripta fuerit, ex ipsa ratione, qua veteres scriptores eas citarunt, luculenter apparet. Neutrius autem tot fragmenta supersunt, ut argumentum inde satis cognosci possit: imo de multis ne constat quidem, sintne ex priore an ex altera Thyesta petita. Atqui viri docti utriusque argumentum in iis latere opinati sunt, quae tradidit Hygin. fab. LXXXVIII. *Thyestes scelere nefario cognito profugit ad regem Thesprotum, ubi lacus Avernus dicitur esse. Inde Sicyonem pervenit, ubi erat Pelopia filia Thyestis deposita. Ibi casu nocte cum Minervae sacrificaret, intervenit: qui timens ne sacra contaminaret in luco delituit. Pelopia autem quum choreas ducit, lapsa, vestem ex cruore pecudis inquinavit: quae dum ad flumen exit sanguinem abluere, tunicam maculatam deponit, capite obducto Thyestes e luco prosilivit et ea compressione gladium e vagina ei extraxit Pelopia, et rediens in templum sub acropodio Minervae abscondit. Postero die rogat regem Thyestes, ut se in patriam Lydiam remitteret. Interim sterilitas Mycenis frugum ac penuria oritur ob Atrei scelus. Ibi responsum est, ut Thyestem in regnum reduceret. Qui cum ad Thesprotum regem isset, aestimans, Thyestem ibi morari, Pelopiam adspexit et rogat Thesprotum, ut sibi Pelopiam in coniugium daret, quod putaret, eam Thesproti esse filiam. Thesprotus, ne qua suspicio esset, dat ei Pelopiam, quae iam conceptum ex patre Thyeste habebat Aegisthum. Quae cum ad Atreum venisset, parit Aegisthum: quem exposuit. At pastores caprae supposuerunt: quem Atreus iussit perquiri et pro suo educari. Interim Atreus mittit Agamemnonem et Menelaum ad quaerendum Thyestem: qui Delphos petierunt sciscitatum. Casu Thyestes eo venerat ad sortes tollendas de ultione fratris. Comprehensus ab eis ad Atreum perducitur: quem Atreus in custodiam coniici iussit, Aegistumque vocat, aestimans suum filium esse, et mittit eum ad Thyestem interficiendum. Thyestes cum vidisset Aegisthum et gladium, quem Aegisthus gerebat, et cognovisset, quem in compressione perdiderat, interrogat Aegisthum, unde illum haberet. Ille respondit, matrem sibi Pelopiam dedisse: quam iubet accersiri. Cui respondit, se in compressione nocturna nescio cui eduxisse et ex ea compressione Aegisthum concepisse. Tunc Pelopia gladium arripuit, simulans se agnoscere, et in pectus sibi detrusit. Quem Aegisthus e pectore matris cruentum tenens ad Atreum attulit. Ille aestimans Thyestem interfectum laetabatur: quem Aegisthus in litore sacrificantem occidit et cum patre Thyeste in regnum avitum redit.* Quae omnia quum in una fabula exprimi non potuisse manifestum sit, viri docti ad priorem Thyestam ea referre non dubitarunt, quae Sicyone, ad alteram, quae Mycenis gesta erant. In eadem sententia Welcker (p. 366.) olim fuit, sed postquam fgm. I

in lucem protractum erat, quo aliquem Thyestae persuasisse opinabatur, ut oraculo [13]) obsecutus cum filia concumberet, priorem sententiam abiecit (p. 1539.) et Thyestam re vera oraculo obedivisse victoriamque ab Atreo reportasse statuit, ad hanc fabulam ea pertinuisse dicens, quae Hyginus sub finem cap. 88 narraverit. Simulque *Thyestam* alteram tantummodo novam recensionem *Thyestae in Sicyone* fuisse ait, cuius cognomen inde originem duxerit, quod fabula iis, quae Sicyone facta erant, tanquam fundamento nixa esset quodque cognomine non addito facile cum *Atreo* commutari potuisset: utriusque autem scenam Mycenis fuisse. Sed equidem vereor, ut Welcker hoc cuiquam persuadeat. Ubi enim dramata a loco quodam cognomen asciverunt, ibi dramatis scena eo loco fuit, ex quo cognomen est deductum. Considerentur v. c. Sophoclis *Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ*, *Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ* [14]), Euripidis *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος*, *ὁ διὰ Κορίνθου*, *Ἰφιγένεια ἐν Ταύροις*, *ἐν Αὐλίδι*, alia. At ne necesse quidem est, ut propter fgm. l. duas Thyestas argumento discrepantes extitisse et alterius scenam Sicyone fuisse negemus. Nam ut Welckero illud fgm. (1) ad oraculum Thyestae exhibitum pertinere concedamus, tamen ex eo non sequitur, Thyestam ei re vera esse obsecutum. Imo *τραγικώτερον* est, quod Thyestes dei iussum negligens tamen inscius id persequitur, quemadmodum Oedipus, (quem Aristoteles (Poet. 13.) aptissime cum illo comparavit et tragoediae quam maxime convenire dixit,) ne patrem interficeret, Corinthum reliquit, in via autem inscius Laium interemit. —

Altera autem Thyestes quid continuerit plane ignoramus. Sed fortasse ad eam pertinent, quae Hyginus l. c. inde a verbis: „*Interim sterilitas etc.*“ memoriae mandavit.

I. (237.)

Orion. Anthologn. V, 10, p. 47. ed. Schneidew. *ἐκ τοῦ α' Θυέστου·*

Σοφὸς γὰρ οὐδείς, πλὴν ὃν ἂν τιμᾷ θεός.
ἀλλ' εἰς θεοὺς ὁρῶντα, κἂν ἔξω δίκης
χωρεῖν κελεύῃ, κεἴσ' ὁδοιπορεῖν χρεών.
αἰσχρὸν γὰρ οὐδὲν, ὧν ὑφηγοῦνται θεοί.

Vs. 1. habet etiam Arsen. Viol. p. 500, 20. ed. Walz.

II. (238.)

Hesych. *Ἀμόρφωτον, ἀδιατύπωτον. Σοφοκλῆς Θυέστῃ τῷ ἐν Σικυῶνι.*

---

[13]) cf. Schol. Stat. Theb. IV, 307. „Hoc motus dolore Thyestes quum consulta de oraculis posceret, responsum est, per eum illi certam posse venire vindictam, qui ex ipso et Pelopia filia sua natus fuisset. Unde illico filiae amplexum invasit, ex qua natus est puer, quem illa in silvas propter conscientiam abiecit.“ Dio Chrysost. or. LXVI. p. 349. Hygin. fab. LXXXVII.

[14]) Prorsus eadem ratio intercedit inter Thyestam *ἐν Σικυῶνι* et Thyestam (*β'*), quae est inter Philoctetam *ἐν Τροίᾳ* et Philoctetam simpliciter sic inscriptam.

III. (239.)

Hesych. *Ἀποπλήκτῳ ποδί· μανιώδει. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ.*

IV. (240.)

Hesych *Αὐτόμοιρος* (*αὐτόμαρος.* cod.)· *μονόμοιρος. Σοφοκλῆς Θυέστῃ ἐν Σικυῶνι α'.* (*σικυωνία* cod. quod correxit Schowius.)

V. (241.)

Hesych. *Αὐτόφορτοι, αὐτοδιάκονοι. κυρίως δὲ, οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σοφοκλῆς Θυέστῃ ἐν Σικυῶνι α'.* (*σικυωνία.* cod. ut supra).

VI. (242.)

Hesych. *Ἐπαίνους, τὰς κρίσεις, καὶ τὰς συμβουλίας καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ* (cod. *σικυννίω*). *καὶ ἀλκέοι ταῖς ἐπαινήταισιν* (ita cod.) Extrema non expedio.

VII. (243.)

Hesych. *Ἀφωσιωμέναι* (Cod. *ἀφοσιωμέναι.*) *ἀνόσιαι, ἄπωθεν τοῦ ὁσίου γεγενημέναι. Σοφοκλῆς Θυέστῃ β'* (ita cod. non *δευτέρῳ*). Contraria habet Suid. v. *ἀφοσιούμεθα.*

VIII. (244.)

Hesych. *Ἠγόμην, διῆγον. Σοφοκλῆς Θυέστῃ β'.* cf. Soph. OR. 774 et schol. ad h. l.

IX. (245.)

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 5. p. 156. Heer. (p. 59. ed. Gaisf.) *Σοφοκλῆς Θυέστῃ*

Πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται.

Hic versus Platonis menti obversatus esse videtur in Sympos. p. 196. D. scribenti: *καὶ μὴν εἴς γε ἀνδρείαν Ἔρωτι οὐδὲ Ἄρης ἀνθίσταται.*

X. (246.)

Stob. Florileg. XXIX, 1. *Σοφοκλῆς Θυέστῃ.*

Ὡς νυν τάχος στείχωμεν· οὐ γάρ ἐσθ' ὅπως
σπουδῆς δικαίας μῶμος ἅπτεταί ποτε.

Vs. 1. Gaisf. *ὡς νῦν*, quod correxit Dindorfius.

XI. (247.)

Stob. CVIII, 21. *Σοφοκλῆς Θυέστῃ.*

Ἔχεις μὲν ἀλγεῖν', οἶδα· πειρᾶσθαι δὲ χρὴ
ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν.
ἐκ τῶν τοιούτων χρή τιν' ἴασιν λαβεῖν.

Vs. 1. Paris. A. B. ἔχει. Deinde Paris A. ἀλγεῖν ἃ, οἶδα, *σύμφορον δέ σοι*. Gesn. *σύμφωνον δέ σοι*. Quae scripturae varietates fluxere ex loco Eurip. Helen. 261. post hunc citato et exceptis illis *σύμφορον δέ σοι* ad verbum cum eo consentiente. Grotius versum 3 *παρεμβεβλημένον* dicit, sed et Gesneri codd. et Paris. A. B. (nisi quod *τὴν* pro *τιν'* habent) eum tuentur; attamen Grotii auctoritate Bruncius commotus esse videtur, ut totum locum ab Euripideo non diversum esse ratus lemma *Σοφ. Θυέστῃ* a versibus Euripideos vs. excipientibus librarii cuiusdam errore huc translatum esse statueret, et pro versibus, quos supra exhibuimus, hos tanquam e Thyesta ductos afferret:

Πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς,
στέργειν δὲ μοῖραν· τῶν ἀμηχάνων δ' ἔρως
πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν.

qui sine poetae nomine apud Stobaeum (CVIII, 23) leguntur. Gaisfordus (in adnot.) eos Euripidi tribuit eidemque etiam in vet. cod. Vindob. tribui videri nuper dixit (Addend. ad Stob. Ecl. p. 907.); a nobis inter Incertorum tragicorum reliquias (CCXLVII. Vol. III. p. 236.) recepti sunt.

XII. (248.)

Stob. CXIII, 12. *Σοφοκλέους Θυέστῃ.* Mich. Apost. VII, 16, f. (Arsen. XXIII, 42.) p. 399. ed Leutsch. c. l. *Σοφοκλέους.*

Ἔνεστι γάρ τις καὶ λόγοισιν ἡδονὴ,
λήθην ὅταν ποιῶσιν τῶν ὄντων κακῶν.

Vs. I. pro *καὶ* fortasse scribendum est *κἂν*.

XIII. (249.)

Stob. CXV, 16. *Σοφοκλέους Θυέστῃ.* Mich. Apost. IX, 24, b. (Arsen. XXXII, 12.) p. 468. ed. Leutsch. c. l. *Σοφοκλέους.*

Καίπερ γέρων ὤν· ἀλλὰ τῷ γήρᾳ φιλεῖ
χὠ νοῦς ὁμαρτεῖν καὶ τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ.

De usu vocis *ἀλλὰ* cf. Hermann. ad. Vig. p. 810. sq. Elmsl. ad Eur. Med. 912. ad Heracl. 565. Pflugk. ad Med. 912. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 80.

XIV. (250.)

Schol. Eur. Phoen. 227. ed. Cobet. *ὑπὲρ ἄκρων βακχείων· Σοφοκλῆς δὲ ἐν Θυέστῃ ἱστορεῖ καὶ παρ' Εὐβοεῦσιν ὁμοίαν ἄμπελον εἶναι τῆς ἐν Παρνασῷ, λέγων οὕτως.*

Ἔστι γάρ τις ἐναλία
Εὐβοιὶς αἶα, τῇδε βάκχειος βότρυς
ἐπ' ἦμαρ ἕρπει· πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω
κεκλημάτωται χλωρὸν εὐανθὲς δέμας,

5. εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ὄμφακος τύπον
καὶ κλίνεταί γε καπτοκερκοῦται βότρυς.
δείλης δὲ πᾶσα τέμνεται βλαστουμένη
καλῶς ὀπώρα κἀνακίρναται ποτόν.

Sic codd. Ven. Vatic. — Vs. 2. codd. εὐβοήσασα, quod correxit Cobet. — Vs. 3. Ven. λαβραδέω. Vat. λαβράσως, quod Valck. emendavit. Vs. 4. codd. χῶρος, correctum a Cobetio. In eandem fere emendationem incidit Th. Bergkius (de fragm. Soph. p. 12.) sic scribens: „corrigo partim post Barnesium λαμπρᾶς ἕω κεκλημάτωται χλῶρον οἰνάνθης δέμας. Emendationem confirmare videtur Sophocles ipse Antig. 1131, ubi ad verba χλωρά τ' ἀκτά scholiastes: ἢ τὸ ἐν Εὐβοίᾳ φησὶν ἅλσος ἢ τὸ ἐν Παρνασσῷ· ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τόποις ἡ ἄμπελος, ἢ καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν." Cum hoc scholiastae loco Brunckius comparavit Steph. Byz. v. Νύσαι — δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελον φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι. — Vs. 5. Ven. ἦμαρ ἄξει μέσον. Vat. ἦμαρ ἄξει μ. Vs. 7. Codd. δείλη. Valck. Brunck. Dindorf. δείλῃ. Vs. 8. codd. ὀπώρα καλῶς, quod Valck. emendavit.

XV. (251.)

Hesych. Ἀκήρυκτον, ἄγνωστον. ἀφανὲς δὲ Σοφοκλῆς Θυέστῃ. cf. Trachin. 45.

XVI. (252.)

Hesych. Ἄλογα, ἄρρητα. Σοφοκλῆς Θυέστῃ (cod Θυέ.) Eadem habent Bekk. An. Gr. p. 385, 16 et Bachm. An. Gr. I, p. 77, 15.

XVII. (253.)

Hesych. Ἀλωπός, ἀλωπεκώδης, πανοῦργος. Σοφοκλῆς Θυέστῃ καὶ (omittit cod.) Ἰνάχῳ. οἱ δὲ, ἀφανὴς καὶ κατὰ τὴν πρόσοψιν (cod. ἀφανεὶς καὶ κατὰ τὴν πρόσωψιν.) cf. Etym. M. p. 75, 5. ἀλωπός, ἀλωπεκώδης. πανοῦργος. οἱ δὲ ἀφελὴς καὶ ἀπρόσοψις.

XVIII. (254.)

Hesych. Ἀνταίρουσιν, ἀντιλέγουσιν. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. Ne ἀντεροῦσιν scribatur, vetat literarum ordo apud Hesychium. Adde Suid. ἀνταίρω, δοτικῇ, φιλονεικῶ.

XIX. (255.)

Hesych. Ἀπείρονας, ἀπειράτους. Σοφοκλῆς Θυέστῃ.

XX. (256.)

Hesych. Ἀπόθεα, ἄθεα, ἐκτὸς θεῶν. Σοφοκλῆς Θυέστῃ.

XXI. (257.)

Hesych. Ἀτελῆ, ἀδάπανα, οὐκ ἔχοντα τελίσματα. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. cf. **Suid.** ἀτελῆ, ἀδάπανα, ὡς πολυτελῆ τὰ πολυδάπανα.

XXII. (258.)

Antiatticista Bekkeri p. 94, 8. Ἐντέλλω, ἀντὶ τοῦ ἐντέλλομαι. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. cf. fgm. 437.

ΙΝΑΧΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Fabulae argumentum exhibent **Apollod. II, 1, 3. Hygin. fab. CXLV.** „*Ex Inacho et Argia Io. Hanc Iupiter dilectam compressit et in vaccae figuram convertit, ne Iuno eam cognosceret. Id Iuno cum rescivit, Argum, cui undique oculi refulgebant, custodem ei misit. Hunc Mercurius Iovis iussu interfecit. At Iuno formidinem ei misit, cuius timore exagitata, coegit eam ut se in mare praecipitaret: quod mare Ionium est appellatum. Inde in Scythiam transnavit, unde Bosphorus (sic) fines sunt dictae; inde in Aegyptum, ubi parit Epaphum. Iovis cum sciret suapte propter opera tot eam aerumnas tulisse, formam suam ei propriam restituit, deamque Aegyptiorum esse fecit, quae Isis nuncupatur.*“ Uberius et ex ipso Sophoclis dramate, ut videtur, rem exposuit **Ovid. Met. I. p. 568. sqq.** Quod satyricum fuisse iam **Hemsterhusius** monuit. cf. fgm. I. Picturam huc spectantem descripsit fabulaeque lucem attulit **O. Iahnius** in Commentt. Societ. Saxon. Liter. 1847. p. 293.

I. II. (259. a. b.)

Schol. Aristoph. Plut. 727. Τὸν Πλοῦτον Πλούτωνα εἶπε παίζων. ἢ ὅτι καὶ Πλούτωνα αὐτὸν ὑποκοριστικῶς ἐκάλεσεν, ὡς Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ

Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος.

καὶ πάλιν

τοιόνδ' ἐμὸν Πλούτων' ἀμεμφίας χάριν.

Adnotat Hemsterhusius: „In Sophoclis Inacho Πλούτωνα vocari, qui proprie Πλοῦτος erat, divitiarum deus, scholiastae credimus: fuit enim illud drama satyricum, unde quaedam Aristophanes in hanc fabulam transtulit, ut facile perspici potest e schol. ad vs. 807 (fgm. III.) itidemque ex λάταγος ibi facta mentione[15]). Igitur Πλούτωνος ἐπείσοδος est Pluti, qui Iovem comitabatur, in aedes ingressus

[15]) Addere poterat propter metricam rationem fragm. XIV, propter dicendi genus fragm. III.

cum omni bonorum copia (cf. fgm. III.). Iambus alter si sensu aeque ac numeris aptis constaret, omni careret difficultate: considerandum an sic redintegrari possit: τοιόνδ' ἐμοὶ Πλούτων' ἀμεμφίας χάριν; quadrandae sententiae verbum deest, quod nisi per ellipsin occultatum existimes, proximo versu sequebatur." Hemsterhusii emendationem improbat Fritzschius ad Aristoph. Thesm. 299 eique substituit hanc: τοιόνδ' ἔχω κτλ., sed nescio an probabilius scribatur: τοιόνδ' ἑλὼν κτλ.

III. (260.)

Aristoph. Plut. 806. sq.

ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων,
οἱ δ' ἀμφορῆς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου.
ἅπαντα δ' ἡμῖν ἀργυρίου καὶ χρυσίου
τὰ σκευάρια πλήρη 'στιν, ὥστε θαυμάσαι. κτλ.

Adnotat scholiastes: Σιπύη ἡ ἀρτοθήκη. ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλέους, ὅτε τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο. προύχει δὲ τὰ λευκὰ τῶν ἀλφίτων. ἤρξατο δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀναγκαίων εὐπορίας. In cod. Veneto haec sic leguntur: πάντα δὲ ταῦτα πρὸς τὸ ἐν Ἰνάχῳ Σοφ., ὅτι πάντα μεστὰ γίνεται τοῦ Διὸς εἰσελθόντος. ἐκ δὲ τῆς τῶν ἀναγκαίων εὐπορίας ἀπάρχεται τῆς κατὰ τύχην ἀφηγήσεως. προύχει δὲ τὰ λευκὰ τῶν ἀλφίτων. Quid in istis versibus Aristophanes de suo addiderit vel immutaverit, hodie vix explorabitur.

IV. (261.)

Athen. XV. p. 668. B. allatis ex Achaei Lino versibus (fgm. 24. Trag. Graec. Fragm. Vol. III. p. 63.) pergit: διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδισίαν εἴρηκε λάταγα· „ξανθὴ δ' Ἀφροδισία λάταξ παισὶν ἐπεισκύπτει δόμοις." In codd. est ἐπεκύπτει, Ald. ἐπεγκύπτει. Coraes. ἐπισκήπτει. Casaub. ἐπεισκύπτει. Toupius (Epist. crit. p. 57. Emend. II, p. 471.) locum sic correxit et in versus redegit:

Ξένη δὲ καφροδισία
λάταξ ἅπασι νῦν ἐπεισκύπτει δόμοις.

In qua emendatione id solum laudandum esse recte monuit Meinekius (Exerc. philol. in Athen. l. p. 40.), quod παισὶ sit in πᾶσι mutatum: in ceteris enim Toupium nec poetae sententiam expressisse nec metrum restituisse. Ipse igitur verba e glyconico carmine, in quo pacis otiique commoda et gaudia celebrata sint, ducta esse statuit. Patere hoc ait ex Hermippi loco, qui ingruentem belli tempestatem describens nullum iam cottabi lusum esse dixerit, ῥάβδον δ' ὅπως τὴν κοτταβικὴν ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην, μάνης δ' οὐδὲν λατάγων ἄϊει (Com. Gr. II. p. 397.), et comparandum esse Euripidis fgm. (624) apud Athenaeum Sophoclis locum excipiens. — Sophoclis versus haud dubie ita se habuerint:

ξανθὴ δ' Ἀφροδισία λάταξ
πᾶσιν ἐπεισκύπτει δόμοις.

In quibus ἐπεισκύπτειν (i. q. ἐπεισέρχεσθαι) vernilem satyrorum sermonem prodere idem vir doctissimus adnotavit. — Meinekii sententiam firmare videtur fgm. IX.

V. (262.)

Dionys. Halic. Antiq. Rom. I, 25, 4. Σοφοκλεῖ δ' ἐν Ἰνάχῳ δράματι ἀνάκαιστον ὑπὸ τοῦ χοροῦ λεγόμενον πεποίηται ὧδε·

Ἴναχε γεννᾶτορ,
παῖ τοῦ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ,
μέγα πρεσβεύων Ἄργους τε γύαις
Ἥρας τε πάγοις
καὶ Τυρσηνοῖσι Πελασγοῖς.

Ita hunc locum ex optimis codd. edidit I. A. *Ambrosch* (Ex Dionysii Hal. Antiqu. historiae gentis Romanae p. 1. e. codd. Ms. emend. Vratisl. 1846.) nisi quod vs. 5. codicum scripturam Τυρρηνοῖσι mutare in textu noluit. Ad eundem respexisse videtur Schol. Apoll. Rhod. I, 580. Ὅτι δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀργεῖοι ἐκαλοῦντο Πελασγοὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ φησί. καὶ οἱ Τυρσηνοὶ δὲ Πελασγοί.

VI. (263.)

Stob. VI, 2, § 4. p. 271. Εἰ δὲ τοῦτο δυνατόν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα καὶ τῷ περὶ τοῦ Ἰνάχου μύθῳ παραπλήσια,

ἐξεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας
Πίνδου (φησὶν ὁ Σοφοκλῆς) Λάκμου τ' ἀπὸ Περραιβῶν
εἰς Ἀμφιλόχους κἀκαρνᾶνας,
μίσγει δ' ὕδασιν τοῖς Ἀχελῴου·

καὶ ὑποβὰς

ἔνθενδ' εἰς Ἄργος
διὰ κῦμα τεμὼν ἧκει δῆμον
τὸν Λυρκείου.

Ita e codd. dedit Cramer. nisi quod καὶ Ἀκαρνᾶνας retinuit. Simulque in adnot. scribi iussit: ἔνθεν ἐς Ἄργος. Blomfield. (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 144.) etiam verba καὶ ὑποβὰς Sophoclis locumque sic constituendum esse putavit: καὶ γῆν ὑποβὰς ἔνθενδ' εἰς Ἄργος | διὰ κῦμα κτλ. quia Strabo ante dixerat: φέρονται δ' ὑπὸ γῆν ποταμοὶ πολλοί. Haud probabiliter.

VII. (264.)

Stob. XLVI, 13. Σοφοκλέους Ἰνάχῳ.

Ἐπήνεσ'· ἴσθι δ', ὥσπερ ἡ παροιμία,
ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ.

Locus in Paris. A. deest. Vs. 2. Grot. γνωστός. Hunc vs. inter proverbia affert Mich. Apost. VI, 88, a. (Arsen. XXII, 76.) p. 388. ed. Leutsch.

VIII. (265.)

Pollux. IX, 50. *μέρη δὲ τῆς πόλεως καὶ πανδοκεῖον καὶ ξενὼν καὶ ὡς ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλῆς*

πάνδοκος ξενόστασις.

Idem vocabulum extat in Soph. OC. 90.

IX. (266.)

Schol. Aristoph. Equ. 1150. *κημὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις σχοίνινον ἠθμὸν καλεῖ. τοιοῦτος γὰρ ἐγίνετο καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ.*

X. (267.)

Schol. Aristoph. Pac 530. *Σοφοκλέους μελῶν· ὅτι ἡδέα τὰ μέλη Σοφοκλέους. — περιέργως δέ τινες εἰς τὰ ἐν τῷ Ἰνάχῳ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου καὶ τῆς εὐδαιμονίας·*

εὐδαίμονες οἳ τότε γέννας ἀφθίτου θείας λαχόντες.

Cod. *γενεᾶς ἀφθίτου λαχόντες θείου,* **quod correxerunt Bergkius (Diss. de fragm. Soph. p. 13.) et Dindorfius.**

XI. (268.)

Schol. Aristoph. Av. 1213. *κυνῆ δὲ, ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον, ὡς ὁ Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ (ἐπὶ) τῆς Ἴριδος*

γυνὴ τίς ἥδε; κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς.

Sic locum dedit Toupius (Emend. II. p. 465.) quum in Ald. *κυληνᾶς Ἀρκάδος κυνῆ* **esset. Sed quum verba** *κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς* **per se non satis perspicua sint et optimi codd. Rav. Ven.** *συληνᾶς Ἀρκάδος κυνῆ* **praebeant, videndum est, ne aliud quiddam in corruptis verbis lateat. Huc respexit etiam Hesych.** *Ἀρκὰς κυνῆ, Ἀρκαδικός πῖλος. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ.*

XII. (269.)

Aristoph. Eccles. 79. *ἐπιτήδειός γ' ἂν ἦν | τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος | εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὸν δήμιον.* **Adnotat. Schol.** *τὴν τοῦ Πανόπτου· τοῦ τὴν Ἰὼ φυλάττοντος. αἰνίττεται δὲ ὡς ὄντος αὐτοῦ δεσμοφύλακος. ἀναφέρει δὲ τοῦτον ἐπὶ τὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ Ἄργον.* **Deinceps:** *εἴπερ τις ἄλλος· ὡς οὐδεὶς ἄλλος τὸν δῆμον. βουκολεῖν δὲ ὡς τὴν Ἰὼ ὁ Ἄργος ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλέους.*

XIII. (270.)

Schol. Aesch. Prom. 576. *Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ καὶ ᾄδοντα τὸν Ἄργον εἰσάγει.*

XIV. (271.)

Herodian. *περὶ μον. λεξ.* **p. 35, 10.** *Σεσημείωται τὸ Ῥᾶφος κατὰ*

χρόνον. τὰ γὰρ εἰς ρος δισύλλαβα τῷ α παραληγόμενα ὀξυνόμενα μὲν ἔχει ἐκτεινόμενον τὸ α, ψαρὸς, ναρός. ἔνθεν θηλυκὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ σατυρικῷ

ναρᾶς τε πατρὸς κυμάτων ἐπιρροάς
ἐπώμοσα.

Hesych. *Ἀποσκόλνπτε, ἀπολέπιζε* (cod. *ἀπολέπιζον*) *καὶ ἀποκόλουε. φασὶ καὶ τὸν περιτετμημένον τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένον. Σοφοκλῆς Μώμῳ.* Gramm. in Bekk. An. p. 435, 24. Bachm. An. Gr. I, p. 133, 11. *ἀποσκολύψαι, ἀφελεῖν τὸ δέρμα καὶ ἀπογυμνῶσαι. Σοφοκλῆς δὲ ἀποκόλουε ἐν Μενελάῳ.* Corrigendum esse *Σοφοκλῆς δὲ ἀποσκόλνπτε τὸ ἀποκόλουε ἐν Μώμῳ* monuit Ellendt. l. c. I. p. 205. Cum illis cf. Eustath. p. 952, 13. *δοκεῖ δὲ Αἰολικὸν εἶναι τὸ σκῦλον, ὡς φαίνεται ἀπὸ ῥητορικοῦ λεξικοῦ, ἐν ᾧ κεῖται καὶ ὅτι ἀποσκολύπτειν ἀφειρεῖν τὸ δέρμα, ὅθεν καὶ τὸ σκυλεύειν μεταφορικῶς.* Id. ad Od. μ', 48. p. 1710, 18. Pollux. II, 176. Etym. M. p. 125, 43.

VI. (399.)

Bekk. An. Gr. p. 446, 12. Bachm. An. I. p. 145, 18. *Ἅρπην, δρέπανον. Σοφοκλῆς Μώμῳ* (cod. *Νόμῳ*) *σατυρικῷ.* Cf. Etym. M. p. 148, 17. sq. 708, 49. sq.

ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΠΥΡΚΑΕΥΣ.

Quae Pollux (IX, 156) de fabulae titulo scribit: ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατ' Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. confirmantur Herodiani et Hesychii (fgm. III. VIII. XIII.) testimoniis. Sed ab eodem Hesychio et Stephano Byzantino (fgm. IV. V. XII.) citatur etiam Ναύπλιος καταπλέων. Quaeritur igitur, utrum Sophocles duas fabulas *Nauplii* nomine inscriptas composuerit an ista nomina ad unam eandemque sint referenda. Brunckius rem in medio reliquit: dicit enim, si diversa fuerint dramata, Ναυπλίου καταπλέοντος argumentum videri iis contineri, quae tradiderit Tzetz. ad Lycophr. 384. (collat. 1099. 1217.) τότε δὲ μαθὼν τὴν τοῦ υἱοῦ ἀναίρεσιν ὁ τούτου πατὴρ Ναύπλιος ἔπλευσε πρὸς τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀπῄτει ποινήν. Ἀπράκτος δὲ ὑποστρέψας, περιπλέων λοιπὸν τὰς χώρας τὰς Ἑλληνίδας παρεσκεύασε τὰς τῶν Ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι, Κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Αἰγίσθῳ, Αἰγιάλειαν τὴν Διομήδους τῷ υἱῷ Σθενέλῳ, Μήδαν τὴν τοῦ Ἰδομενέως ὑπὸ Λεύκου., alterius vero fabulae materiam fuisse facem in Caphareo promontorio editam, qua conspecta Graeci a Troia navigantes portum esse credidissent et ad rupes adlisi naufragio perissent. Sed bene Vater (diss. de Aiead. Soph. p. 28.), eiusmodi argumentum, quale Brunckius in in Ναύπλιον καταπλ. intulit, a tragoedia plane alienum esse sensit, minus recte autem ipse in ea *Auges* historiam tractatam esse statuit, quum Auge (cf. Apollod. II, 7, 4. III, 9, 1.) a patre Aleo Nauplio tradita esset, qui eam sive venderet sive necaret. Nam fabulae tale argumentum complexae *Nauplii* nomen imponi potuisse plane incredibile est. Neque probabilior eorum[27]) est sententia, qui Tzetz. l. c. et schol. Eur. Or. 422. verbis nixi Ναύπλιον καταπλέοντα eum fuisse dicebant, qui Troiam venisset, ut cum ducibus Graecis de filii morte expostularet, ab his autem repudiatus ultionem moliens domum redisset. Nam in his nihil inest, quod *tragoediae* argumentum praebere potuit. Quum igitur in Nauplii historia non reperiatur, quod apte ad fabulam Ναυπλίου καταπλεόντος titulo inscriptam referatur, facile inducimur, ut Sophoclem tantummodo unam fabulam, cui nomen Ναύπλιος πυρκαεὺς fuerit, scripsisse credamus. Cuius rei praeter Pollucis testimonium etiam apertum documentum ex Luciani verbis peti posse nobis videtur, qui in libro de saltat. c. 46. p. 295. haec scripsit: καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ (sc. ἐν Ἰλίῳ) πεσόντων δρᾶμα τῇ σκηνῇ προσκεῖται. — — — καὶ πρὸ τούτων ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλὴ καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ καὶ ἡ Αἴαντος μανία καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια. Egregie Lucianus inter duas Aiaces distinxit earumque fabularum summas atti-

---

[27]) V. c. Huschk. Anal. crit. p. 241., Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. [illegible] (qui Sophocli vel trilogiam e fabulis Παλαμήδης, Ναύπλιος καταπλέων, [illegible] πυρκαεὺς compositam tribuere non dubitavit,) et Meinek. Anal. Alex. [illegible]

I. II. (367.)

Etymol. Gr. Paris. (primum a Ruhnkenio in Valckenarii Diatr. p. 200, deinde ex duobus codd. 2630 et 2638 a Gaisfordo in adnot. ad Etym. M. p. 681, 24 publicatum) et Cyrill. Lex. in Cram. Anecd. Paris. IV. p. 188. *Πολύϊδος· οὕτω καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου. καὶ ἔστι, φησὶ, πολυΐδμων μάντις ὤν. οὕτω καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγράφεται παρὰ Ἀριστοφάνει. μαρτυρεῖ δὲ Φιλόξενος. καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν Μάντεσι συνίστησιν.*

Ὁρῶ πρὸ χειρῶν Πολυΐδου τοῦ μάντεως.

καὶ πάλιν

Οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Πολυΐδῳ τῷ Κοιράνου.

Eadem valde corrupta leguntur in Etym. Gud. p. 474. In Etym. M. p. 681, 24. est: *Πολύειδος — ἐν ἄλλοις δὲ διὰ τοῦ ι συνεσταλμένου, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ „Ὁρῶ πρὸ χειρῶν Πολύϊδος τοῦ μάντεως.“ καὶ πάλιν· „Οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Πολυείδῳ.“* (sic.) In fgm. I libri habent *πρόχειρον*, quod ex Etym. M. correxit Valck. l. c.; in fgm. II praebent *Πολυΐδην τῷ κοιράνῳ*, in quibus num *Πολυΐδην* a Valckenario recte in *Πολυΐδῳ* mutatum sit, dubitari potest: probabiliter vero correxit Welcker p. 769. *Κοιράνου*. Quo hoc fragmentum spectet, facile intellegitur, si Hygini verba (l. c.) *„qui cum non invenirent, Polyidus Coirani filius monstrum demonstravit.“* Dicere videtur chorus, monstrum nisi a Polyido solvi non posse.

III. (368.)

Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 8, 35. *Φαμενὸς Σοφοκλῆς· μάντεσσι ξουθὸς φαμενὸς τειρεσίου παῖς.* Sic cod. Egregie Bergkius (de Fragm. Soph. p. 24.) et Ellendt. (Lex. Soph. II. p. 893.) sic emendarunt: *Φαμενός. Σοφοκλῆς Μάντεσι· ξουθὸς Φαμενὸς Τειρεσίου παῖς*, sed emendationem perfecit Lehrsius scribendo:

ξυνετὸς
Φαμενὸς, Τειρεσίου παῖς·

IV. (369.)

Bekk. An. Gr. p. 361, 19. Bachm. An. I, p. 50, 17. *Αἰγύπτιον γῆρας·*

Πρῶτον μὲν ὕψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν,
ἔπειτα φοινίξαντα γογγύλον μόρον,
ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον.

Σοφοκλῆς. Duos priores versus afferunt etiam Athen. II. p. 51. D. et ex eo Eustath. p. 835, 10. (ubi *στρογγύλων.*) his praemissis: *ὡς τὸ δρυμὸν καὶ ὁ δρυμὸς, καὶ τὰ ἄλλα, οὕτω διγενὲς καὶ τὸ μόρον. καὶ ἀρσενικὸν μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ· „πρῶτον κτλ.“* Locum ad hanc fabulam referendum esse docet Hyginus l. c.

V. (370.)

Schol. ad Eur. Phoen. 1256. *Τῆς κύστεως τὸ στόμα ἐφῳ δεσμοῦντες ἐπετίθεσαν τῷ πυρί, καὶ παρετήρουν πῶς φαγήσεται καὶ ποῦ τὸ οὖρον ἀποπίσει. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι*

Τὰς μαλλοδέτας κύστεις.

Μαλλοδέτας e codd. Vat. Ven. Cobetius restituit pro vulg. *μαλλοδετεῖς* a Valckenario in *μαλλοδέτους* correcta.

VI. (371.)

Stob. XXIX, 25. *Σοφοκλέους Μάντεων.*

Οὗτοι ποθ' ἥξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.
[μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.]

Vs. 1. De hoc loco scribit Valcken. l. c. „oensebit aliquis τἰ interserendum, ego in *ποθ' ἥξει* latere puto *γ' ἐφίξει*, Attice pro *ἐφίξῃ*. cf. Aeschin. p. 81, 9. *ἐφικόμενος τῆς ἀνδραγαθίας.* Isocr. p. 3. A. p. 108. D. 210. D. Themist. p. 142. C.“ Valckenari correctionem recepit Brunckius, recentiores vero editores iure improbarunt alii aliter loco medentes. Bamberger (Coniectan. p. 11.) proposuit: *οὕτοι καθίξει*, O. Schneider (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1842. p. 684.) et A. Nauckius (in Schneidewini Philologo II. p. 149.) *οὗτοι ποθ' ἅψει*, longe probabilius vero Reisigius (Coniect. crit. p. 295.): *Οὗτοι ποθ' ἕξει τῶν ἄνευ πόνου.* Versum 2 uncis inclusimus, quum eum Stobaeus ipse paullo ante (XXIX, 9) ex Euripidis Telepho attulerit (cf. Eurip. Fgm. 691.). Utrum idem a Sophocle quoque adhibitus sit an potius errori librarii cuiusdam originem debeat, qui eum in margine adscriptum repererit et hoc loco omissum esse arbitratus in textum intulerit dubitari potest.

VII. (372.)

Porphyr. de abstin. II, 19. p. 134. ed. de Rhoer. *καὶ Σοφοκλῆς διαγράφων τὴν Θεοφιλῆ θυσίαν φησὶν ἐν τῷ Πολυείδῳ*

Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δὲ κἀμπέλου
σπονδή τε καὶ ῥᾳξ εὖ τεθησαυρισμένη·
ἐνῆν δὲ παγκάρπεια συμμιγὴς ὁλαῖς,
λῖπός τ' ἐλαίας καὶ τὸ ποικιλώτατον
ξυνθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Eodem versus omisso fabulae nomine affert Clemens Alex. Strom. IV, 2, 6. p. 565. P. — Vs. 1. Clem. *κἀμπέλων*. Reiskius maluit: *ἦν δ' ἐξ ἀμπέλου*, — Vs. 2. Is. Casaubonus, Brunckius et Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 147.) *ῥᾳξ ἐντεθησαυρισμένη*. — Vs. 3. Clem. *ἐνῆν* (Grot. Exc. p. 139. *ἐν τῷ*) *δὲ συμμιγὴς ὁλαῖς παγκαρπία*, quam scripturam, quamvis ea caesura versus tollatur, Brunckius, Dindorfius, alii receperunt. Sed vocem *παγκάρπεια* habet etiam Eu-

rip. fgm. 967. vs. 4. Porphyr. ὅλως. Grot. l. c. στολαῖς, Clemens recte ἱλαῖς, cuius loco Ellendtius (Lex. Soph. II. p. 305.) haud temere ἱλᾶν scribi malnit. — Vs. 4. Clem. λιπός τ' ἱλαίου. — Vs. 5. etiam schol. ad Eurip. Phoen. 116 omisso fabulae nomine affert haec scribens: ὀργάνοις) τοῖς ἔργοις, ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον. καὶ Σοφοκλῆς· „ξουθοῦ μιλτώσης κτλ." ἀντὶ τοῦ ἔργον. Quocum vs. non indignus est, qui conferatur locus Eurip. Taur. 634, Clem. ξουθῆς.

VIII. (373.)

Schol. ad Aristoph. Ran. 588. γλάμων·) ὁ ἔχων λήμας, ὁ ἀνάθαρτος. Καλλίστρατός φησιν, ὅτι οὕτως ἐκαλεῖτο Γλάμων, ὡς Χάρης. ἄλλοι δὲ τὸν λημῶντα καὶ δίυγρον τοὺς ὀφθαλμούς. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπὶ τινων ὀρνίων·

τοὺς γλαμυρούς κατὰ φορβάν.

Scholiasten excerpsit Suid. v. γλάμων. Sed Sophoclem vocl γλαμυρὸς h. l. non *lippitudinis*, sed *voracitatis*, significationem tribuisse, facile intellegitur. Si quis tamen scholiasten memoriter citantem voces γλάμων et λαμυρὸς confudisse poetamque τοὺς λαμυρούς scripsisse dicat, equidem non multum refragabor.

IX. (374.)

Hemer. Epimerism. in Cram. An. Gr. Ox. I. d. 226, 7. Τὸ θέμα κλείω, ὅπερ οἱ Ἴωνες κλήω διὰ τοῦ η καὶ Θουκυδίδης καὶ τραγικοί· καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι·

Ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλημένην πύλην.

Cod. κεκλιμένην, quod correxit Schneidewin. Coniect. crit. p. 100. cf. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 964. v. κλῆθρον. Lobeck. ad Aiac. 1274. Cum dictionis magnificentia Schneidewinus conferri iubet Eurip. Med. 661. καθαρὰν ἀνοίξαντα κλῆδα φρενῶν. — Verba Polyidi esse videntur negantis, se puerum in vitam reducere posse. cf. Hygin. l. c. Praecessit fortassis: κάλει θεούς· ἐγὼ γὰρ εἶμ' ἀμήχανος vel simile quid.

X. (375.)

Hesych. Ἀνταίας, πολεμίας, ἐχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. cf. fgm. 295. 71.

XI. (376.)

Hesych. Ἀραῖον (cod. ἀραιόν), κατάρατον. ὡς τὸ

Ὁ πρόσθεν ἐλθὼν ἦν ἀραῖός μοι νέκυς.

οἷον ἀρὰν προσετρίβετο· καὶ κατ' εὐχῆς. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. De voce ἀραῖος vide quae ad fgm. 114 disputavimus.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

In hac fabula utrum Sophocles ad *Phrynichi Pleuronias* se applicaverit an idem argumentum, quod *Euripides* in *Meleagro* (de quo vid. Vol. II. p. 269. sq.), tractaverit, fragmentis plane destituti dicere non possumus. Nec quidquam iuvant, quod et maerentes Meleagri sorores (haud dubie in fine fabulae) in aves mutatas esse et chorum e sacerdotibus constitisse scimus. cf. Plin. Hist. nat. XXXVII, 2, 11. *Super omnes est Sophocles, tragicus poeta, quod equidem miror tanta gravitate cothurni et praeterea vitae fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto. Hic ultra Indiam fluere dixit e lacrimis meleagridum avium Meleagrum deflentium. Quod et credidisse eum vel sperasse aliis persuaderi posse quis non miretur? quamve puerilem tam imperitam posse reperiri, quae avium ploratus annuos credat lacrimasve tam grandes, avesque e Graecia, ubi Meleager periit, ploratum isse in Indos? Quid ergo? non multa aeque fabulosa produnt poetae?* Schol. ad Hom. Il. IX, 575. *πέμπον δὲ θεῶν ἱερῆας ἀρίστους·*) *ὅτι ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μελεάγρῳ τὸν χορὸν ἀπὸ ἱερέων παρήγαγεν.* Quamquam ex his scholiastae verbis Sophoclem pro more suo Homeri narrationem secutum esse haud improbabiliter collegeris.

I. (377.)

Hesych. *Ἀντίβοιον, ἰσόβοιον, ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον. Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ.*

II. (378.)

Hesych. *Ἰξοφόρους δρύας, τὸν ἰξὸν φερούσας. Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ.*

III. (379.)

Hesych. *Κυάμῳ πατρίῳ.* cf. fragm. 277.

IV. (380.)

Hermogen. de form. orat. p. 412. (Walz. Rhett. III. p. 324.) *καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ φίλανδρόν που τὴν Ἀταλάντην εἶπε διὰ τὸ ἀσπάζεσθαι σὺν ἀνδράσιν εἶναι, ἡμῶν πάλιν ἐκ' ἄλλου πράγματος ταττόντων τοῦνομα τοῦτο, ὥσπερ καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας.* Locum ad hanc fabulam rettulit Brunckius.

V. (381.)

Lucian. Conviv. s. Lapith. 25. p. 436. *Εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. ὄφει γὰρ τὴν Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστιῶν. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν — — καὶ Σοφοκλῆς·*

Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις
ἄνηκε Λητοῦς παῖς ἐκηβόλος θεά.

Locum probabiliter ad hanc fabulam rettulit Brunckius.

ΜΕΜΝΩΝ. Vide ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

ΜΙΝΟΣ. Vide ΚΑΜΙΚΙΟΙ.

ΜΥΚΗΝΑΙΑΙ. Vide ΑΤΡΕΥΣ.

ΜΥΣΟΙ = ΤΗΛΕΦΟΣ.

Μυσοὺς quum Aeschylus quoque scripserit, in qua fabula Telephum introductum fuisse ex fragmentis liquet, idem argumentum etiam a Sophocle tractatum esse veri est simillimum. Citatur quidem uno loco[23]) etiam Sophoclis *Telephus* (fgm. VII.), sed illic pro ipsius dramatis titulo personae primas partes tenentis nomen allatum esse[24]) admodum probabiliter Welcker conjecit. Nam quum Sophocles, ut suo loco docuimus, Telephum etiam in *Aleadis* in scenam induxerit, poetam praeterea et *Mysos* et *Telephum* composuisse parum est credibile, praesertim quum argumentum, quod in *Telepho* fabula exhiberi potuisset, Euripidis dramate (cf. Eurip. Fgm. p. 354. sqq.) a poetis comicis certatim irriso tanquam profanatum et Atheniensibus ridiculum esset. Quoniam vero ex fabulae titulo et fgm. III. scenam in Mysia fuisse probabile est, a vero vix aberrabimus, si argumenti summam ab Hygino (fab. C.) literis mandatam esse statuerimus. Cuius verba haec sunt: *Teuthrantem regem in Moesia Idas Apharei filius regno privare voluit. Quo cum Telephus, Herculis filius, ex responso quaerens matrem, cum comite Parthenopaeo venisset, huic Teuthras regnum et filiam Augen*[25]) *in coniugium daturum promisit, si se ab hoste tutasset. Telephus conditionem regis non praetermisit: cum Parthenopaeo Idam uno praelio superavit; cui rex pollicitam fidem praestitit, regnumque et Augen matrem insciente in coniugium dedit. Quae quum mortalem neminem vellet suum corpus violare, Telephum interficere voluit, inscia filium suum. Itaque cum in thalamum venissent, Auge ensem sumpsit, ut Telephum*

---

[23]) Alterum quendam locum, quem ad Telephum olim referebant editores, ex Aleadis ductum esse supra (ad fgm. 78) docuimus.

[24]) Cf. p. 174. Nisi forte Hesychius in poetae nomine erravit, ut aut *Αἰσχύλος* aut *Εὐριπίδης* pro *Σοφοκλῆς* corrigendum sit.

[25]) Cf. Hygin. fab. XCIX. fin. *Ista autem Auge patrem suum timens profugit in Moesiam ad regem Teuthrantem, qui cum esset orbus liberis, hanc pro filia habuit.*

interficeret. Tum deorum voluntate dicitur draco immani magnitudine inter eos exisse: quo viso Auge ensem proiecit et Telepho inceptum patefecit. Telephus re audita inscius matrem interficere voluit: illa Herculem vialatorem suum imploravit et ex eo Telephus matrem agnovit et in patriam suam reduxit. Quae Hyginus de dracone tradit, ex tragoedia fluxisse testatur etiam Aelian. Hist. An. III, 47. *ὅτε μοι τοὺς τραγῳδοὺς — καὶ πρό γε ἐκείνων τοὺς μυθοποιοὺς ἐρέσθαι, τί βουλόμενοι τοσαύτην ἄγνοιαν τοῦ παιδὸς τοῦ Λαΐου καταχέουσι, καὶ τοῦ Τηλέφου τοῦ συνελθόντος τῇ μητρὶ τὴν δυστυχῆ σύνοδον, καὶ μὴ πειραθέντος μὲν τῆς ὁμιλίας, συγκατακλινέτος δὲ τῇ γειναμένῃ, καὶ πράξαντος ἂν τὰ αὐτὰ, εἰ μὴ πολλάκις θεία πομπῇ διεῖρξεν ὁ δράκων.* κτλ. quamquam non constat, utrum ad Aeschyli an ad Sophoclis Mysos referenda sint. Nec plura de reliquis, quibus Sophocles ab Aeschyli fabula recesserit, scimus; verumtamen non improbabile est, Sophoclis Telephum neque in Mysiam venisse, ut propter avunculorum caedem (cf. Aleadarum argumentum) expiaretur, neque initio mutum fuisse, sed ex oraculi iussu matrem quaesiturum. — Fragmenta quo spectent incertum est.

I. (382.)

Stob. XXVI, 4. *Σοφοκλέους Μυσῶν.* **Mich. Apost.** XVIII, 66, p. (**Arsen.** LV, 100. XXXIV, 38.) p. 740. ed. Leutsch. c. l. *Σοφοκλέους.*

Ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ καὶ βραχὺν
χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστώτων κακῶν.

II. (383.)

Stob. XCVIII, 23. *Σοφοκλέους Μυσῶν.*

Ἄμοχθος γὰρ οὐδείς· ὁ δ' ἥκιστα ἔχων, μακάρτατος.

Sic locum dedit Gaisf. Bruncknus vs. 1 post ὁ δ', Dindorfius et Ahrens post ἥκιστ' finiunt, sed haud dubie scribendum est:

ἄμοχθος γὰρ οὐδείς·
ὁ δ' ἧκιστ' ἔχων μακάρτατος.

Prior vs. est dochmiacus hypercat., alter dochmiacus desinens in diiambum. cf. **Seidler.** p. 162.

III. (384.)

Strabo VIII, 31. p. 356. C. *Στησίχορον δὲ καλεῖν πόλιν τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην, ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβον Μάκαρος πόλιν, Εὐριπίδης δ' ἐν Ἴωνι* (vs. 297.) *καὶ ἐν Ῥαδαμάνθυι* (fgm. 653.). *Σοφοκλῆς δ' ἐν Μυσοῖς·*

Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κλήζεται, ξένε,
πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

IV. (385.)

Athen. IV. p. 183. D. *μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς ἐν μὲν Μυσοῖς οὕτως*

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος, ἀντίσπαστά τε
Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

καὶ ἐν Θαμύρᾳ. — Athenaeus locum iterum affert XIV. p. 635. C. ubi libri *αὐδῆς* et *ἐφύμνει*. Vs. 1. Ad vocem *ἀντίσπαστα* cf. Phrynych. fgm. 11. (Poet. trag. fragm. Vol. III. p. 9.). — Vs. 2. malim *συγχορδία*.

V. (386.)

Pollux. X. 186. *φαίης δ' ἂν καὶ σίσυρναν, Αἰσχύλου μὲν λέγοντος κτλ.* (cf. Aesch. fgm. 106), *Σοφοκλέους δ' ἐν Μυσοῖς*

ψαλίδας, τιάρας καὶ σισυρνώδη στολήν.

Offensioni Ellendtius (Lex. II. 975.) esse dicit, quod, quum Pollux ipse (fgm. 343.) *ψαλίδα* explicaverit *εἶδος οἰκοδομήματος*, hoc loco *ψαλὶς* inter res, quae ad cultum ornatumque barbarorum spectent, commemoretur idemque atque *ψέλλιον* h. e. *armilla, torques*, quippe quod ornamenti genus Asianis imprimis dilectum fuerit, significare videatur; itaque videndum esse, ne ex Th. Bergkii (comment. de fragm. Soph. p. 20.) emendatione potius *ψέλλια* pro *ψαλίδας* restituendum sit. Sed utrumque virum doctum fugit, *ψαλίδα* ab eodem Polluce (X, 127.) inter *γυναικεῖα σκευή* afferri, quamquam de significatione vocis ibi non constat.

VI. (587.)

Antiatticista Bekkeri p. 83, 22. *Ἄβολον ἵππον. Σοφοκλῆς Μυσοῖς* (cod. *Μούσαις.*) cf. Hesych. v. *ἄβολος*. Etym. M. p. 3, 54. *ἄβολος, ὁ μηδέπω ἐκβεβληκὼς τοὺς ὀδόντας* [*ἵππος ἤγουν ὁ*] *πῶλος*. Plat. de Legg. VIII. p. 834. C. et schol. ad h. l. Suid. v. *ἀβολήτωρ*.

VII. (388.)

Hesych. *Ἀειφόρος, ἀειθαλής· Σοφοκλῆς Τηλέφῳ.* — Ab hoc loco non diversa videtur alia Hesychii glossa: *Αἴφουρος* (cod. Marc. *αἴφρουρος. αἰθάλη. Σοφοκλῆς*. Nam haec verba corruptissima esse ex iis quoque apparet, quae illis vulgo annexa leguntur: *αἰχθαλόεσσαν, τὴν ἀπρόσμηκτον, ὁμίχλη.* iam dudum bene sic restituta: *ἀμιχθαλόεσσαν, ἀπρόσμικτον, ὁμιχλώδη*. cf. Hom. Il. *ω'*, 753. Hymn. Apoll. 36. Saepius vero in Hesychii glossis *αι* pro *αει* reperitur, nec raro in aliorum scriptorum libris MSS. syllabae initiales corruptae sunt. cf. Lobeck. Paralip. p. 43. not. 44.

VIII. (389.)

Bekk. An. Gr. p. 426, 18. Bachm. An. Gr. I. p. 123, 5. Hesych. *Ἀποβάθρα, ἀποβατηρία* (cod. *ἀποβατήρια*), *ἢ κλίμαξ νεώς. Σο-*

φοκλῆς *Μυσοῖς*. Eadem sed omisso Sophoclis loco habet Phryn. App. Soph. p. 12, 31.

IX. (390.)

Hesych. *Ἀποσύρει, ἀποσπᾷ. Σοφοκλῆς Μυσοῖς.*

X. (391.)

Hesych. *Ἀπύρου, ἀθύτου. Σοφοκλῆς Μυσοῖς.* cf. Hom. Il. *ψ'*, 267. et schol. ad Aesch. Prom. 879.

XI. (392.)

Hesych. *Ἀστραφής, σκληρός. Σοφοκλῆς Μυσοῖς.*

XII. (393.)

Hesych. *Ἀφθίτους γνώμας, ἀμετατρέπτους* (*ἀμεταστρέπτους* correxit Ellendt.). *Σοφοκλῆς Μυσοῖς.*

ΜΩΜΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

In hac fabula quid poeta expresserit difficillimum est ad dicendum. Welcker, qui Momum dramaticam fuisse personam omnino negat, fabulam *Κῶμον* dictam esse et Bacchi comissationem, cuius mentio in Eurip. Cycl. 38. sq. (cf. Hygin. fab. 129.) iniecta est, continuisse arbitratur. Sed duobus exceptis locis, quorum altero fabula *Νόμος*, altero *Κῶμος* appellata est, ubique *Μῶμος* nominatur; praeterea etiam Achaeus *Momum* scripsit. cf. Achaei fgm. 27. (Vol. III, p. 66.).[26]) Quum igitur de fabulae titulo dubitari non posse videatur, argumentum est circumspiciendum. Cuius summa nescio an iis contineatur, quae narrat Lucian. Hermotim. 20. p. 758. *φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ἐρίσαι Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα καὶ Ἥφαιστον ἐντεχνίας περὶ, καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶ ταῦρον ἀναπλάσαι, τὴν Ἀθηνᾶν δὲ οἰκίαν ἐπινοῆσαι, ὁ Ἥφαιστος δὲ ἄνθρωπον ἄρα συνεστήσατο· καὶ ἐπειπερ ἐπὶ τὸν Μῶμον ἦκον, ὅνπερ δικαστὴν προείλοντο, θεασάμενος ἐκεῖνος ἑκάστου τὸ ἔργον, τῶν μὲν ἄλλων ἅτινα ἠτιάσατο περιττὸν ἂν εἴη λέγειν, ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου δὲ τοῦτο ἐμέμψατο καὶ τὸν ἀρχιτέκτονα ἐπέπληξε τὸν Ἥφαιστον, διότι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέρνον, ὡς ἀναπεπασθεισῶν γνώριμα γίγνεσθαι ἅπασιν ἃ βούλεται καὶ ἐπινοεῖ καὶ εἰ ψεύδεται ἢ ἀληθεύει.* Quae si recte coniecimus, fabula aliquam similitudinem ex

---

[26]) Male Dindorfius Choerobosco auctore etiam hoc fgm. inter Sophoclea (n. 374. b.) recepit: nam Choeroboscus manifesto Achaei Momum cum Sophoclis Momo confudit. Id inde cognosci potest, quod scholiastes Aristophanis duobus diversis locis *Achaei*, non *Sophoclis*, Momum citat et integrum versum ex eo dramate affert, Choeroboscus vero pauca tantum verba exhibet.

parte cum *Eride* s. *Crisi*, ex parte cum *Pandora* habuit: nam et deorum discordiam, ut *Eris*, et hominis generationem, ut *Pandora*, continuit. Satyris vero luculenta opportunitas data erat cum homine arte fabricato iocandi.

I. (394.)

Hesych. *Ἀλώπηξ, ὄρχησίς τις. καὶ ἀλωπεκίαι, ὡς Σοφοκλῆς Μώμῳ* (cod. *μωμων ὡς Σοφ.*), *ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι πάθος γενόμενον.* Ellendt. s. v. pro *ἀλωπεκίαι* scribi *ἀλωπεκιᾷ* mavult, haud probabiliter; nam si recte Hesychium intellego, lexicographus dicere voluit, Sophoclem voce *ἀλωπεκίαι*, quae alias morbum significet, eadem vi atque vocabulo *ἀλώπηξ* h. e. de saltatione usum esse. Quam ob rem verba *ὡς Σοφ. Μώμῳ* statim post *ἀλωπεκίαι* posuit.

I. (395.)

Hesych. *Ἄμφιον, ἔνδυμα. Σοφοκλῆς Μώμῳ.* cf. Bekk. An. Gr. p. 389, 10. Suid. s. v. *ἄμφιον, ἔνδυμα, ἱμάτιον.*

III. (396.)

Hesych. *Ἀναστύψαι* (cod. *ἀναστῦψαι*), *ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον, ἢ στυγνάσαι. Σοφοκλῆς Μώμῳ* (cod. *μωμῶ.*) cf. Suid. v. *ἀναστύψαι, ἀνασπάσαι.*

IV. (397.)

Hesych. *Ἀνθρωσκε, ἄνω θρῶσκε, ὀρχοῦ* (cod. *ὀρχούς*). *Σοφοκλῆς Μώμῳ* (cod. *κώμῳ*).

V. (398.)

Hesych. *Ἀποσκόλυπτε, ἀπολέπιζε* (cod. *ἀπολέπιζον*) *καὶ ἀποκόλουε. φασὶ καὶ τὸν περιτετμημένον τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένον. Σοφοκλῆς Μώμῳ.* Gramm. in Bekk. An. p. 435, 24. Bachm. An. Gr. I, p. 133, 11. *ἀποσκολύψαι, ἀφελεῖν τὸ δέρμα καὶ ἀπογυμνῶσαι. Σοφοκλῆς δὲ ἀποκόλουε ἐν Μενελάῳ.* Corrigendum esse *Σοφοκλῆς δὲ ἀποσκόλυπτε τὸ ἀποκόλουε ἐν Μώμῳ* monuit Ellendt. l. c. I. p. 205. Cum illis cf. Eustath. p. 952, 13. *δοκεῖ δὲ Αἰολικὸν εἶναι τὸ σκῦλον, ὡς φαίνεται ἀπὸ ῥητορικοῦ λεξικοῦ, ἐν ᾧ κεῖται καὶ ὅτι ἀποσκολύπτειν ἀφειφεῖν τὸ δέρμα, ὅθεν καὶ τὸ σκυλεύειν μεταφορικῶς.* Id. ad Od. *μ'*, 48. p. 1710, 18. Pollux. II, 176. Etym. M. p. 125, 43.

VI. (399.)

Bekk. An. Gr. p. 446, 12. Bachm. An. I. p. 145, 18. *Ἅρπην, δρέπανον. Σοφοκλῆς Μώμῳ* (cod. *Νόμῳ*) *σατυρικῷ.* Cf. Etym. M. p. 148, 17. sq. 708, 49. sq.

ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΠΥΡΚΑΕΥΣ.

Quae Pollux (IX, 156) de fabulae titulo scribit: ὁ δ' ἐρπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατ' Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. confirmantur Herodiani et Hesychii (fgm. III. VIII. XIII.) testimoniis. Sed ab eodem Hesychio et Stephano Byzantino (fgm. IV. V. XII.) citatur etiam Ναύπλιος καταπλέων. Quaeritur igitur, utrum Sophocles duas fabulas *Nauplii* nomine inscriptas composuerit an ista nomina ad unam eandemque sint referenda. Brunckius rem in medio reliquit: dicit enim, si diversa fuerint dramata, Ναυπλίου καταπλέοντος argumentum videri iis contineri, quae tradiderit Tzetz. ad Lycophr. 384. (collat. 1099. 1217.) τότε δὲ μαθὼν τὴν τοῦ υἱοῦ ἀναίρεσιν ὁ τούτου πατὴρ Ναύπλιος ἔπλευσε πρὸς τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀπῄτει ποινήν. Ἀπράκτος δὲ ὑποστρέψας, περιπλέων λοιπὸν τὰς χώρας τὰς Ἑλληνίδας παρεσκεύασε τὰς τῶν Ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι, Κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Αἰγίσθῳ, Αἰγιάλειαν τὴν Διομήδους τῷ υἱῷ Σθενέλῳ, Μήδαν τὴν τοῦ Ἰδομενέως ὑπὸ Λεύκου., alterius vero fabulae materiam fuisse facem in Caphareo promontorio editam, qua conspecta Graeci a Troia navigantes portum esse credidissent et ad rupes adlisi naufragio perissent. Sed bene Vater (diss. de Aiead. Soph. p. 28.), eiusmodi argumentum, quale Brunckius in in Ναύπλιον καταπλ. intulit, a tragoedia plane alienum esse sensit, minus recte autem ipse in ea *Auges* historiam tractatam esse statuit, quum Auge (cf. Apollod. II, 7, 4. III, 9, 1.) a patre Aleo Nauplio tradita esset, qui eam sive venderet sive necaret. Nam fabulae tale argumentum complexae *Nauplii* nomen imponi potuisse plane incredibile est. Neque probabilior eorum[27]) est sententia, qui Tzetz. l. c. et schol. Eur. Or. 422. verbis nixi Ναύπλιον καταπλέοντα eum fuisse dicebant, qui Troiam venisset, ut cum ducibus Graecis de filii morte expostularet, ab his autem repudiatus ultionem moliens domum redisset. Nam in his nihil inest, quod *tragoediae* argumentum praebere potuit. Quum igitur in Nauplii historia non reperiatur, quod apte ad fabulam Ναυπλίου καταπλεόντος titulo inscriptam referatur, facile inducimur, ut Sophoclem tantummodo unam fabulam, cui nomen Ναύπλιος πυρκαεὺς fuerit, scripsisse credamus. Cuius rei praeter Pollucis testimonium etiam apertum documentum ex Luciani verbis peti posse nobis videtur, qui in libro de saltat. c. 46. p. 295. haec scripsit: καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ (sc. ἐν Ἰλίῳ) πεσόντων δρᾶμα τῇ σκηνῇ προσκεῖται. — — — καὶ πρὸ τούτων ἡ κατὰ Παλαμήδους ἐπιβουλὴ καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ καὶ ἡ Αἴαντος μανία καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια. Egregie Lucianus inter duas Aiaces distinxit earumque fabularum summas atti-

---

[27]) V. c. Huschk. Anal. crit. p. 241., Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 770, (qui Sophocli vel trilogiam e fabulis Παλαμήδης, Ναύπλιος καταπλέων, Ναύπλιος πυρκαεὺς compositam tribuere non dubitavit,) et Meinek. Anal. Alex. p. 132.

git,[28]) Nauplium vero unam tantum attulit, eiusque summam in *Nauplii ira* positam fuisse indicavit. Hinc ad Sophoclis drama referenda esse probabile est, quae narrat Hygin. fab. CXVI. *Ilio capto et divisa praeda Danai cum domum redirent, ira deorum — tempestate et flatibus adversis ad saxa Capharea naufragium fecerunt. — noctu cum fidem deorum implorarent, Nauplius audivit, sensitque tempus venisse ad persequendas filii sui Palamedis iniurias. Itaque, tamquam auxilium eis adferret, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta et locus periculosissimus erat. Illi credentes humanitatis caussa id factum, naves eo duxerunt. Quo facto plurimae earum confractae sunt, militesque plurimi cum ducibus tempestate occisi sunt, membraque eorum cum visceribus ad saxa inlisa sunt: si qui autem potuerunt ad terram natare, a Nauplio interficiebantur.* Ex quibus simul cognoscitur, cur Nauplius dictus sit *πυρκαεύς*; sed qualis fuerit fabulae compositio, qualis exitus, qualis dispositio, neque ex iis neque ex fragmentis intellegitur. Haud improbabile vero videtur nobis fgm. II. III. respicientibus, initio fabulae locum habuisse, quae tradit Schol. ad Eur. Or. 422. *Ναύπλιος δὲ ἀκούσας ἦλθεν εἰς Ἴλιον δικάσαι τὸν φόνον τοῦ παιδός. Τῶν δὲ Ἑλλήνων κατολιγορούντων αὐτοῦ πρὸς τὸ πεχαρισμένον τοῖς βασιλεῦσιν, ἀποπλεύσας κτλ.* in reliquis cum Hygino consentiens. —

Iam vero quosdam nobis audire videmur quaerentes, si nulla fuit Sophoclis fabula *Ναύπλιος καταπλέων*, qui tandem est factum, ut fabula sic citari videatur. Quaestionem paene absolvit Welcker p. 189. bene monens, *καταπλέων* cognomen esse generale Nauplii, quod idem significet atque *περιπλέων* s. *ναύτης*, quodque petitum sit a vita eius marina. cf. Apollod. II, 1. fin. *οὗτος* (sc. *Ναύπλιος*) *μακρόβιος πλέων τὴν θάλασσαν τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει.* Eurip. Hel. 1128. *πολλοὺς δὲ πυρσεύσας φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν Εὔβοιαν εἶλ' Ἀχαιῶν μονόκωπος ἀνὴρ, πέτραις Καφηρίσιν ἐμβαλὼν Αἰγαίαις τ' ἐνάλοις ἀκταῖς κτλ.*[29]) Lucian. Ver. Hist. II. c. 29. II. p. 126. *συνέπεμψε δέ μοι τὸν πορθμέα Ναύπλιον.* Lycophro. 1217. *πορκεὺς δικωπὸν σέλμα ναυστολῶν ἁλᾶ.* Eius rei locupletissimum denique testem habemus Euripidis Palamedem, in qua fabula Oeax, Palamedis frater, fratris mortem remis inscripsisse eosque in mare iniecisse fertur, ut Nauplius in unum alterumve incideret eoque de filii obitu certior fieret. cf. Eurip. Fragm. p. 298. fin. sq.[30]) Quod ineptum fuisset, nisi Nauplius in mari esse consuevisset. — Ex quibus si Nauplium circumnavigandi consuetudine aliquam famam ac fere nautae cognomen nactum esse constat, facile cogitari potest, sive eum, qui fabulam citaverit, sive librarium, quum Nauplii nomen

---

[28]) Vide quae de hoc loco ad Aiacis Locri argumentum disputavimus.

[29]) Memorabilis est hic locus, quippe quo cum Nauplii cognomine a navigatione deducto eius facinus coniunctum sit, ex quo in tragoedia *πυρκαεύς* dictus est.

[30]) Eandem narrationem fortasse Sophocles secutus est, si quidem iudicium e fgm. XIII fieri potest.

scriberet, illius consuetudinis memorem cognomen adiecisse, quo ad eam respiceretur. Minus probabile est, quod Welcker addit, cognomen καταπλέων fortasse vi factitiva adhibitum esse, ut idem valeat atque καταπλεῖν ποιῶν, quamvis res sane in Nauplii personam cadat. —

I. (400.)

Stob. CIV, 3. *Σοφοκλέους Ναυπλίῳ·*

Τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
νύξ ἐστιν εὖ παθόντα ἡ ᾽τέρα θανεῖν.

Sic libri, nisi quod optimi Paris. A. B. εἰθ᾽ ἑτέρα praebent. Grotius admodum infeliciter emendavit μυρί᾽ ἂν μία νύξ ἐστιν, εὖ παθόντα θἠτέρᾳ θανεῖν subaudiri ἐστὶν iubens. Brunckius: εὖ παθόντα θἠτέρᾳ θανεῖν (sc. χρὴ) h. e. *cui bene est, ei statim altero die moriendum est.* Iacobs. Lectt. Stob. p. 138. εὖ παθόντα δ᾽ ἡ ᾽τέρα φθάνει h. e. *Miserum una ingens nox premit i. e. nullus malorum finis apparet; felicem vero iam altera nox antevertit et felicitatem, qua fruitur, ei eripit.* Bamberger (Coni. in poet. Gr. Brunsvig. 1841. p. 11.) νύξ. εὖ παθόντ᾽ εὖ δ᾽ ἐστὶ θἠτέρᾳ θανεῖν. Male. Ahrens Brunckii emendationem recepit, praeterquam quod rectius θἀτέρᾳ scripsit et sic vertit: *Infelici enim nox una infinita est: quum res feliciter cesserit, moriatur altera.* Quarum emendationem nulla mihi probatur, sed quid Sophocles scripserit, vix divinare ausim; quum de versibus e sermonis continuitate evulsis recte iudicare difficillimum sit. Tamen coniecturam, quae in mentem mihi venit, non opprimam. Quid ἑτέρα et θανεῖν sibi velint; non intellego: quibus in ἡμέρα et φθίνειν mutatis et respecta optimorum codd. scriptura vide en in hunc fere modum scribendum sit:

τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
νύξ· εὖ παθόντι καὶ μεθ᾽ ἡμέρας φθίνει
[τάχιστα] —

vel φθίνειν [φιλεῖ τάχιστα] h. e. *Infelici una nox infinita est, felici vel simul cum die celerrime fugit.*

II. (401.)

Achill. Tat. Isagog. ad Arati Phaen. c. 1. (in Petavii Uranolog. p. 124.). *Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησιν· λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰσάγει·*

Οὗτος δ᾽ ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ,
στάθμη δ᾽, ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα,
τάξεις δὲ ταύτας οὐρανιά τε σήματα,
κἀκεῖν᾽ ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
κἀκ τῶνδε καὖθις εὗρε πεντηκοντάδας,
ὃς χίλι᾽ εὐθύς· ὃς στρατῷ φρυκτωρίαν
ἔδειξε, κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.

ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
ὕπνου φυλάξεις, στιθάα σημαντήρια
10. ναῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίοις
Ἄρκτου στροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

Ita haec Petavius e codd. edidit, nisi quod σημάντρια e coniectura pro σημαντήρια scripsit. Nec multum differunt codicum Vatic. (fol. 191. saec. XIII. et 1346. 4. chart. saec. XV.) scripturae, quas nuper H. Keilius (in Schneidewini Philol. I. p. 157.) publicavit, nisi quod ille vs. 1. habet ουτεπιτυγευρες subiectis punctis, vs. 4 κἀκεῖνος ἐξέτευξε suppositis punctis, vs. 5. κἀκ τῶν δέκ' αὖθις, vs. 6. ὡς χιλια (sine accent.) εὐθὺς ὃς στρατοῦ, vs. 7. κἄνεφανεν, vs. 9. φιλάξεις ιθοα σημαντηρια (sic) subiectis punctis, vs. 11. ἄρκτου τε στροφειαι καὶ, punctis voci στροφειαι suppositis. In altero est vs. 2. σταθμοί, vs. 5. δὲ καὶ αὖθις, vs. 9. σιματήρια, vs. 11. στροφήν. — Haec valde turbata esse nemo non videt; sed de iis restituendis inter se dissentiunt viri docti. Grotius (Excerpt. p. 136.) dedit: vs. 2. στάθμην τ', vs. 3. τάξεις δὲ ταύτας γραμμάτων τε σήματα, quum de rerum coelestium exploratione postea agatur, vs. 6. ὡς χίλι' εὐθὺς, ὡς κτλ., vs. 9. ὕπνου φυλάξεις ἓς θ' ἕω σημαντρίας, vs. 10. ποιμαντῆρας ἐνθαλασσίων. Quas correctiones Heathius (quem Brunckius, Dindorfius et Ahrens sequuntur) ex parte servavit, ex parte vero alias addidit versusque immutato ordine sic exhibuit:

1. Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ,
2. σταθμῶν, ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα·
4. κἀκεῖν' ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
5. κἀκ τῶνδέ γ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας
6. εἰς χίλι· οὗτος εἰς στρατῷ φρυκτωρίαν,
9. ὕπνου φυλάξεις ἓς θ' ἕω σημάντρια
7. ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.
8. ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
3. τάξεις τε ταύτας οὐρανιά τε σήματα,
10. ναῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίων
11. Ἄρκτου στροφάς τε καὶ κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

De qua versuum constitutione haec monet Keilius l. c.: „εἰς χίλια so ohne weitere Verbindung ist ein lästiges Anhängsel: εἰς findet durch den Gegensatz zu στρατῷ nur eine schwache Rechtfertigung; ἓς θ' ἕω σημάντρια, wenn es sich auf die durch die Himmelszeichen bestimmten Nachtwachen beziehen soll, und sonst wäre der Ausdruck sehr unbestimmt, durfte von οὐράνιά τε σήματα nicht getrennt werden, endlich gehört auch ἄρκτου στροφὰς etc. genau zu οὐράνια τε σήματα, als dass der dazwischen tretende Vers erträglich wäre. Da indess auch in den Codd. die ursprüngliche Lesart zerstört ist, so darf man wohl annehmen, dass bei dieser Verwirrung noch ein ärgeres Verderbniss eingedrungen ist, und demgemäss die Vermuthung wagen, dass in der Mitte des Fragment's, wo der Vs. εἰς χίλι' εὐθὺς κτλ. den meisten Argwohn erregt, ein oder mehre Verse ausgefallen sind, worin den ἀριθμῶν εὑρήματα die gebührende Aus-

führung zu Theil und zum Folgenden der Weg gebahnt wurde. Indem ich diese Lücken auf 2 Halbverse vertheile und einige Verbesserungen hinzufüge, möchte ich das Ganze so schreiben:

1. *Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ,*
2. *σταθμῶν ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα·*
4. *κἀκεῖν' ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,*
5. *κἀκ τῶν δέκ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας*
6. *ἐς χίλι' εὐθὺς * * * **
6. ** * * ὃς στρατῷ φρυκτωρίαν*
7. *ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.*
8. *ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,*
3. *τάξεις τε ταύτας οὐράνιά τε σήματα,*
11. *ἄρκτου στροφήν τε καὶ κυρὸς ψυχρὰν δύσιν,*
9. *ὕπνου φύλαξιν ἐσθλὰ σημαντήρια*
10. *νεῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίοις.*

Um endlich zur Ergänzung der angenommenen Lücke einen Vorschlag, den ich nur als einen ungenügenden Versuch angesehen wissen will, zu machen, denke man sich für die beiden Verse etwa folgende Gedanken:

ἐς χίλι' εὐθὺς ἐξιὼν καὶ μύρια.
οὗτος δὲ, δεινὴν ὃς στρατῷ φρυκτωρίαν κτλ."

In plerisque vir doctissimus admodum probabiliter disputasse mihi videtur: praecipue probo, quod vs. 5 lacunam statuit, atque ego vel plus, quam duorum versuum dimidia excidisse existimo. Atqui illud probare non possum, quod verba *ἄρκτου στροφήν κτλ.*, quae manifesto verbis *σημαντηρία νέων τε κτλ.* explicandis inserviunt, praeposuit et sic verba *ὕπνου φυλάξεις* ab verbis *οὐράνιά τε σήματα*, quibuscum arcte cohaerere debent, seiunxit, dejnde quod codicum scripturam *φυλάξεις στιθόα* in *φύλαξιν ἐσθλά* mutavit. Equidem igitur extrema in hunc modum constituerim:

8. *ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,*
3. *τάξεις τε ταύτας οὐράνιά τε σήματα,*
9. *ὕπνου φυλάξεις πιστὰ σημαντήρια*
10. *νεῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίοις,*
11. *ἄρκτου στροφήν τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.*

Sic praeter vs. 3 omnes eum ordinem servant, quem in codd. habent. — Similia de se dicit Prometheus Aeschyli vs. 450. sq. Ad vs. 3. sq. cf. Dio Chrys. or. XIII, 21. p. 225. M. *καὶ τὸν Παλαμήδην οὐδὲν ὤνησεν αὐτὸν εὑρόντα τὰ γράμματα πρὸς τὸ μὴ ἀδίκως ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ παιδευθέντων καταλευσθέντα ἀποθανεῖν· ἀλλ' ἕως μὲν ἦσαν ἀγράμματοι καὶ ἀμαθεῖς τούτου τοῦ μαθήματος, ζῆν αὐτὸν εἶων. ἐπειδὴ δὲ τούς τε ἄλλους ἐδίδαξε γράμματα καὶ τοὺς Ἀτρείδας δηλονότι*

πρώτους καὶ μετὰ τῶν γραμμάτων τοὺς φρυκτούς, ὅπως χρὴ ἀνέχειν καὶ ἀριθμεῖν τὸ πλῆθος· ἐπεὶ πρότερον οὐκ ἤδεσαν οὐδὲ καλῶς ἀριθμῆσαι τὸν ὄχλον, ὥσπερ οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα. — Vs. 10 νεῶν restituendum esse iam vidit Blomfield. ad Aesch. Pers. 389. — Male Brunckius ad eandem Nauplii orationem pertinere dicit fgm. 451.

III. (402.)

Hesych. Πεσσὰ πεντέγραμμα (cod. πέντε γράμματα) καὶ κύβων βολάς. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ πυρκαεῖ, πάροσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον· διαφέρει δὲ πέττεια κυβείας· ἐν ᾗ μὲν γὰρ τοὺς κύβους ἀναρρίπτουσιν· ἐν δὲ τῇ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι. Integrum versum

καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαί

e Sophocle afferunt Pollux. IX, 97. Etym. M. p. 666, 18. Eustath. ad Od. α'. p. 1396, 60. Orio. p. 127. 1. v. πεσσοί post versum adiiciens: καὶ τάχα ἡ πεττεία οἱονεὶ πεντεία τις οὖσα· ἐπὶ δὲ τῶν πέντε γραμμῶν τὰς ψήφους ἐτίθουν, ὧν ἡ μέση γραμμὴ ἱερὰ ἐκαλεῖτο· εὗρε δὲ αὐτὴν Παλαμήδης, ὡς εἴρηται ἐν ἡρωϊκῷ στίχῳ παλαιῷ γραμμάτων ἕξ, πρὸς τοὺς τρόπους, οὓς ἔχει τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον. „εὗρε σοφός με λιμοῦ παραιφασίην Παλαμήδης." cf. Lobeck. ad Phryn. p. 413. — Ad eandem fabulam vel ad Palamedem (fgm. 451.) respexit Pollux. VII, 203. πεττεία ἢ πεσσεία, ὡς Σοφοκλῆς.

IV. (403.)

Mich. Apost. X, 5, a. (Arsen. Viol. XXXII, 65. p. 322. ed. Walz.) p. 486. ed. Leutsch. κρητὴρ τρίτος Διὸς Σωτῆρος· εἰώθασι γὰρ ἐν συμποσίοις οἱ παλαιοὶ κιρνᾶν κρατῆρα πρῶτον Ὀλυμπίῳ Διΐ, δεύτερον τοῖς ἥρωσι, τὸν δὲ τρίτον Διὸς Σωτῆρος· Σοφοκλῆς τοῦτο μαρτυρεῖ ἐν Ναυπλόῳ (sic)

Ζεῦ παυσίλυπε καὶ Διὸς Σωτηρίου
σπονδαὶ τρίτου κρατῆρος·

Eundem locum servarunt Schol. Plat. p. 325. Bk. et Schol. Pind. Isthm. V, 10., qui rectius etiam fabulae nomen Ναύπλιον praebent, sed Schol. Pind. vs. 2. σπονδῇ exhibet. Praeterea huc respexit Hesych. Τρίτος κρατήρ· Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ καταπλέοντι. De re cf. Plat. Charmid. p. 167. A. Aesch. fgm. 50. Eurip. fgm. 155. Diod. Sic. IV, 2. Schol. ad Plat. Phileb. p. 383. Bekk. Apost. X, 77, a. XVII, 28. ed. Leutsch.

V. VI. (404. a. b.)

Steph. Byz. v. Ἄσπις — τὸ δὲ ἀσπιδίτης καὶ ἀσπιδοῦχος Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι

Ἀλλ' ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον.

καὶ

Ὡς ἀσπιδοῦχος ἢ Σκύθης τοξεύμασι.

Egregie Meinekius hos vs., qui adhuc coniuncti legebantur, dispescuit et καὶ interposuit, quod, quum sequeretur ὡς, eodem fere compendio atque καὶ scribi solitum, facile excidere potuit.

VII. (405.)

Aristid. Or. XIX. p. 259, 13. (Vol. I. p. 421. Dindf.) *Ποίας Ναυπλίου πάγας ὑποπύρους, ὡς ἔφη Σοφοκλῆς, ἄξιον τῇ πυρκαϊᾷ ταύτῃ παραλαβεῖν;*

VIII. (406.)

Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 31, 21. *Σπίζα· ἔστι δὲ εἶδος ὀρνέου· Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ* (ἀΰπνῳ cod. quod correxit Dindorfius) *πυρκαεῖ.*

Κάτω κρέμανται σπίζα τέως ἐν ἔρκεσι.

Ita codex. Dindorfius emendavit *σπίζ' ὅπως*, Lehrsius autem *σπίζα τέως'* contra Meinekium de elisione dubitantem citans Aristoph. Vesp. 407. — De voce *ἔρκεσι* cf. fgm. 2.

IX. (407.)

Phot. p. 150. 9. *Κατουλάδα· Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ·*

Ἐπεύχομαι δὲ νυκτὶ τῇ κατουλάδι·

τὴν κατειλλουσαν (*κατειλοῦσαν* recte Ellendt. Lex. Soph. I. p. 940.) *καὶ κατείργουσαν. οἱ δὲ τῇ πανωλέθρῳ ἐσομένῃ τοῖς Ἕλλησιν· ἢ ζοφώδη, καταιγίδας ἔχουσαν, καὶ συστροφὰς ἀνέμων. εἴλειν γὰρ τὸ συστρέφειν. Ὅμηρος.* cf. Schol. Apoll. Rhod. IV, 1695. *σκοτεινὴ νὺξ κατουλὰς καλεῖται, παρὰ τὸ ὀλοόν. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ* (codd. *Ναυπάκτῳ*)· „*νυκτὶ κατουλάδι.*“ Etym. M. p. 497, 24.

X. (408.)

Hesych. *Ἀνόρεος πόλεμος· ἀνδρεῖος, ὁ πρὸς τοὺς ἄνδρας. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ.*

XI. (409.)

Schol. Aristoph. Pac. 1126. *Ἑλύμνιον· Καλλίστρατός φησι τόπον Εὐβοίας τὸ Ἑλύμνιον. Ἀπολλώνιος δὲ ναόν φησιν εἶναι πλησίον Εὐβοίας· νυμφικὸν δέ τινες αὐτό φασιν, ὅτι ὁ Ζεὺς τῇ Ἥρᾳ ἐκεῖ συνεγένετο· μέμνηται καὶ Σοφοκλῆς „πρὸς πέτραις Ἑλυμνίαις“ καὶ ἐν Ναυπλίῳ „νυμφικὸν Ἑλύμνιον.“* cf. Steph. Byz. s. v.

XII. (410.)

Hesych. *Ἐπίκοτα, ἐπίμομφα, ἃ πᾶς ἄν τις* (cod. *ἐπίμοφφα, ἅπασάν τις*) *μέμψαιτο· Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ καταπλέοντι* (cod. *καὶ πλέοντι.*)

XIII. (411.)

Hesych. *Ναύκληρον πλάτην, ναυτικήν. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ πυρκαεῖ.*

XIV. (412.)

Pollux. X, 134. (praemisso fgm. 148. pergit:) καὶ ὅλκια δὲ τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε παρὰ τὸ Ὁμήρου (Od. XIV, 350) ξεστὸν ἐφόλκαιον.

ΝΑΥΣΙΚΑΑ = ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ.

A *Nausicaa* non differre *Plyntrias* primus bene perspexit Valcken. ad Eur. Hipp. 125. e loco Eustath. ad Od. VI, 115. p. 1553, 63. Μάλιστα δὲ, φασὶν, ἐπεμελήθησαν ὕστερον σφαιριστικῆς πόλεων μὲν κοινῇ Λακεδαιμόνιοι, βασιλέων δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, ἰδιωτῶν δὲ Σοφοκλῆς ὁ τραγικός. ὃς καὶ ὅτε, φασὶ, τὰς Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. coll. Athen. I. p. 20. F. ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε. Minus recte vero idem vir doctissimus (Diatr. p. 209.) praeeuntibus Casaubono (ad Athen.) et Lessingio (vit. Soph. p. 374.), sequente Boeckhio (Trag. Gr. Princ. p. 129) fabulam satyricam fuisse dixit, quum neque in argumento neque in ulla alia re quidquam reperiatur, quod dramatis satyrici suspicionem firmet, imo satyrorum chorum cum Nausicaa et πλυντριῶν choro coniunctum fuisse plane incredibile sit. Accedit, quod Eustathius (ad Il. III, 54. p. 381, 10.) apertis verbis fabulam tragicae poesi adnumerat haec dicens: ὅτι δὲ τὸ σπουδαίως κιθαρίζειν ἐφιλεῖτο τοῖς παλαιοῖς δηλοῦσι μυρίοι καὶ τῶν μεθ' Ὅμηρον. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ κωμικὴ ποίησις, ἔτι δὲ καὶ ἡ τραγικὴ, ἐν ᾗ προλάμπων Σοφοκλῆς περιάδεται οὐ μόνον δεινὸς εἶναι σφαιρίσαι, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν ἐδήλωσε δραματικὴ Ναυσικάα, καθὰ καὶ ἐν τοῖς εἰς Ὀδύσσειαν δηλοῦται, ἀλλὰ καὶ κιθαρίζειν ἄκρος, οὕτω δὲ καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ χορεύειν. Argumentum e sexto Odysseae libro petitum fuisse, per se intellegitur: sed qua ratione id conformatum ac dispositum fuerit, plane obscurum est. Fabulam autem eodem modo, quo ille Homeri liber exiit, finitam esse probabile est; nam quae Ulixi inter Phaeaces ipsos evenerunt, haud dubie in dramate illorum nomine inscripto expressa erant. — Ceterum nescio, an ea quartum in tetralogia quadam locum habuerit.

I. (413.)

Etym. M. p. 313, 1. Ἔγχος, τὸ δόρυ· ἰστέον ὅτι ἔγχος καὶ ξίφος καὶ δόρυ τὸ αὐτὸ οἶδεν Ὅμηρος. ὁ δὲ Σοφοκλῆς τὴν σφαῖραν ἔγχος κέκληκεν, οἷον

τὸ δ' ἔγχος ἐν ποσὶν κυλίνδεται.

(Sequitur fgm. 914.) Admodum probabiliter (cf. Athen. Eustath. ll. cc.) Guil. Schneider et Ellendtius (Lex. I. p. 472) locum ad *hanc fabulam* rettulerunt.

II. (414.)

Pollux. VII, 45. Ἐπεὶ καὶ ὁ ἐπενδύτης ἐστὶν ἐν τῇ τῶν πολλῶν χρήσει, ὅστις βούλοιτο καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι βοηθεῖν φαύλῳ ὄντι ληπτέον αὐτὸ ἐκ τοῦ Σοφοκλέους Πλυντριῶν·

πέπλους τε νῆσαι λινογενεῖς τ' ἐπενδύτας.

Sic locum dedit Bekker, quum ante legeretur λινοπλυνεῖς, quod Brunckius in νεοπλυνεῖς mutaverat. — De voce ἐπενδύτης vide quae ad Thespid. fgm. I. (Vol. III. p. 1.) disputavimus.

III. (415.)

Pollux. X, 51. sq. — τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων ἰστέον εἶθ' ἅρματα εἶτ' ὄχους εἶθ' ἁμάξας εἴτε λαμπήνας αὐτὰ προσήκει λαλεῖν. ἔστι δὲ τοὔνομα ἡ λαμπήνη ἐν τῇ Σοφοκλῆς Ναυσικᾷ. cf. Hesych. Λαμπήνη, εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται. Cyrill. Lex. MS. (a Schowio ad Hesych. p. 489. not. 18 citatum) λαμπήνη, ἅμαξα βασιλικὴ ἢ ἅρμα σκεπαστόν. Hinc Nausicaae currum λαμπήνην dictum esse suspiceris.

IV. (416.)

Hesych. Ἀναρροιβδεῖ (cod. ἀναροιδοῖ), ἀναρροφεῖ. Αἰσχύλος (fgm. 208.) καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυσικάᾳ (cod. ναυσὶ καὶ) ἀντὶ τοῦ ἀναρρίπτει. cf. Aesch. l. c. Etym. M. p. 99, 9. ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ (Odyss. μ', 104.) ἀντὶ τοῦ ἀναρροφεῖ. πλεονασμῷ τοῦ ι ἀναρροιφεῖ, καὶ ἐπενθέσει τοῦ δ ἀναρροιβδεῖ, τραπέντος τοῦ δασέως φ εἰς τὸ ψιλὸν β. οἷον „τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.“

Ad eandem fabulam Welcker p. 231 referri iubet fgm. 735.

N I O B H.

In hac fabula Sophoclem in universum idem argumentum tractasse, quod Aeschylus in dramate pariter inscripto expresserat (de quo loco suo disseruimus), vix credo in dubitationem a quoquam vocaretur, etiamsi fragmentis ipsis non confirmaretur. Sed qua ratione Sophocles id instituerit, plane incertum est. Nam quae viri docti ea de re disputarunt [31]), in coniecturis admodum infirmis

---

[31]) Ingeniose de fabulae compositione disseruerunt *Welcker* Aeschyl. Tril. p. 342. sq. Trag. Graec. p. 286. sq.) *Burmeister* (de fabula, quae de Niobe eiusque liberis agit. Vismariae, 1837.). Parum quae hac spectant utilia G.

sunt posita, quum ne ea quidem, quibus alter poeta ab altero in eodem argumento tractando discessisse fertur[32]), ita comparata sint, ut inde certum de totius fabulae compositione iudicium facere queamus. Quodsi eam hominibus doctioribus extricandam relinquimus, non possumus tamen Hermanni et Fritzschii sententiam silentio praetermittere Sophoclis Nioben inter dramata satyrica referentium. Uterque enim haeret in fragmentis III, IV, VII, VIII, X. Sed nec vocum δερμηστὴς et Ἔλυμοι-αὐλοί commemoratio offensionis quidquam habet, neque fgm. III, IV, quamvis ex iis amorem pueriliem in hac fabula introductum esse appareat. Nam ut idem ab Aeschylo in Myrmidonibus (cf. Aesch. fgm. 131.), quae fabula tragoedia fuit, factum esse taceamus, haud dubie alius fuit amor puerilis a poetis descriptus, alius, quem posteriores scriptores eo nomine significarunt. Nam quod illis honestum fuit ac laude dignissimum[33]), ab his in malam partem acceptum est, ut adolescentes, quos illi sanctissimo amoris et animorum tanquam vinculo consociatos fingebant, flagitiosarum libidinum consortione coniunctos fuisse cogitarent. Sophocles autem amorem istum in fabulam introducere ferme coactus fuit, quia rem Thebis agi fecit (fgm. I.), in qua urbe turpe fuit puero amatorem non invenisse. cf. Plat. Conviv. p. 182. B. Xen. Conv. VIII, 34. Cic. Rep. IV, 4. etc. Quemadmodum igitur fragmentis III. IV. non ad procaces satyrorum libidines statuendas propellimur, ita e fragm. IV Hermannus colligere non debebat, Niobes liberos in ipsa scena occisos esse: nam praeterquam quod tale quid a tragoedia Graeca ac praecipue a Sophocle alienissimum est, verba ὦ * ἀμφ' ἐμοῦ στεῖλαι facile locum habere in nuntii cuiusdam narratione potuerunt, qui, quum accuratissime puerorum caedem describeret, ipse verba unius cuiusdam morituri afferebat. Fragmentum X. denique (si quidem recte Sophocli tribuitur) vix ulli esse poterit offensioni, ubi cum simili Aeschyli (Choeph. 744. sqq.) loco comparatum erit, id quod Hermannum ipsum non fugit. Quae quum ita se habeant, in fragmentis nihil inest, quo fabulam satyricam fuisse probetur: imo quid Niobae cum satyrorum choro commune esse potuerit haud facile est ad intellegendum. Accedit, quod Athenaeus (fgm. III. διὰ τῶν τραγῳδιῶν — — — παιδερασταὶ τὴν τραγῳδίαν) et Plutarchus (fgm. X. ἡ τραγικὴ τρόφος) apertis verbis eam *tragoediam* fuisse testantur, quae testimonia haudquaquam, ut Hermannus censet, Pollucis (II, 223) verbis: καὶ ἡ τραγῳδία τὴν ἀμίδα οὐράνην ἐκάλεσε infringuntur, quum ex hoc loco potius fabulam Συνδείπνους, ad quam Pollux respexisse videtur (cf. fgm. 529), pariter tragoediam fuisse appareat. Vide quae infra de ea disputavimus.

Hermannus (de Aesch. Niobe diss. Lips. 1823. Opusc. III. p. 37. sq.). *Fritzschius* (de Soph. Niobe epist. inserta diario, cui nomen Euphrosyne. Rostocii, 1836.).

[32]) Sunt enim admodum pauca eaque levia. cf. fgm. I—III.

[33]) Quantopere v. c. erret, si quis ex Iphidis (in Eur. Suppl. 1098) verbis παίδων ἐρασνὴς ἦν turpes amores a poeta introductos fabulamque satyricam fuisse concludat, intelleget, qui fabulam illam etiamnunc superstitem inspexerit.

I. (417.)

Eustath. p. 1367, 21. *Τῆς Νιόβης ἡ συμφορὰ κατὰ μέν τινας ἐν Αὐλίᾳ, κατὰ δέ τινας ἐν Θήβαις γενέσθαι λέγεται. Σοφοκλῆς δὲ τοὺς μὲν παῖδας αὐτῇ* (leg. *αὐτῆς*) *ἐν Θήβαις ἀπολέσθαι φησὶν, αὐτὴν δὲ εἰς Αὐλίαν ἐλθεῖν.* **Eadem habet Eudocia p. 307.**

II. (418.)

Schol. Vat. Eur. Phoen. 159. ed. Cobet. *ἑπτὰ παρθένων . καὶ Σοφοκλῆς ἐν Νιόβῃ ἑπτά φησιν αὐτὰς εἶναι καὶ τοὺς ἄρσενας.* **cf. Lactant. ad Statii Theb. VI, 123.** ***Niobe secundum Homerum duodecim filios habuit, Sophocles autem dicit eam quatuordecim habuisse.***

III. (419.)

Athen. XIII. p. 601. A. *Οὕτω δ' ἐναγώνιος ἦν ἡ περὶ τὰ ἐρωτικὰ πραγματεία, καὶ οὐδεὶς ἠγεῖτο φορτικοὺς τοὺς ἐρωτικοὺς, ὥστε καὶ Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς καὶ Σοφοκλῆς ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς* (sc. *τῶν παίδων*) *ἐρωτας· ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν παίδων. διὸ καὶ παιδερασταν τινες καλοῦσι τὴν τραγῳδίαν· καὶ ἐδέχοντο τὰ τοιαῦτα ᾄσματα οἱ θεαταί.* **cf. fgm. IV.**

IV. (420.)

Plut. Erotic. 17. p. 760. E. *Τῶν μὲν γὰρ τοῦ Σοφοκλέους Νιοβιδῶν βαλλομένων καὶ θνησκόντων ἀνακαλεῖταί τις οὐδένα βοηθὸν ἄλλον οὐδὲ σύμμαχον, ἢ τὸν ἐραστὴν, „ὦ * * ἀμφ' ἐμοῦ στεῖλαι.“* **cf. Valck. Diatr. p. 13. Versum fortasse sic refingas:**

ὦ [φίλτατ' ἀνδρῶν,] ἀμφ' ἐμοῦ στεῖλαι [τάχα].

V. (421.)

Schol. ad Soph. OC. 684. *Ὁ τε χρυσαυγὴς κρόκος·) ἀπὸ κοινοῦ τὸ θάλλει κατ' ἦμαρ· τοῖς τὸν νάρκισσον τῇ Δήμητρι ἀπονέμουσι τοῦτο συμπράττει, κἂν τῇ Νιόβῃ ὁ Σοφοκλῆς τὸν κρόκον ἄντικρυς τῇ Δήμητι ἀνατίθεται, ὥστε καὶ νῦν τὸν λόγον εἶναι περὶ τῶν Δήμητρος στεφανωμάτων· καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἴδιον ἂν εἴη Σοφοκλέους· τοῖς γὰρ ἀνθινοῖς οὐ πάνυ φασὶν ἥδεσθαι τὴν Δήμητρα.*

VI. (422.)

Schol. Hom. Il. ε', 533, et Odyss. δ', 186. *Ἤ — ἀντὶ τοῦ ἦν — Σοφοκλῆς ἐν τῇ Νιόβῃ*

Ἦ γὰρ φίλη γ' ὧδε τοῦ προφερτέρου.

VII. (423.)

Harpocr. p. 55, 1. *Δερμηστής* (vulgo *δερμιστής*, cod. Palat. *δερμαιστής*)· *Διδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὴν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ. Ἀρίσταρχός δὲ τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος τὸν ὄφιν δηλοῦσθαι.*

Palamedis historiam narrat Hygin. fab. CV. „*Ulysses, quod Palamedis, Nauplii filii, dolo erat deceptus, in dies machinabatur, ut eum interficeret. Tandem inito consilio, ad Agamemnonem militem suum misit, qui dicerei ei, in quiete vidisse, ut castra uno die moverentur. Id Agamemnon verum existimans castra uno die imperat moveri. Ulysses autem clam noctu solus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit: item epistolam Phrygi captivo ad Priamum dat perferendam, militemque suum priorem mittit, qui eum non longe a castris interficeret. Postero die cum exercitus in castra rediret, quidam miles epistolam, quam Ulysses scripserat, super cadaver Phrygis positam, ad Agamemnonem attulit: in qua scriptum fuit: Palamedi a Priamo missa, tantumque ei auri pollicetur, quantum Ulysses in tabernaculum obruerat, si castra Agamemnonis, ut ei convenerat, proderet. Itaque Palamedes cum ad regem esset productus et factum negaret, in tabernaculum eius ierunt et aurum effoderunt: quod Agamemnon ut vidit, vere factum esse credidit. Quo facto Palamedes, dolo Ulyssis deceptus, ab exercitu universo innocens occisus est.*" cf. Ovid. Met. XIII, 56. sq. Schol. Eur. Or. 422. Philostrat. Heroic. c. X. p. 708. Ol. Sed quum eam praeter Sophoclem etiam Aeschylus, Euripides et Astydamas tractaverint [39]) fragmentis destituti quid Sophoclis peculiare fuerit, dicere non possumus, quamvis, quae Euripideae fabulae fuisse videatur conformatio, suo loco (Vol. II. p. 297. sq.) exposuerimus.

---

[39]) cf. Xen. Mem. IV, 2, 33. *Τὰ δὲ Παλαμήδους οὐκ ἀκήκοας πάθη; τοῦτον γὰρ πάντες ὑμνοῦσιν ὡς διὰ σοφίαν φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἀπώλετο.*

I. (451.)

Eustath. ad Il. II, 308. p. 224, 4. *Παλαμήδους ἐπινοηαμένου νυβείαν καὶ πεττείαν ἐν Ἰλίῳ εἰς παραμύθιον λιμοῦ κατασχόντος τὴν στρατιάν, λίθος ἐκεῖ ἐδείκνυτο, καθὰ Πολέμων ἱστορεῖ, ἐφ' οὗ ἐπέσσευον. τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοίας τοῦ Παλαμήδους καὶ τῆς εὑρέσεως δὲ τοῦ χρόνου, ἣν καὶ αὐτὴν ἐκεῖνος ἐσοφίσατο, μάρτυρα παράγουσι Σοφοκλῆν, ὃς ἐν δράματι ὁμωνύμῳ τῷ εὑρετῇ Παλαμήδει φησίν·*

Οὗ λιμὸν οὗτος τῶνδ' ἄπωσε, ξὺν θεῷ
εἰπεῖν, χρόνος τε διατριβὰς σοφωτάτας
ἐφεῦρε, φλοίσβου μετὰ κοπὴν καθημένοις,
πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

Iterum huc respexit Eustath. ad Od. I, 107. p. 1397, 8. *ὁ δὲ τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράφας, διαφορὰν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν, καὶ παλαιοτάτην εἰπὼν τὴν κυβευτικὴν παιδιάν, παράγει Σοφοκλέους μὲν ἐκ Παλαμήδους ὁμωνύμου τῷ ἥρωϊ δράματος τὸ ἐκεῖνος ἐφεῦρε*

πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

Quamvis Eustathius utroque loco satis aperte verba e Palamede ducta esse indicaverit, tamen Brunckius, quem Dindorfius sequitur, propter fgm. 401. ea in Nauplium intulit, hac ratione in eadem fabula idem bis dici (conf. enim vs. 4 cum fgm. 392.) nihil curans.

II. (452.)

Ammon. *περὶ ὁμ.* **p. 76. in MS. reg. Mus. Brit. (Dindorfio teste)** *τάσσουσι δὲ ὅμως καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδίου τὸ ἴσθι. Σοφοκλῆς ἐν Παλαμήδει*

Εὔφημος ἴσθι μοῦνον ἐξορμωμένη.

III. (453.)

Hesych. *Ἄκεστρον, φάρμακον. Σοφοκλῆς Παλαμήδει.* — **cf. Etym. M. p. 46, 32.**

IV. (454.)

Hesych. *Δροπά, δρεπτά. Σοφοκλῆς Παλαμήδι* **(sic). De quo loco Guil. Dindorfius (in Steph. Thesaur. II. p. 1700.) sic disputat: „Suid.** *δρωπακίζω, συνάγω, τρυγῶ. Δρωπτὰ* **(duo codd. Gaisf. liberque H. Steph. s. v.** *δρωπακίζω* **memoratus** *δρωπὰ*) *γὰρ τὰ δρεπτά, τὰ δρέπανα. Τὰ δρεπτὰ* **ex codd. Paris. addidit Kusterus, non animadvertens tamen tollendam dittographiam esse deleto** *τὰ δρέπανα*, **quamquam apud Zonaram quoque legitur p. 572.** *δρώπα* **(sic)·** *τὰ δρεπτά, ἤτοι τὰ τετρυγημένα ἢ τὰ δρέπανα. Δροπὰ* **per** *δρεπτὰ* **explicat Hesych. ex Palam. Soph. corrupte ut videtur pro** *δρωπτά.*" — **Welcker p. 133. fgm. III et IV probabiliter ad ea refert, quae tradunt Philostr. Heroic. X, 4. et Tzetz. Antehom. 323 — 43. collat fgm. Uffenbach. p. 683.**

Praeterea in hac fabula locum habuisse Welcker l. c. dicit fgm. 755, 823, 765.

ΠΑΝΔΩΡΑ = ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Quum Hesychius (fgm. V) duos fabulae titulos attulerit,[40]) vix potest dubium esse, quin dramatis argumentum iis contineatur, quae tradit Hygin. fab. CXLII. „*Prometheus Iapeti filius, primus homines ex luto finxit. Postea Vulcanus Iovis iussu ex luto mulieris effigiem fecit: cui Minerva animam dedit, ceterique dii alius aliud donum dederunt, ob idque Pandoram nominarunt. Ea data in coniugium Epimetheo fratri, inde nata est Pyrrha, quae mortalis dicitur prima esse creata.*“ cf. Hesiod. Op. 69. sq. Apollod. I, 7, 2. Eiusmodi argumentum nisi in fabula satyrica tractari non potuisse facile intellegitur. Sed quae fabulae fuerit compositio, e fragmentis cognosci non potest, quamquam ad mulieris fabricationem pertinere videntur fgm. II. III.

I. (455.)

Athen. XI. p. 476. C. *Τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν. — καὶ τῶν ποιητῶν δὲ πολλοὶ παράγουσι πίνοντας τοὺς ἀρχαίους κέρασι. — Αἰσχύλος* (fgm. 176.) *— καὶ Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ·*

Καὶ πλῆρες ἐκπιόντι χρύσεον κέρας
τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ᾽ ὠλένης.

Brunckius dedit *ἐκπιών τι*, reliqua non curans; Ellendt. (Lex. Soph. I. p. 353.) *ἐκπιὼν σὺ* et *γέμον τε* maluit, postea vero (Vol. II. p. 854.) emendatione ista abiecta scripsit: *ἐκπιὼν σὺ χρύσεον κέρας τρίψει γε μέντοι κτλ.* in quibus *τρίψει* passive dictum sit: *premeris* i. e. *amplexu tenebis tenellam mulierem.* Sed neque *ἐκπιὼν σὺ* in *ἐκπιόντι* depravari nec *τρίψει* passive adhiberi potuisse nec voces *γε μέντοι* sat notas in vocabulum minus usitatum *γέμοντι* transisse credibile est; itaque locum potius intactum relinquendum esse censeo, quum sententia manifesto e sequentibus, quae interierunt, pependerit, quamquam facile *ἐκπιόντα* scribi et *ἔρως* vel simile quid subsecutum esse statui potest, ut haec unus e satyris dixerit: *Eum, qui aureum cornu vini plenum ebibit, si impletus est, mollibus sub ulnis amor enervabit.* Emperius (Opusc. p. 350.) proposuit *τένοντα*.

II. (456. a.)

Schol. Hippocr. apud Foës. Oecon. Hippocr. v. *Ὀργασμός, μαλαγμός· μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ λέγων*

---

[40]) De duplis fabularum titulis quid nobis videatur p. 340 adnot. 35 exposuimus.

καὶ πρῶτον ἄρχον πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν.

καὶ Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως λέγουσιν ὀργάσαι, καὶ τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς μῖξαι καὶ ἀναφυράσαι, καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν. Idem vs. e codice Paris. allatis est a Littreo Hippocr. Vol. V. p. 480., ubi Σοφ. ἐν Πανδώρᾳ et ἄρχον. Cf. Phot. p. 344, 1. ὀργάσας, μαλάξας. Portus (Lex. Ionic.) dedit ἄρχον probantibus Ruhnkenio (qui ad Tim. Lex. Plat. p. 180. copiose ac docte de voce ὀργάζειν agit) et Boeckhio (Trag. Gr. Princ. p. 130.), Toupius (Emendtt. in Suid. IV. p. 413.) ἔργον, Brunckius ἀρχὸν assentiente Ellendt. l. c. I. p. 222., Huschkius (diss. de Archil. p. CCVI.) ἀρχὸν collatis Horatii (Od. I, 16, 13) verbis: *fertur Prometheus addere principi limo.* — Huc fortasse respexit Pollux. VII, 165. λέγεται δὲ καὶ πηλὸν ὀργάζειν. cf. fgm. III.

III. (456. b.)

Etym. M. p. 629, 34. Ὀργάσαι τὸ πηλοποιῆσαί ἐστι καὶ ὑγρῷ ξηρὸν μῖξαι. Σοφοκλῆς

θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι.

Eadem habet Etym. Gud. p. 432, 53, sed vitiose ὀργάσασθαι. Locum probabiliter Dindorfius et Ellendtius l. c. ad hanc fabulam rettulerunt, quem nescio an cum antecedente fragmento ita coniungere liceat:

καὶ πρῶτον ἄρχον πηλὸν ὀργάζειν (vel ὀργάσαι) χεροῖν
θέλοιμι.

Alterumutrum locum, nisi unus fuit, fortasse Aristophanes tecte irrisit (sicut fgm. 460.), quum in Av. 837. scriberet: πηλὸν ἀποδὺς ὄργασον. Ad quem locum scholiastes haec habet: ἀποδὺς ὄργασον· κυρίως πίσσωσαι. ὀργὴ γὰρ παρ' Ἴωσιν ἡ πίσσα. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπαργᾶν ὀργίζεσθαι (leg. ὀργάζειν), νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ μάλαξον. Εὔπολις Προσπαλτίοις „ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά.“

IV. (457.)

Scolies inédites sur Hippocrate ed. Ch. Daremberg (in Archives des missions scientifiques. Paris. 1852. nr. 23. Excerpsit Schneidewinus in Diar. Gotting. doct. a. 1852. p. 428.) Ἐβλιμάσθη, ἐπτίσθη (ἐπιέσθη Schneidew.), ἐμαλάχθη, ἐθλίβη. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ βλίσσειν, ὅ ἐστι μαλάττειν. Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι (529) φησίν „εἶτα λαβόντες πωλοῦσ' ἀώρους ἐπ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.“ (sic.) Ὁμοίως καὶ Σοφοκλῆς μέμνηται τῆς λέξεως ἐν Πανδώρᾳ. Schneidewinus Sophoclem a grammatico non vocis βλιμάζειν, sed vocis βλίσσειν (= μαλάσσειν) testificandae causa citatum ac fortasse respectum esse dicit versum, qui sine fabulae nomine ab etymologo Leidensi servatus sit (fgm. 898). Sed mihi quidem hoc credibile non videtur; nam non perspicio causam, cur Sophoclem voce βλιμάζειν usum esse negemus, quum nesciamus, de qua re poeta verba fecerit. Accedit, quod βλιμάζειν, quamvis *attrectandi* significatio a dramate satyrico haud

aliena fuerit (nam satyros nonnunquam paullo effrenatius iocatos esse e multis fgm. cognoscitur. v. c. fgm. 396. 398. ac praecipue in hac fabula non mirer, si poeta satyros Pandoram recens factam contrectantes induxerit;), etiam eadem vi, qua βλίσσειν adhibitum est. cf. Suid. v. βλιμάζειν, qui post exscriptum schol. ad Aristoph. Av. l. c. haec addit: βλιμάζειν, τὸ ταῖς χερσὶ διαθλίβειν, καὶ τὸ τὰ κηρία [ὃ καὶ inserenda esse rectissime dicit Bernhardyus] βλίσαι λέγεται. καὶ βλιμάζων, ἀποστάζων τὸ μέλι τοῦ κηρίου.

V. (458.)

Pollux. 10, 44. τοῖς δὲ δεσπόταις, τῷ μὲν ἀνδρὶ καὶ λάσανα καὶ ἅμις, ἣν Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ ἐνουρήθραν καλεῖ καὶ Αἰσχύλος οὐράνην. Similiter Etymol. Gr. Paris. in Cram. An. Gr. Paris. IV. p. 12, 13 (a Brunckio quoque inspectum) et Schol. ad Hermog. περὶ εὑρέσ. (in Walzii Rhet. Gr. T. VII. p. 735.) Ἅμις, στάμνιον (Schol. Hermog. στάμνος ἐν) ᾧ ἐνουροῦσι (Schol. οὐροῦσι· τοῦτο δὲ) Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ ἐνουρήθραν καλεῖ, Αἰσχύλος δὲ οὐράνην. (fgm. 172.)

VI. (459.)

Hesych. Κεχήλωμαι, πόδας δέδεμαι, συνέρραμαι (cod. συνερράμενος) τοὺς πόδας. χηλεύειν γὰρ τὸ ῥάπτειν, καὶ χήλινον (cod. . ήλινον) τὸ πλεκτόν, ὁ Ἀνακρέων. καὶ χήλευμα (Brunck. χήλωμα) τὸ σπαρτίαν (cod. σπ'. τιον.). Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ ἢ Σφυροκάποις. Utrum κεχήλωμαι an χήλωμα Sophoclis sit, dubitari potest. Ahrens vocem κεχήλωμαι claudicanti Vulcano, Th. Bergkius (in Gerhardi Diar. Archaeol. 1847. p. 48.) Pandorae sensim sensimque vivescenti tribuit.

G. Hermannus (de Aeschyli Aetn. p. 15.) ad eandem fabulam etiam pertinere dicit fgm. 756.

ΠΕΛΙΑΣ. Vide PIZOTOMOI.

ΠΗΛΕΥΣ.

Peleï quale fuerit argumentum neque ex fragmentis satis cognosci potest neque aliunde constat: itaque e titulo coll. cum fgm. I. IV. coniectura facienda est. Ex quibus probabile est, Sophoclem, quum quam maxime Homerum poetasque epicos sequi consuevisset (cf. fgm. 628) introduxisse Peleum senectute fere confectum (ll. α',

434.), ab Acasti filiis[41]) imperio privatum, miserrima conditione in agro usum (cf. Il. ω', 483.)[42]), a muliere vetula (fgm. I.) quae illum secuta esset, curatum, auxilium a nepote exspectantem. Casu autem eundem in locum, quo Peleus vixerit, Neoptolemum[43]) venisse, qui avo agnito illos expulerit vel interfecerit illumque in regnum restituerit; hunc autem mox et aetate et vitae calamitatibus fractum mortem obisse. Minus probabiliter Welcker. p. 205 Archandrum et Architelem Pelei ipsius, non Acasti filios fuisse dixit, atque *Peleum* et *Phthiotides* diversos unius fabulae titulos esse coniecit, quamquam contrarium docet Aristot. Poet. XVIII. τραγῳδίας δὲ εἴδη εἰσὶ τέτταρα· τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ μέρη ἐλέχθη. ἡ μὲν πεπλεγμένη, ἧς τὸ ὅλον ἐστὶ περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις. ἡ δὲ παθητική, οἷον οἵτε Αἴαντες καὶ οἱ Ἰξίονες. ἡ δὲ ἠθική, οἷον αἱ Φθιώτιδες καὶ ὁ Πηλεύς. τὸ δὲ τέταρτον ὁμαλόν, οἷον αἵ τε Φορκίδες καὶ Προμηθεύς, καὶ ὅσα ἐν Ἅιδου. (quem locum Dindorfius inter Phthiotidum fragmenta exhibuit). Welcker quidem sententiam suam duobus quibusdam fragmentis (460. 653.) confirmari ac paene certam reddi dicit, sed illis accurate circumspectis eam falsam esse intellegitur: nam diversissima inter se ista fragmenta sunt, quorum alterum ne recte quidem ad Phthiotides referebatur. — Fabulam ante Ol. LXXXIX, 1. doctam esse e fgm. I concludi potest.

I. (460.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, 19. p. 748. P. Schol. Aristoph. Nub. 1417. παῖδές τε γὰρ τὴν ἀρχὴν ἦσαν ἄφρονες, καὶ νῦν ὑπὸ τοῦ τῶν ἐτῶν πλήθους παρατραπέντος αὐτοῖς τοῦ λογισμοῦ παῖδές εἰσι, τῷ νῷ πάλιν ληροῦντες. καὶ Σοφοκλῆς Πηλεῖ

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
γερονταγωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν.
πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Versum 2 attulerunt etiam Trypho in Museo crit. Cantabrig. I. p. 49. (et in Walzii Rhett. Gr. VIII. p. 741.), Cocondr. περὶ τρό-

---

[41]) cf. Hom. Il. ω', 488. et schol. ad h. l. λέγει δὲ Ἄκαστον καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀρχανδρον καὶ Ἀρχι[τέλη.]. Schol. Eur. Troad. 1118. Ὁ μὲν Εὐριπίδης (sc. Troad. l. c. et haud dubie in *Peleo* fabula) ὑπὸ Ἀκάστου φησὶν ἐκβεβλῆσθαι τὸν Πηλέα, εἰσὶ δὲ οἳ φασιν ὑπὸ τῶν δύο αὐτοῦ παίδων Ἀρχάνδρου καὶ Ἀρχιτέλους, κατὰ τὸν καιρόν, ὃν ἔμελλον Ἕλληνες ἐξ Ἰλίου ἐπανιέναι, ἐξεληλάσθαι· καὶ ἐλθόντα εἰς ἀπάντησιν τῷ Νεοπτολέμῳ προσελθεῖν διὰ χειμῶνα τῇ Κῷ τῇ νήσῳ καὶ ξενισθέντα ὑπὸ Μόλωνός τινος ἄβαντος ἐκεῖ καταλύσασθαι τὸν βίον. Schol. Pind. Pyth. III. 167. In extremis haud scio an Schol. Eur. Sophoclis fabulam respexerit.

[42]) Dict. Cretens. VI, 9. — *Ibi Peleum avum reperit, occultatum spelunca abdita et tenebrosa, ubi senex, vim atque insidias Acasti evitans, assidue, nepotis desiderio, navigantes et si qui forte eo appulsi essent, speculari consuerat.* Huc etiam spectant, quae Achillis umbra in Odyssea (XI, 493. sq.) dicit.

[43]) cf. Schol. Eur. l. c. Proclus (e Nostis): καὶ τελευτήσαντα Φοίνικα θάπτει, αὐτὸς δὲ εἰς Μολοσσοὺς ἀφικόμενος ἀναγνωρίζεται Πηλεῖ . . . (sequentia interierunt.)

κων in Boisson. An. Gr. III. p. 299. (et in Walzii Rhet. Gr. VIII. p. 784.) Eodem usus est Aristoph. Equ. 1098 et fortasse poeta comic. inc. ap. Meinek. IV. p. 674. — Verbum γεροντοπαγγεῖν Sophocles etiam in OC. 349. usurpavit.

II. (461.)

Aristoph. Av. 851. sq.

Ὁμορροθῶ, συνθέλω,
συμπαραινέσας ἔχω
προσόδια μεγάλα
σεμνὰ προσιέναι θεοῖσιν.
ἅμα δὲ προσέτι χάριτος ἕνεκα
προβατίόν τι θύειν.
ἴτω ἴτω, ἴτω δὲ Πυθιὰς βοά.

Scholiastes adnotat ad vs. 851.: Ὁμορροθῶ·) Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως, ἀντὶ τοῦ τὸ αὐτὸ φρονῶ. ὁμορροθεῖν δὲ κυρίως τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν. νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ συνεργῶ τῇ εἰς θεοὺς θυσίᾳ. Deinde ad vs. 857. Πυθιὰς βοά· βοᾷ (χοαὶ αὐλητὴς Venet.) ὁ αὐλητής. εἴρηται ὅτι (δὲ καὶ addunt Ven. Ald.) ἐπὶ ταῖς θυσίαις ηὔλουν. (Kuster correxit e schol. Vat. U. Πυθιὰς βοή. ἀντὶ τοῦ αὐλητής· ηὔλουν γὰρ ἐν ταῖς θυσίαις.) — Ἄλλως. ἡ μετ' αὐλοῦ γινομένη βοή· τὸ Πύθιον μέλος. ἔνθεν καὶ πυθαύλης γίνεται. οὕτω ἔλεγον τὸν παιᾶνα. καὶ τοῦτο δὲ ἐκ Πηλέως. Extrema desunt in codd. Rav. Ven. Totum locum exscripsit Suid. v. Πυθ. β. Quae in reliquis vs. Sophoclis, quae Aristophanis sint, nunc vix discernas. Ad vs. 1. cf. Hesych. ὁμορροθεῖν, συνέλκειν καὶ συμφωνεῖν. Soph. Ant. 532.

III. (462.)

Stob. CXX[1], 9. Σοφοκλέους Πηλέως.

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

cf. Eur. fgm. 592. οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσόν ἐστ' ἢ ζῆν κακῶς;

IV. (463.)

Steph. Byz. v. Δῶτιον, — καὶ Δωτιὰς, ὡς Ἰλιὰς τοῦ Ἰλιεύς. Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ

Βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος.

V. (464.)

Harpocr. p. 134, 5. ed. Bekk. ξηραλοιφεῖν ἐλέγετο χωρὶς λουτρῶν ἀλείφεσθαι· μήποτε καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ἀλειπτῶν λεγόμενον ξηροτρίβεσθαι οὕτως ἔλεγον. Σοφοκλῆς Πηλεῖ.

καὶ ξηραλοιφῶν εἵματος διὰ πτυχῶν.

Eadem praeter Sophoclis locum praebet Phot. p. 309, 5. cf. Eustath. p. 764, 13. Unde haud recte se habere patet quae tradit Etym. M. p. 612, 20. ξ. τὸ ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζόμενον κόνει χρῆσθαι.

VI. (465.)

Steph. Byz. v. *Κυκνῖτις· ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε. Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ. καὶ ἐν Ποιμέσι „βοὴν Κυκνῖτιν.“* Ellendt. (Lex. Soph. I, p. 311.) aut *Κυκνῖτις γῆ* s. *χώρα, ἧς κτλ.* aut *Κυκνῖτις, ἣν ὁ Κύκνος ἐβόησε* aut tandem sublatis virgularum distinctionibus *καὶ ἐν Ποιμέσι βοὴν Κυκνῖτιν* sc. *εἶπε* scribi, p. 378 vero ceteris verbis integris *βοὴν* in *γύην* mutari iussit. Atque hoc multo probabilius mihi videtur.

VII. (466.)

Antiattic. p. 106, 13. *Λιποψυχεῖν. Σοφοκλῆς Πηλεῖ.*

VIII. IX. (467.)

Antiatt. Bekk. p. 107, 30. *Μὴ νόμισον· ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς· Σοφοκλῆς Πηλεῖ, καὶ „μὴ ψεῦσον“.* Alterum locum integrum servasse videri schol. Aristoph. Thesm. 870. ad comici l. c. verba *„μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος.“* haec adnotantem: *σύνηθες τὸ σχῆμα. Μένανδρος „οἶσθ' ὁ ποίησον.“ Σοφοκλῆς Πηλεῖ·*

μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ· μή μ' ἔλῃς ἄνευ δορός.

Brunckius monuit. — De dictione *μὴ ψεῦσον* vide quae disputarunt Porso ad Eur. Hec. 1174. Ellendt. Lex. II. p. 97.

Locus Schol. Aristoph. Equ. 1147., qui olim ad hanc fabulam referebatur, nunc ex meliorum codd. auctoritate inter *Ποιμένων* fragmenta receptus est. Pariter Erotiani locum (fgm. 500.), quem Hermannus in hanc fabulam inferri voluit, inter *Ῥιζοτόμων* reliquias exhibuimus.

ΠΑΥΝΤΡΙΑΙ. Vide *ΝΑΥΣΙΚΑΑ.*

ΠΟΙΜΕΝΕΣ.

Huius dramati argumentum iis significari, quae tradit Proclus: *ἔπειτα ἀποβαίνοντας αὐτοὺς εἰς Ἴλιον εἴργουσιν οἱ Τρῶες, καὶ θνήσκει Πρωτεσίλαος ὑφ' Ἕκτορος. ἔπειτα Ἀχιλλεὺς αὐτοὺς τρέπεται ἀνελὼν Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος.* docent Tzetzes et Photius l. c. (fgm. I. II.) Sed qualis eius fuerit conformatio plane obscurum est, quamquam rem apud Troes actam esse cum ex fragm. II tum ex fragmentis III—VIII,

quae pastorum choro tribuenda videntur, colligi potest. Inter personas vero Andromachen fuisse, id quod Welcker p. 114 e fgm. III concludit, equidem pro certo affirmare non ausim.

I. (468.)

Tzetz. ad Lycophr. 529. *Ἱστορεῖ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Πείρεσιν ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος ἀναιρεθῆναι τὸν Πρωτεσίλαον.*

II. (469.)

Phot. p. 307, 17. et Suid. v. *Ξανῶ· κοπιάσω. Σοφοκλῆς Ποιμέσιν· Ἕκτωρ τοῖς Ἀχαιοῖς βουλόμενος μάχεσθαι φησιν*

Ἡδὺ ξανῆσαι καὶ προγυμνάσαι χέρα.

III. (470.)

Etym. M. p. 652, 12. *Παρασάγγαι, τὰ τριάκοντα στάδια παρα Πέρσαις, παρ' Αἰγυπτίοις δὲ ἑξήκοντα· παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀνδρομάχῃ* (Etym. Gud. p. 452, 31. *Ἀνδρομάχῳ*) *ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου εἴρηται.* Quum praeter Etymologum nemo Sophoclis Andromachen commemoraverit, facili negotio pro *Ἀνδρομάχῃ* aliquis *Ἀνδρομέδᾳ* (quas voces saepius confusas esse constat. cf. Eurip. Fragm. p. 69.) corrigi locusque ad Andromedam referri posset, nisi maiorem errorem istis verbis insidere ex hoc incerti grammatici loco (in Photii appendice p. 674, 25 exhibito) appareret: *σαγγάνδαι δὲ οἱ ἀποστελλόμενοι καλοῦνται. Σοφοκλῆς δὲ ἐν τοῖς Ποιμέσι καὶ Εὐριπίδης ἐν Σκυρίαις παρασάγγας αὐτοὺς κεκλήκασιν.* Num vero recte Welcker Etymologum pro fabulae titulo personae in ea agentis nomen attulisse (cf. p. 174.) dixerit hoc loco dubium mihi videtur.

IV. (471.)

Sext. Empiric. adv. Math. I. § 313. p. 672. Bekk. *Οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, ἰὼ βαλλὴν λέγοντες ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί· ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες.* cf. Hesych. *Βαλλήν· βασιλεὺς Φρυγιστί.* Eandem vocem apud Aesch. Pers. 649 (Well.) optimi libri duplici λ scriptam praebent, sed editores, quamvis metrum non cogeret, ibi *βαλὴν* scripserunt, fortassis Eustathii p. 1854, 25 et 381, 17 auctoritate commoti. Vide quae de hac voce disputavit N. Sparschuh in Schneidewini Philol. V. p. 255.

V. (472.)

Hesych. v. *Ἴαννα.* Cf. fgm. 56.

VI. (473.)

Antiatt. Bekkeri p. 84, 10. *Βᾶρις, κατ' οἰκίας καὶ πλοῖον. Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι βαρίβαν λέγει τὸν ναύτην ἢ τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα.*

Blomf. Gloss. ad Aesch. Pers. 559. corrigi iubet *βαριβάταν* bene refutatus a Lobeckio ad Phryn. p. 609. Vocem *βᾶρις* habent etiam Aeschylus Pers. 545. 1031. Suppl. 816. 852. 859. Eur. Iph. Aul. 297.

VII. (474.)

Steph. Byz. v. *Γραικός*· — *γραῖκες δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσιν.* cf. fgm. 978.

VIII. (475.)

Etym. M. p. 405, 32. *Τὸ ψό ἐν Ποιμέσι Σοφοκλέους ἐπίφθεγμα.* Idem memorant Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 46, 18. Eustath. p. 855, 24. et Gramm. in Cram. An. Ox. I. p. 118, 14. *οὐδὲ ἐπίρρημα εἰς ο λήγει, εἰ μὴ μόνον τὸ δεῦρο καὶ τὸ ἄπο· τὸ γὰρ ψὸ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα οὐκ ἀντιπίπτει.* cf. ibid. p. 343, 24. et Aesch. fgm. 75.

IX. (476.)

Erotian. Lex. Hippocr. v. *Πέλον.* Cf. fgm. 124.

X. (477.)

Schol. Aristoph. Equ. 1147. *καὶ ὁ τοῖς ἵπποις δὲ περιτιθέμενος οὕτως ἐκαλεῖτο κημὸς, ὁ καλούμενος φιμὸς, ὡς Ξενοφῶν ἐν τοῖς περὶ ἱππικῆς* (X, 8.) *πλέγμα τι ἐκ σχοινίων γινόμενον ὅμοιον ἠθμῷ, ᾧ τὰς πορφύρας λαμβάνουσιν, εἰς ὃ αἱ πορφύραι καὶ τὰ κογχύλια εἰσέρπουσιν. ἐν αὐτοῖς δὲ τούτοις ἐστὶ καὶ τὸ δέλεαρ, ὥς φησι Ἡρωδιανὸς, παρατιθέμενος τὰ Σοφοκλέους ἐκ Ποιμένων*

κημοῖσι πλεκτοῖς πορφύρας φθείρει γένος.

Locus antea deteriorum librorum auctoritate ad Peleum referebatur. — cf. Aesch. fgm. 402.

XI. (478.)

Schol. Eur. Androm. 276. et Cobet. *ὁ Μαίας τε καὶ Διὸς τέκος· ὁ Ἑρμῆς· μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας ἐκείνης, ἔνθα* [*περὶ*] *τοῦ μήλου ἦλθον κριθησόμεναι Ἥρα καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀφροδίτη παρὰ τῷ Πάριδι· τοιαῦτά ἐστι καὶ τὰ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσιν· „Ἴδης δή ποτε μηλοτρόφῳ αγενναι τὴ ει τὴν τῆς Ἴδης τριολύμπιον ἅρμα.“* Sic cod. Ven. De his verbis haec scribit Schneidewinus in Annal. Gotting. Doct. 1847. p. 1547: „So fehlerhaft auch die Worte erhalten sind, ihre Rhythmen hört man durch und ihr Inhalt ist klar. Der Chor der Hirten bricht bei der ersten Angst und Noth, welche die Landung der Achaeer über die Troianische Landschaft verbreitet, in Klagen aus über den Uranfang des Krieges, das Urtheil des Paris auf dem Ida, in dessen heerdenreiche Thäler (*Ἴδης δ. μηλοτρόφου ἄγε νάπας* oder *ναιέτᾳ . . . . ὁ τὰς Μαίας*) einst des Zeus und der Maia den Wagen der 3 Olympischen Göttinnen geleitet habe. Die zertrümmerten und wohl ohne Zweifel lückenhaften Worte lassen sich nicht

mit Sicherheit restituiren, aber Euripides birgt für den angegebenen Sinn, da er in dem Chorliede ἦ μεγάλων ἀχέων ἄρ' ὑπῆρξεν etc. (Androm. 273.) geradezu eine Periphrase des Soph. gegeben hat. Den seltsamen Ausdruck τριολύμπιον ἅρμα erklärt Hesych. bei Cobet τὸ ἐκ τριῶν Ὀλυμπιάδων ἐξευγμένον." Multo aliter G. Hermannus (in Schneidewini Philolog. II. p. 135.): „Nihil ad haec expedienda confert Hesychii glossa: τριολ. ἅρμ. κτλ. omninoque vereor, ne ista sine melioris codicis adiumento corrigi nequeant. Illud non incredibile est, si Sophocles quoque Mercurii mentionem fecit, scribam, ubi Ἑρμῆς ponere delebat, Ἴδης iterasse. Sententiam verborum quum scholiastes indicasse videatur, quibus ea verbis a Sophocle enuntiata fuerit, videant, qui se id sperant divinare posse. Ego satis habeo dicere, quid potuerit scribere poeta:

Ἴδης ἦ δή ποτε μηλοτρόφου
ναέτῃ κρίνειν ἤντησεν ἄγων
Ἑρμῆς τριολύμπιον ἅρμα.

XII. (479.)

Harpocr. p. 130, 16. v. Νάννιον. Ὅτι γὰρ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες καὶ Σοφοκλῆς Ποιμέσιν

Ἑωθινὸς γὰρ πρίν τιν' αὐλητῶν ὁρᾶν,
θᾶλλον χιμαίραις προσφέρων νεοσπάδα,
εἶδον στρατὸν στείχοντα παρ' ἁλίαν πέτραν.

Eosdem vs. e Sophoclis Pastoribus exhibet Athen. XIII. p. 587. A. sq. sed vs. 2. χιμαίρᾳ praebet. — Ad vs. 1. spectat Hesych. v. Αὐλήτην· (falsam esse vulg. αὐλητήν recte monuit Ellendt. l. c. I. p. 259.) τὸν τοῦ κόπρου ἐπιμελούμενον τῶν προβάτων. Vs. 3. Brunckius correxit παραλίαν coll. fgm. 24. παρακτίαν στείχων ὁδὸν, sed illius loci longe alia est ratio: quid autem sit πέτραν στείχειν non video.

XIII. (480.)

Athen. VII. p. 319. B. μνημονεύει αὐτῶν (sc. τῶν πηλαμύδων) καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν

Ἔνθ' ἡ πάροικος πηλαμὺς χειμάζεται,
πάραυλος Ἑλλησποντὶς, ὡραία θέρους
τῷ Βοσπορίτῃ· τῷδε γὰρ θαμίζεται.

Vs. 2. codd. πάροικος Ἑλλησποντὶς, sed Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1835. n. 39.) cum eiusdem vocis (πάροικος) repetitione h. l. admodum languida offensus tum Hesychii glossa (v. πάραυλος· πάραυλος Ἑλλησπόντου ὥρᾳ θέρους· ἡ κατὰ τὸ θέρος ἀκμάζουσα.) admonitus correxit πάραυλος Ἑλλησποντὶς, simul vero ὡραίᾳ θέρους scribi et post θέρους colon poni, interpunctionem post Βοσπορίτῃ autem tolli iussit. De correctione πάραυλος vix potest dubitari:

improbabilis vero est altera ratio: nam etiam Hesychius, quod Bergkium ipsum non fugit, legit ὡραία (non ὡραίᾳ), et quis ille (τῷδε) sit Bosporita, apud quem versetur πηλαμύς, haud facile intellegitur. Quamobrem in extremis nihil mutandum videtur. — Ceterum ad hunc locum Hesychium alia quoque glossa (v. θαμίζεται, ὁμιλεῖ.) respexisse videri monuit Brunckius.

XIV. (481.)

Plutarch. Compar. Ag. et Cleom. 1. p. 795. B. — Ὅπερ οἱ Σοφοκλέους βοτῆρες ἐπὶ τῶν ποιμνίων λέγουσιν·

Τούτοις γὰρ ὄντες δεσπόται δουλεύομεν,
καὶ τῶνδ' ἀνάγκη καὶ σιωπώντων κλύειν.

Locum aptissime ad hanc fabulam rettulit Brunckius.

XV. (482.)

Suid. v. Ἀμφήμερον· τὸν ἀμφημερινὸν πυρετόν. Σοφοκλῆς Ποιμέσι

Κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου.

cf. Etym. M. p. 89, 29. ἀμφημερινός, ὁ καθημερινός. καὶ ἀμφήμερον ὁμοίως.

XVI. (483.)

Suid. v. Θρηνεῖν ἐπῳδάς· ἐπιφωνεῖν καὶ ἐπᾴδειν· Σοφοκλῆς. (Ai. 581. sq.) καὶ ἐν Ποιμέσι·

Λόγῳ γὰρ οὐδὲν ἕλκος οἶδά που χανόν.

Dindf. οἶδά πω correxit.

XVII. (484.)

Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 11, 13. Ποσίδειος — — Σοφοκλῆς Ποιμέσι·

Τειχέων καὶ δὴ τοὺς Ποσιδείους
θριγκοὺς ἀποσεισαμένη —

Vs. 1. cod. τυχῶν quod emendavit Dindorfius. Idem vs. 2. aut poetam caesuram neglexisse aut grammaticam aliquid omisisse monuit. Lehrsius correxit ἀποσεισαμένη θριγκούς. — Ellendtio (Lex. Soph. II. p. 612.) haec de muris Troiae ab Apolline et Neptuno communi opera aedificatis dicta videntur.

XVIII. (485.)

Hesych. Ἀναλῶσαι, ἀφανίσαι. Ποιμέσιν (cod. ποιμένεσιν.) Locum ad hanc fabulam rettulit Brunckius. De usu vocis ἀναλῶσαι cf. fgm. 146.

XIX. (486.)

Hesych. Βερέκυντα βρόμον· Φρύγιον αὐλόν. Σοφοκλῆς Ποιμέσι.

XX. (487.)

Steph. Byz. v. κυκνῖτις. cf. fgm. 465.

XXI. (488.)

Hesych. Φοινικίοις γράμμασιν . Σοφοκλῆς Ποιμέσιν : ἐπεὶ δοκεῖ Κάδμος αὐτὰ ἐκ Φοινίκης κεκομικέναι.

Welcker p. 115. praeterea ad hanc fabulam probabiliter rettulit fgm. 980, 1010 et imprimis 984.

ΠΟΛΥΙΔΟΣ. Vide ΜΑΝΤΕΙΣ.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

Quod Euripides Hecubae initio (vs. 35. 39.) narravit, id a Sophocle spectatorum oculis subiectum esse, probabiliter iam Brunckius ex fragmentis collegit eiusque rei nunc testimonium accedere videtur in schol. Vat. et Ven. Eur. Hec. 1. ed. Cobet: τὰ περὶ [Πολυ]ξένην ἔστι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ εὑρεῖν. Simulque ex fgm. II. inter Agamemnonem et Menelaum de Graecorum reditu (cf. Odyss. III, 136 sq.) discordiam fuisse cognoscitur, itaque argumenti summam iis contineri veri est simillimum, quae tradunt Hygin. fab. CX. *„Danai victores cum ab Ilio classem conscenderent et vellent in patriam suam quisque reverti et praedam quisque sibi duceret, ex sepulchro vox Achillis dicitur praedae partem expostulasse. Itaque Danai Polyxenam, Priami filiam, quae virgo fuit formosissima, [propter quam Achilles, cum eam peteret, et ad colloquium venisset, ab Alexandro et Dei phobo est occisus]*[44] *ad sepulcrum eius [eam] immolaverunt.“* Proclus (ex Arctini Excidio Ilii): Ἔπειτα ἀποπλέουσιν οἱ Ἕλληνες καὶ φθορὰν αὐτοῖς Ἀθηνᾶ κατὰ τὸ πέλαγος μηχανᾶται. (ex Nostis:) Ἀθηνᾶ Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον εἰς ἔριν καθίστησι περὶ τοῦ ἔκπλου. Ἀγαμέμνων μὲν οὖν τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐξιλασόμενος χόλον ἐπιμένει. Διομήδης δὲ καὶ Νέστωρ ἀναχθέντες εἰς τὴν οἰκείαν διασώζονται, μεθ' οὓς ἐκπλεύσας ὁ Μενέλαος ..... τῶνδε περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἀποπλεόντων, Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπιφανὲν

---

[44]) Eorum quae uncis inclusimus similia tradit etiam schol. Eur. Hec. 41. ed. Cobet. ὑπὸ Νεοπτολέμου φασὶν αὐτὴν σφαγιασθῆναι Εὐριπίδης καὶ Ἴβυκος . ὁ δὲ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας φησὶν ὑπὸ Ὀδυσσέως καὶ Διομήδους ἐν τῇ τῆς πόλεως ἁλώσει τραυματισθεῖσαν ἀπολέσθαι, ταφῆναι δὲ ὑπὸ Νεοπτολέμου, ὡς Γλαῦκος γράφει . ἄλλοι δέ φασιν συνθέμενον Πριάμῳ τὸν Ἀχιλλέα περὶ τοῦ Πολυξένης γάμου ἀναιρεθῆναι ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἄλσει. Sed ea a Sophoclis fabula alienissima esse facile intellegitur.

πειρᾶται διακωλύειν προλέγον τὰ συμβησόμενα. Et alio loco: Ἔπειτα ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν, Πολυξένην σφαγιάζουσιν ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον. Sed quae fuerit fabulae conformatio ac dispositio, neque ex fragmentis neque aliunde apparet: itaque quae de ea viri docti disputarunt, in coniecturis sunt posita et maxime inter se discrepant. cf. Welcker. p. 175. sq. Admodum probabiliter vero Welcker coll. fgm. I. Aristotelem ad hanc fabulam respexisse dicit, ubi (Poet. 23, 6.) inter octo tragoedias ex Parva Iliade petitas Ἀπόπλουν commemorat. Nam fabula sic inscripta nusquam alibi commemoratur: facile autem, qui fieri potuerit, ut Polyxena sic diceretur, post ea quae ad Niptra de fabularum titulis disputavimus, intellegetur.

I. (489.)

Longin. XV, 7. Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάνταται καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου· ἦν οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέστερον εἰδωλοποίησε Σιμωνίδου. πάντα δ' ἀμήχανον παρατίθεσθαι. Hunc locum recte a Ruhnkenio ad hanc fabulam relatum esse satis ex iis, quae supra disputavimus, intellegitur.

II. (490.)

Strabo. X, 3, 14. p. 470. ὁ δ' οὖν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἁπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον·

σὺ δ' αὖθι μίμνων που κατ' Ἰδαίαν χθόνα
ποίμνας Ὀλύμπου συναγαγὼν θυηπόλει.

Sic locum e codd. dedit Cramer, quum ante legeretur τήνδε κατ' Ἰδ. χθ., itaque carere possumus Ellendtii (Lex. Soph. I. p. 829.) correctione τῇδ' ἐπ' Ἰδαίᾳ χθονί.

III. (491.)

Porphyr. apud Stob. Ecl. Phys. I, 52. p. 1008. II. p. 432. Gaisf. Ἀχέρων δὲ καὶ Ἀχερουσία λίμνη ταὐτὸν, ὡς ὁ Σοφοκλῆς ἐν Πολυξένῃ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ψυχὴν εἰσάγει λέγουσαν

Ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς
λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἠχούσης γόους,
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας ἄρσενας χοάς.

[ἀκ]τὰς τῶν νεκρῶν λέγων παῖωνα οὐκ ἐχούσας, ἀρσένας δὲ [χοὰς] τὰς οὐδὲν ἐκτρέφουσας. θήλεα μὲν γὰρ τὰ καρποφόρα, ἄρσενα δὲ τὰ ἄκαρπα ἐλέγοντο κτλ. Libri τὰς τῶν κτλ., sed ἀκτὰς bene correxit Heerenius, qui etiam in sequentibus χοὰς addidit. — Vs. 1. In codd. est ὦ τὰς — μελαμβαφεῖς, quod Grotius et Brunckius in ᾧ τὰς μελαμβαθεῖς collat. Aesch. Prom. 219., Iacobsius (Animadv. ad Eur. et Lectt. Stob. p. 5.)

et Heynius (ad Apollod. I. p. 392.) in ἀκτὰς — — μελαμβαθεῖς correxerunt. Valck. (ad Eur. Phoen. 1017.) vero maluit μελαμφαεῖς collat. Eur. Hel. 525. et Carcini fgm. 4. vs. 3. (Vol. III. p. 97), sed μελαμβαθεῖς firmatur nunc auctoritate codd. Vat. Aug. — Sequentia Canter e libris ita exhibuit: λιποῦσα λίμνης Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας ἠχοῦσα γόους ἦλθον ἄρσενας χοάς. Cod. Aug. ἐχούσας. In quibus quum nec metrum nec sententia constaret, Grotius Exc. p. 165. verba sic correxit: λιποῦσα λίμνας ἦλθον ἠχούσας γόοις Ἀχ. ὀξυπλῆγος ἀρ. χ. Brunkio assentiente. Quae felicius sic immutavit Heynius l. c. λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἠχούσης γόους Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἀρ. χ. probante Heerenio. Iacobsius l. c. vero confusionem inde ortam esse ratus, quod verba ἦλθον ἄρσενας χοάς suo loco omissa in fine a librario adiecta essent, totum locum sic refingendum esse existimavit: λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἄρσενας χοὰς | Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἠχούσας γόους. verbaque non cum Heynio l. c. de inferiis interpretatur, sed de ipsa paludis Acherusiae aqua, quae graviter commota et concitata querelas lamentationesque edere videatur. Eadem vi adhiberi ait ποτάμια χεύματα, πόντου χεῦμα apud Eur. fgm. 327. vs. 2., et sicut χεῦμα interdum pro χοαῖς, inferiis, ita contra χοὰς pro χεύμασι usurpari potuisse. Atque sic accepisse χοὰς Porphyrium interpretantem τὰς οὐδὲν ἐκτρεφούσας. cf. Senec. Herc. f. 700. sq. Addere poterat vir doctissimus Soph. OC. 470. 1595, cuius emendatio mihi longe probabilior videtur, quam Heynii, quam Dindorfius recepit. In eadem Th. Bergkius (Ind. lectt. Marburg. 1843. 44. p. VII.) quoque haesit, offensioni esse dicens, quod μελαμβαθεῖς ad γόους referendum sit quodque haud apte λιποῦσα ἀκτὰς καὶ γόους dicatur; itaque correxit:

Ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μέλαν βάθος
λιποῦσα λίμνης ἦλθον, ἠχούσης γόους,
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς.

De lacu Acherontis querelas edente simul conferri iussit Aesch. fgm. 276, quamvis fortasse aliquis ἠχούσης γόοις legendum esse coniiciat, quum verba Ἀχέροντος — — χοάς non huc, sed ad μέλαν βάθος referenda sint. Sed mihi quidem non necessarium videtur, ut μελαμβαθεῖς ad γόους referatur.

IV. (492.)

Scrob. XLIX, 13. Σοφοκλέους Πολυξένῃ·

Οὐ γάρ τις ἂν δύναιτο πρωρατὴς στρατοῦ
τοῖς πᾶσι δεῖξαι καὶ προσαρκέσαι χάριν·
ἐπεὶ οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι,
οὔτ' ἐξεπομβρῶν οὔτ' ἐπανχμήσας φίλος
βροτοῖς ἂν ἐλθὼν ἐς λόγον δίκην ὄφλοι.
πῶς δῆτ' ἐγὼ θνητός γ' ἂν ἐκ θνητῆς τε φὺς
Διὸς γενοίμην εὖ φρονεῖν σοφώτερος;

Vs. 3. Non incommode monuit Brunckius, Sophoclem expressisse

videri Theognidis vs. 24. sq. ed. Bekk. (881. Welck). Valck. ad Theocr. IV, 43. male *ἐπεί γ' ὁ κρείσσων κτλ.* dedit. — Vs. 4. vulg. *ἐξ ὀμβρῶν*, sed Voss. *ἐξ επ' ὀμβρῶν*. Paris. A. B. *ἐξ ἐπομβρῶν*. — Vs. 5. Libri *βροτοῖς ἀνελθὼν ἐς δίκην λόγων ὄφλαι*, praeter Paris. B., qui *λόγους* praebet. Grot. *ἂν ἔλθοι, εἰ κτλ.* Brunckius: *ἂν ἔλθοι γ', εἰ δίκην λόγων ὄφλοι*. Rectissime Dobraeus (Addend. ad Aristoph. Equ. 803.) *βροτοῖς ἂν ἐλθὼν εἰς λόγον, δίκην ὄφλοι*, cuius correctionem recipere non dubitavimus. Bergkius puncto post *φίλος* posito scribi *βροτοῖς δ'* maluit, cum sententiae detrimento. Vs. 6. Paris. A. *γ' ὢν*, Grot. *γέ τ'*, Brunck. *τ' ἄν*, quod nescio an recipiendum sit.

V. (493.)

Schol. Apollon. Rhod. II, 1121. *νύχθ' ὑπὸ λυγαίην·*) *τὴν σκοτεινήν. Ἀπὸ τοῦ λύγου τοῦ φυτοῦ. καὶ γὰρ ἐκεῖνο μέλαν. καὶ τὸν ἐνιαυτὸν λυκάβαντα, οἱονεὶ λυγάβαντα, ἐπεὶ μετὰ λύγης βαίνει. Σοφοκλῆς Πολυξένῃ·*

Ἀπ' αἰθέρος δὲ κἀπὸ λυγαίου νέφους.

Pro *νέφους* in cod. Paris. est *σκότους*.

VI. (494.)

Etym. M. p. 120, 48. *Ἄπειρος· — — λέγει δὲ Ὧρος ὅτι σημαίνει χιτῶνα διέξοδον μὴ ἔχοντα, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Πολυξένῃ*

Χιτών σ' ἄπειρος ἐνδυτήριος κακῶν.

καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ὀρέστῃ (vs. 25.). Cf. Aesch. Agam. 1335.

VII. (495.)

Harpocrat. p. 92, 23. Bek. *Ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας· ἀντὶ τοῦ λελυμασμένοι· οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Πολυξένῃ. τὸ μέντοι ἠκρωτηριασμένοι ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ κεῖται τοῦ ἠκρωτηριακότες.* cf. Etym. M. p. 54, 6. *ἀκρωτηριάζω. ἱστορεῖται, ὅτι οἱ παλαιοὶ τοὺς ἔν τινι ἀτοπήματι ἁλόντας ἐνυβρίζοντες τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀπέτεμνον. τὸ οὖν ΚΡΩ μέγα. καὶ Δημοσθένης ἠκρωτηριασμένοι, τὸ λελυμασμένοι ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ ἠκρωτηριακότες.* cf. Lennep. ad Phalarid. p. 83. ed. Lips.

VIII. (496.)

Hesych. *Παράρυμα* (cod. *παραρύμα*.) *Σοφοκλῆς Πολυξένῃ „παράρυμα ποδὸς," ὡς κρεμαμένων τινῶν ὑφασμάτων ἐκ τοῦ εἵματος πρὸς κάλλος. τινὲς δὲ σχοινίον ἐν ταῖς ναυσίν· οἱ δὲ ὑπόδημα.* cf. Phot. p. 389, 1. *παράρυμμα* (sic) *ποδός· τὰ ὑποδήματα τὰ ῥυόμενα τοὺς πόδας.*

Probabiliter Ahrens ad hanc fabulam rettulit choroque tribuit fgm. 815. Idem fgm. 774 et 776, Welcker fgm. 771. et Strabonis verba, quae ad fgm. 342. attulimus, huc pertinere dixit.

ΠΡΙΑΜΟΣ.

Quid fabula *Priami* nomine inscripta continuerit vel saltem continere potuerit, plane obscurum est, quum, quae ex Priami historia a quibusdam huc referuntur, tragoediae convenire non videantur. Quam ob rem Priamum in alia quadam fabula personam fuisse pro ipsius fabulae nomine citatam (cf. p. 174.) credibilius est, quamvis ad quam fabulam fragmenta referenda sint, dici non possit, quum Priamus et in *Alexandro* et in *Sinone* et in *Prygibus* introductus esse debuerit.

I. (497.)

Pollux. X, 147. *Οἰκοδόμου σκεύη λεῖαι, γλαρίδες ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ.* Idem VII, 118. *καὶ λατύπους δὲ Σοφοκλῆς, ὅπου καὶ ἐργαλεῖα τῶν λατύπων ὀνομάζει λείας καὶ γλαρίδας.*

II. (498.)

Schol. Ven. Aristoph. Vesp. 289. *ἐγχυτριεῖς·*) *ἀποκτενεῖς· ἀπὸ τῶν ἐκτιθεμένων παιδίων ἐν χύτραις. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ κτλ.* cf. Aesch. fgm. 118. Schol. Aristoph. Ran. 1190. — Welcker p. 158 propter hunc locum fragmenta ad Alexandrum pertinere dicit, quippe in qua fabula Priamus narraverit, se famulo tradidisse Alexandrum, qui eum exponeret.

ΠΡΟΚΡΙΣ.

Semel tantum huius dramatis mentio est facta: itaque quod eius fuerit argumentum nisi e titulo coniici non potest. Sed secundo casu accidit, quod Ovidius, quem in Metamorphoseon libro plerumque tragicos poetas secutum esse constat, in libro VII. (vs. 694—862.) Procridis historiam narravit, quamvis dubitari vix possit, quin de suo etiam adiecerit. Eandem, quamquam alius aliter, tradunt Apollod. III, 15, 1. Antonin. Liber. 41. Hygin. fab. CLXXXIX, Serv. ad Virg. Aen. VI, 445. Maxime cum Ovidio consentit et tragoediae convenienter refert Pherecyd. ap. Schol. Hom. Od. XI, 321. (fgm. 77. ed. Müller.) *Κέφαλος ὁ Δηϊονέως γήμας Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως, ἐν τῇ Θορικῷ* (leg. *Θορικῷ*) *κατῴκει. Θέλων δὲ τῆς γυναικὸς ἀποπειρᾶσθαι, λέγεται* (leg. *λέγει εἶναι.* Müll.) *εἰς ἀποδημίαν ἐπὶ ἔτη ὀκτώ, καταλιπὼν αὐτὴν ἔτι νύμφην οὖσαν. Ἔπειτα κατακοσμήσας, καὶ ἀλλοειδῆ ἑαυτὸν ποιήσας, ἔρχεται εἰς τὴν οἰκίαν, ἔχων κόσμον· καὶ πείθει τὴν Πρόκριν δέξασθαι τοῦτο καὶ συμμιγῆναι αὐτῷ. Ἡ δὲ Πρόκρις ἐκφοβηθεῖσα τῷ κόσμῳ καὶ τὸν Κέφαλον ὁρῶσα κάρτα καλὸν, συγκοιμᾶται αὐτῷ. Ἐκφήνας δὲ ἑαυτὸν ὁ Κέφαλος αἰτιᾶται τὴν Πρόκριν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καταλλαγεὶς*

ἐξέρχεται ἐπὶ θήραν. Πυκνῶς δὲ αὐτοῦ τοῦτο δρῶντος, ὑπώπτευσεν ἡ Πρόκρις, ὅτι μίσγεται γυναικὶ ἑτέρᾳ. Προσκαλεσαμένη οὖν τὸν οἰκέτην ἔλεγεν εἰ σύνοιδεν. ὁ δὲ θεράπων ἔφη τὸν Κέφαλον ἰδεῖν ἐπί τινος ὄρους κορυφὴν καὶ λέγειν συχνῶς· ὦ Νεφέλα (Buttm. *νεφέλη*), *παραγενοῦ. καὶ τοῦτο μόνον συνειδέναι. Ἡ δὲ Πρόκρις ἀκούσασα ἔρχεται εἰς ταύτην τὴν κορυφὴν καὶ κατακρύπτεται. Καὶ τὸ αὐτὸ λέγοντος αὐτοῦ πυθομένη προστρέχει πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Κέφαλος ἰδὼν αὐτὴν αἰφνιδίως, ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται. καὶ ὥσπερ εἶχε βάλλει τῷ μετὰ χεῖρα ἀκοντίῳ τὴν Πρόκριν, καὶ κτείνει. Μεταπεμφθέντος δὲ τὸν Ἐρεχθέα θάπτει πολυτελῶς αὐτήν. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν τῇ ζ΄ῇ* (ἑβδόμῃ Buttm.).

I. (499.)

Pollux. IX, 140. *ἀπὸ γὰρ τῶν λοιπῶν τὰ μὲν σκληρὰ τὰ δὲ μᾶλλον πρὸς ἕτερα, πλὴν ἐπιτιμητοῦ, ᾧ κέχρηται Σοφοκλῆς, εἰπὼν ἐν τῇ Πρόκριδι*

κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν.

Eadem dictione usus est Eur. Suppl. 255. cf. Blomf. Gloss. ad Aesch. Prom. 77.

ΡΙΖΟΤΟΜΟΙ = ΠΕΛΙΑΣ.

Quum ex Macrobii testimonio, quod infra exhibuimus, Medeam in hac fabula herbas maleficas collegisse appareat, perquam probabilis est Boettigeri (Pictur. vas. II. p. 174.) coniectura a Welckero p. 340. copiosius illustrata, dramatis argumentum iis contineri, quae significavit Pind. Pyth. IV, 249. *κτείνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις ποικιλόνωτον ὄφιν, ὦ Ἐρκεσίλα, κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.* **quaeque uberius exposuerunt Apollod. I, 9, 27. Hygin. fab. XXIV. Diod. IV, 50. sq. Paus. VIII, 11., itaque ad hanc fabulam referendum *fgm.* (I), quod tanquam ex *Pelia* dramate citatur. Saepius enim personas pro fabularum titulis citatas esse constat.[45]) Apollodori l. c. verba haec sunt:** *Πελίας δὲ ἀπογνοὺς τὴν ὑποστροφὴν τῶν Ἀργοναυτῶν τὸν Αἴσονα κτείνειν ἤθελεν, ὁ δὲ αἰτησάμενος ἑαυτὸν ἀνελεῖν, θυσίας ἐπιτελῶν ἀδεῶς τοῦ ταύρου αἷμα σπασάμενος ἀπέθανεν. ἡ δὲ Ἰάσονος μήτηρ ἐπαρασαμένη Πελίᾳ, νήπιον ἀπολιποῦσα παῖδα Πρόμαχον ἑαυτὴν ἀνήρτησε, Πελίας δὲ καὶ τὸν καταλειφθέντα παῖδα ἀκέκτεινεν αὐτῆς. ὁ δὲ Ἰάσων κατελθὼν τὸ μὲν δέρας ἔδωκε, περὶ ὧν δὲ ἠδικήθη μετελθεῖν ἐθέλων καιρὸν ἐξεδέχετο . καὶ τότε μὲν εἰς Ἰσθμὸν μετὰ τῶν ἀριστέων πλεύσας ἀνέθηκε τὴν ναῦν Ποσειδῶνι . αὖθις δὲ Μήδειαν παρακαλεῖ ζητεῖν ὅπως Πελίας αὐτῷ δίκας ὑποσχῇ . ἡ δὲ εἰς τὰ βασίλεια τοῦ Πελίου παρελθοῦσα πείθει τὰς θυγατέρας αὐτοῦ τὸν πατέρα κρεουργῆσαι καὶ καθεψῆσαι, διὰ φαρμάκων αὐτὸν ἐπαγγελλομένη ποιήσειν*

---

[45]) Cf. p. 174. sq. — Praeterea fabula *Peliae* nomine inscripta vix aliud argumentum habere potuisset, quam quod supra expositum est.

νέον, καὶ τοῦ πιστεῦσαι χάριν κριὸν μελίσασα καὶ καθεψήσασα ἐκόλησεν ἄρνα . αἱ δὲ πιστεύσασαι τὸν πατέρα κρεουργοῦσι καὶ καθέψουσιν. His supplendis inserviunt Paus. l. c., qui Medeam odium in maritum simulantem supplicemque ad Peliam confugisse eaque re maiorem fidem apud Peliadas sibi fecisse narrat, et Hygin. l. c., qui Medeam pro sacerdote Dianae ad Peliadas venisse tradit et tragoediae exitum his verbis descripsisse videtur: *„Cum se deceptas esse viderent (Peliades), a patria profugerunt. At Iason signo a Medea accepto regia est potitus Acastoque Peliae filio fratri Peliadum, quod secum Colchos erat, regnum paternum tradidit; ipse cum Medea Corinthum profectus est.“* — Qua ratione autem hoc praeclarum argumentum a poeta dispositum fuerit incertum est.

I. (500.)

Erotian. Lex. Hippocr. p. 304. *Παιδικὸν πάθος· παιδίαν* (leg. *παιδείαν*) *νῦν τὴν παιδοτροφίαν. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησὶ*

Λευκὸν αὐτὴν ὅδ' ἐπαίδευσεν γάλα.

Brunckius correxit: *λευκὸν γὰρ αὐτὴν οὐκ ἐπαίδευσεν γάλα*, sed multo probabilius Welcker:

[Οὐ] λευκὸν αὐτὴν ὧδ' ἐπαίδευσεν γάλα.

Particulas negativas nonnunquam excidisse nemo ignorat. — Hermannus (Praef. ad Eurip. Alc. p. XVII.) pro *ἐν Πελίᾳ* corrigi *ἐν Πηλεῖ* voluit, quo, si supra recte disputavimus, non opus est.

II. III. (501. a. b.)

Macrob. Saturn. V, 19. *Haec res nonne quaestione digna est, unde Virgilio aeneae falces in mentem venerint? Ponam itaque Virgilianos versus, mox et inde Sophoclis, quos Maro aemulatus est.*

Falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis
pubentes herbae nigri cum lacte veneni.

Sophoclis autem tragoedia id, de quo quaerimus, etiam titulo praefert. Inscribitur enim Ῥιζοτόμοι, in qua Medeam describit maleficas herbas secantem, sed aversam, ne vi noxii odoris ipsa interficeretur; et succum quidem herbarum in cados aeneos refundentem, ipsas autem herbas aeneis falcibus exsecantem. Sophoclis versus hi sunt:

Ἡ δ' ἔξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσ'
ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
χαλκέοισι κάδοις δέχεται.

Ex paullo post:

αἱ δὲ καλυπταὶ
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσ', ἀλαλαζομένη,
γυμνὴ χαλκέοις ἥμα δρεπάνοις.

Vs. 2. Lobeckius (Paralip. I. p. 50.) verbis ὁπὸν ἀργενεφῆ videri faeculenti quiddam significari dicit, quod Hippocratici ὁμίχλας, Latini *nubeculas* dicere soleant. — Alterum fragmentum restituit Valck. Diatr. p. 167. C. quum ante legeretur: καλυπτραὶ et vs. 4. χαλκέοισιν ἧμα δρεπάνοις τομάς. Quae correctio ex parte confirmatur vetere cod. Paris. saec. XI, cuius scripturam Schneidewinus (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1843. p. 470.) publicavit: is enim recte χαλκέοις et semel tantum τομὰς quamquam falso loco (h. e. post δρεπάνοις, non post κρύπτουσι) exhibet. — Vs. 3. Ellendt. (Lex. I. p. 62.) pro ἀλαλαζομένη legi ὁλολυζομένη vult, quippe quod verbum solemne sit de mulierum in sacris opertis et mysticis clamore. Sed quum ἀλαλάζειν de quovis clamore adhiberi possit (cf. Aesch. fgm. 53. Eur. Herc. fur. 976. Bacch. 583. 1122. Electr. 843. 855. Helen. 1343. 1351. Cycl. 65. Valck. ad Phoen. 337.), contra codicum auctoritatem non est mutandum.

IV. (502.)

Schol. Apollon. Rhod. III, 1214. *Πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο·*) *Ὅτι δράκουσι καὶ ὀρυΐνῳ κλάδῳ στέφεται ἡ Ἑκάτη, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ῥιζοτόμοις τὸν χορὸν πεποίηκε λέγοντα·*

Ἥλιε δέσποτα
καὶ πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας
Ἑκάτης ἔγχος, τῷ δι᾽ Ὀλύμπου
πολλὴ φέρεται καὶ γῆς, καίουσ᾽
5. *ἱερὰς τριόδους, στεφανωσαμένη*
ὀρυΐ καὶ πλεκτοῖς
ὠμῶν σπείραισι δρακόντων.

Vs. 3. in libris est: τὸ δί᾽ Ὀλύμπου πολλὸν (Paris. πολλοῦ) φέρει καὶ γῆς ναίουσ᾽ (Paris. καίουσ᾽.) ἱερὰς τριόδους στεφανωσαμένη ὀρυσὶ (Paris. ὀρυΐ) καὶ πλείστοις ὤμῳ σπειρήμασι δρακόντων. Quae sic correxit Valck. Diatr. p. 167. B. τὸ δι᾽ Οὐλύμπου πολλόν γε φέρῃ καὶ γῆς ναίουσ᾽ ἱερὰς τρ. στ. ὀρυσὶ καὶ πλεκτοῖς ὠμῶν σπείρῃσι δρακόντων. Probabilius vero et ad codicum scriptarum propius ita scripsit Brunckius, ut supra exhibuimus, nisi quod ὀρυσὶ retinuit, quod ferri non posse egregie vidit Ellendt. Lex. I. p. 450., cuius emendatio ὀρυΐ nunc codicis Paris. auctoritate firmatur. Idem vir doctissimus (II. p. 603) neque haerendum in τῷ (i. q. μεθ᾽ οὗ) neque Dobraei et Bergkii (de fgm. Soph. p. 25) correctionem τὸ δι᾽ Οὐλύμπου πάλλουσα φέρει accipiendam esse bene monuit: nam verba τῷ — πολλὴ φέρεται optimum a sacri Hecates ignis invocatione ad ipsius Hecates allocutionem transitum efficiunt. — Ἐνοδία Hecate etiam in Antig. 1199. Eur. Hel. 569. 70. Ion. 1049. dicitur; simulque ex Eur. Hel. l. c. (ubi vide quae Pflugkius adnotavit) fgm. 946. collat. schol. Aristoph. Lys. 443. Plut. 594. intellegitur, qua ratione Hecate dicta sit καίουσα (h. e. collustraus) τριόδους. — Ad vs. 3. Brunckius Etymologi quoque verba s. v. ἔγχος fgm. 914. pertinere censet, sed ea non tam huc referenda

sunt, quam recte se h. l. habere scripturam ἔγχος (a Salmasio praepropere in φέγγος mutatam cf. Valck. l. c.) demonstrant.

V. (503.)

Hesych. Ἀϊστώσας, διαχέας καὶ τήξας. Σοφοκλῆς Ῥιζοτόμοις.

κόρον ἀϊστώσας πυρί.

Cod. ἱστώσας πῦρ. Brunckius κόρην ἀϊστώσας πυρί, de Iasone, qui Medeam urserit, agi ratus. Recte hanc scripturam impugnavit Ellendt. Lex. I, 46., minus recte autem vulgata servata κόρον de figura Iasonis cerea a Medea sigarum ritu igne supposito liquefactam intellegi voluit. Nam non perspicitur, cur Medea in hac fabula, si quidem eius argumentum supra recte adumbratum est, artibus magicis praestigiisque Iasonis amorem excitaverit, quum potius eius ultrix fuisse videatur. Quare aut vulgata aliter explicanda aut — quod in verbis e sermonis continuitate ereptis eamque ob causam obscuris periculosum est — emendatione loco modendum est. Ac profecto habet, qua commendetur correctio κηρὸν, ab interpretibus Hesychii, Bambergo (Coni. crit. Brunsvig. 1841. p. 11.), Duentzero (in Schneidewini Philol. III. p. 137.), aliis proposita: facile enim, quod Duentzer monuit, verba in quodam chori carmine locum habere poterant. cf. Pind. fgm. 88. (89.), 8. sq.

Huc fortasse pertinet Hesych. v. Κυκλάμινοι· πόα τις ἀπὸ τῶν ῥιζοτόμων.

ΣΑΛΜΟΝΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Salmonei argumentum videtur iis adumbrari, quae tradidit Apollod. I, 9, 7. Σαλμωνεὺς δὲ τὸ μὲν πρῶτον περὶ Θεσσαλίαν κατῴκει, παραγενόμενος δὲ αὖθις εἰς Ἦλιν ἐκεῖ πόλιν ἔκτισεν. ὑβριστὴς δὲ ὢν καὶ τῷ Διὶ ἐξισοῦσθαι θέλων διὰ τὴν ἀσέβειαν ἐκολάσθη. ἔλεγε γὰρ ἑαυτὸν εἶναι Δία, καὶ τὰς ἐκείνου ἀφελόμενος θυσίας ἑαυτῷ προσέτασσε θύειν, καὶ βύρσας μὲν ἐξηραμμένας ἐξ ἅρματος μετὰ λεβήτων χαλκῶν σύρων ἔλεγε βροντᾶν, βαλλὼν δὲ εἰς οὐρανὸν αἰθομένας λαμπάδας ἔλεγεν ἀστράπτειν. Ζεὺς δὲ αὐτὸν κεραυνώσας τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ πόλιν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἠφάνισε πάντας. cf. Hygin. fab. LXI. CL. Lucian. Timon. 2. Eustath. p. 1681, 63. Nonni narrat. ad Greg. invect. 2, 2. p. 169. Eudoc. p. 371. Primus hoc bene perspexit Bentl. Epist. ad Mill. p. 57. sq. (p. 502. ed. Lips.) argumento illi optime fragm. II. III. convenire docens.

I. (504.)

Athen. XI. p. 487. D. *Μάνης, ποτηρίου εἶδος. — — καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἑφεστηκὸς, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον· ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ ἔφη κάρα λέγων οὕτως·*

Τάδ' ἐστί· κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος
τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια·
τίθημι καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.

Vulgo non post *ἐστί*, sed post *ψόφος* interpungunt et sublata post *νικητήρια* interpunctione vs. 2 et 3 coniungunt, at nec versus 1 solius positi sententiam expedio nec quid verba *καὶ βαλόντι* post *τῷ καλλικοτταβοῦντι* in eodem enunciato sibi velint intellego. Dixit enim, quicunque in dramate haec verba protulit: „*Sunt haec* (*ut tu dixisti*; *videlicet*) *morsiuncula et suaviorum sonitus ei, qui cottabo dextre ludit, victoriae praemia. Propono etiam aeneum caput ei, qui* (*bene*) *iecit.*“ h. e. Qui bene cottabo ludit, iam sua sponte a mulierculis amatis morsiuncularum et osculorum praemia accipit, sed equidem ei etiam aeneum caput propono. Ceterum si quis pro *τάδ' ἐστί* sublata post *ἐστί* interpunctione scribere *πάρεστι* malit, me habeat consentientem.

II. III. (505.)

Galen. Vol. IX. p. 385. Charter. Cf. fgm. 325.

IV. (506.)

Hesych. *Θῆμα, θήκη, τάφος, ἀνάθημα. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ.*

V. (507.)

Hesych. *Καρικοὶ τράγοι . ὡς εὐτελῶν ὄντων . Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ . εἰ μὴ ἄρα συγχέων τοὺς Κιλικίους.*

Σ I N Ω N.

Ad huius dramatis argumentum cognoscendum quum fragmenta nihil valeant e solo titulo coniectura est facienda. De Sinone vero, quem Homerus (Od. XI, 85.) Aesimi, Anticleae, ex qua Ulixes natus est, fratris, scholiastes Soph. Ai. 190. Sisyphi, Ovidius (Met. XIII, 146.) Mercurii filium dicit, haec tradunt Proclus (ex Arctini Excidio Ilii): *καὶ Σίνων τοὺς πυρσοὺς ἀνίσχει τοῖς Ἀχαιοῖς, πρότερον εἰσεληλυθὼς προσποίητος. οἱ δὲ ἐκ Τενέδου προσπλεύσαντες καὶ οἱ ἐκ τοῦ δουρείου ἵππου ἐπικίπτουσι τοῖς πολεμίοις καὶ πολλοὺς ἀνελόντες τὴν πόλιν κατὰ κράτος λαμβάνουσι.* Hygin. fab. CVIII. *Achivi quum per decem annos Troiam capere non possent, Epeus monitu Minervae equum* [illegible] *mirae magnitudinis*

ligneum fecit eoque sunt collecti Menelaus, Ulysses, Diomedes, Thessander, Sthenelus, Acamas, Thoas, Machaon, Neoptolemus. Et in equo scripserunt: „Danai Minervae dono dant“ castraque transtulerunt Tenedo. Id Troiani cum viderunt, arbitrati sunt hostes abisse. Priamus equum in arcem Minervae duci imperavit, feriatique magno opere ut essent edixit. Id vates Cassandra cum vociferaretur, inesse hostes, fides ei habita non est. Quem in arcem cum statuissent et ipsi noctu luxu atque vino lassi obdormissent, Achivi ex equo, aperto a Sinone, exierunt et portarum custodes occiderunt sociosque signo dato receperunt et Troia sunt potiti.“ cf. Virg. Aen. II, 56—198. 258. Quint. Smyrn. XII. 238. sq. 360. sq. XIII, 23. sq. Quae si recte huc relata sunt, dramatis argumentum ad expugnationem Troiae pertinuisse probabile est.

I. (508.)

Hesych. *Αἰθύσσειν . ἀνασείειν . Σοφοκλῆς Σίνωνι.* Idem *Ἀναιθύσσω* (*ἀναιθύσω* cod.). *Σοφοκλῆς Σίνωνι* (cod. *σινώμη.*). cf. Bekk. An. gr. p. 360, 21. et Etym. M. p. 33, 36. *αἰθύσσειν, ἀνασείειν, ἀνακαίειν* (leg. *ἀνακινεῖν.*) sed Etym. M. p. 32, 53. *αἰθύσσειν καὶ ἀναιθύσσειν. ῥίπτειν, πλεῖν, φέρεσθαι.*

II. (509.)

Hesych. *Ἀξέστους, τραχείας. Σοφοκλῆς Σίνωνι* (cod. *σιών*). Non minus probabiliter ex codicis scriptura elici *Ἴωνι* (σ enim ex praegresso *Σοφοκλῆς* repetitum esse potest) quam *Σίνωνι* posse iam monuit Schowius, ad cuius sententiam nuper accessit Schneidewinus (ad Orion. Anthol. p. 52).

III. (510.)

Hesych. *Ἄρρητον, ἄφραστον, ἀνιστόρητον, ἀπόρρητον, ἄφωνον. αἰσχρόν. Σοφοκλῆς Σίνωνι* (cod. *σίννωνι*).

IV. (511.)

Hesych. *Ἐνθρίαικτος, ἐνθουσιῶν . καὶ ἐνθέαικτος. Σοφοκλῆς Σίνωνι.*

Praeterea ad hanc fabulam a quibusdam relatum est fgm. 885, sed rectius huc pertineat fgm. 999.

Σ Ι Σ Υ Φ Ο Σ.

Sisyphi historiam duabus fabulis tractavit Aeschylus (vide supra p. 107), dramate satyrico Euripides (cf. Eurip. Fragm. p. 344.), quarum fabularum summas suis locis describere studuimus; de

argumento autem, quod Sophoclis sibi elegerit, prorsus incerti sumus, quum Hesychius, qui solus eius dramatis memoriam servavit, praeter titulum nihil amplius quam duo verba exhibuerit. Itaque videndum est, ne in Sophoclis Sisyphum idem cadat, quod de eiusdem Ixione coniecimus, Sophoclis nomen errore pro Aeschyli nomine esse positum.

I. (512.)

Hesych. Ζεῦγος τριπάρθενον· Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ. καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ· Χαρίτων τριζύγων (cod. χαρίτων ζυγῶν.)· Ἀριστοφάνης Ὥραις καταχρηστικῶς ἐπὶ τῶν τριῶν (cod. ἐπὶ τὸ γ') τὸ ζεῦγος ἔθηκε ζεῦγος τρίδουλον. παραδέδοται δὲ, ὅτι καὶ τριζύγοις ἅρμασι τινὲς ἐχρήσαντο. Brunckius interpunctionem post Ἐρεχθεῖ et verba Χαρίτων τριζύγων omisit, quasi Sophoclis etiam verba ζεῦγος τριπάρθενον essent. — Ad exempla, quae Hesychius ad usum vocis ζεῦγος de pluribus comprobandum attulit, haud inepte addideris Eurip. fgm. 766. vs. 61. τριπλοῦν ζεῦγος et Aesch. fgm. 424. — Sophoclem imitatus esse videtur Macedon. Epigr. 33. (Anthol. XI. 27.) τριζυγέες Χάριτες.

Σ K Y Θ A I.

Scytharum argumentum ex Argonautarum historia petitum fuisse e fgm. I. II. coniici potest, sed accuratius id describere nobis eo minus licet, quum etiam fabulae titulus, ex quo chorum e Scythis constitisse apparet, haud levem difficultatem obiiciat, quia plane ignotum est, ubi et quare Argonautae cum Scythis convenerint. Welcker p. 337 quidem ex parte Apollonium Rhodium secutus, ex parte Pompeii grammatici[46]) loco, quo ad hanc fabulam respici opinatur, nixus argumentum in hunc modum constituit: „Colchi Aeeta duce Argonautas, qui rapto vellere statim fugerant et Apsyrti membris in mare coniectis hostes insequentes paulisper detinuerant, tandem ad Scythiae oras appulsos insecuti sunt pugnamque minitantur, nisi Medea patri reddatur, qui eam pro Absyrti nece ulciscatur: Iaso, quum etiam terrae incolae a Colchorum partibus stetisse-

---

[46]) Comment. artis Donati p. 417. ed. Lindemann: „*Aliam scripsit Medeam Sophocles idem in alio furoris actu, aliam Euripides, aliam diversi scriptores. Ergo non de illis Medeis sentimus, quae occiderunt filios suos, quasi multae sint, sed de illis quae scriptae sunt per varios auctores.*“ „Medeae furor, inquit Welcker, postulat, ut proditionem atque imbecillitatem Iasonis statuamus. Nam quum ea ubique amoris plena et ad omne facinus perpetrandum amoris causa parata dicatur, nisi fide rupta ad furorem et ultionem excitari non potuit.“ Quae quo rectius disputata sunt, eo similius est veri, Medeam ob fidem re vera ab Iasone laesam in furore fuisse: ac mihi quidem Pompeium Medeam Sophoclis *cum Euripidea* comparasse consideranti vix dubium videtur, quin utriusque Medeae *furor ad eandem* rem pertinuerit, quamvis ab alio poeta aliter expressus sit.“

videantur, in summo vericulo versatur haeretque, utrum Medeam reddat an signis cum hoste longe fortiori collatis intereat. Medea, quum se fere proditam videat, lacrymas fundit, minitatur, furit ac postremo navem comburere atque ipsa in ignem irruere vult (Apollon. IV. 391.), sed ab Iasone denique placatur, quamquam de ratione, qua id factum sit quaque Argonautae e periculo evaserint, ne coniectura quidem proferri potest. Fortasse (Medeae calliditate) factum est, ut inter utrumque exercitum conveniret." At ut alias rationes, quae Welckeri sententiae obstant, taceamus, ipsum fgm. II, quo Argonautas eadem via, qua profecti erant, reversos esse traditur, documento est, dramatis argumentum ad tempus pertinuisse, quo Argonautae iam in patriam redissent. Neque multum abest, quin equidem, si et haec et quae infra (in adnot.) disputata sunt, animo volvo, a Sophocle argumentum tractatum esse statuam eius simillimum, quod Euripides in Medea exhibuit.

I. (513.)

Schol. Apollon. Rhod. IV, 223. *Φερεκύδης δὲ ἐν ἑβδόμῳ τὴν Μήδειάν φησιν ἆραι τὸν Ἄψυρτον ἐκ τῆς κοίτης [μικρὸν ὄντα], Ἰάσονος εἰπόντος αὐτῇ, καὶ ἐνεγκεῖν πρὸς τοὺς Ἀργοναύτας· ἐπεὶ δὲ ἐδιώχθησαν, σφάξαι, καὶ μελίσαντας ἐκβαλεῖν εἰς τὸν ποταμόν. Σοφοκλῆς ἐν μὲν Κόλχισιν ἐν τῷ Λίητον οἴκῳ σφαγῆναί φησι τὸν Ἄψυρτον. Ἐν δὲ τοῖς Σκύθαις ὁ Σοφοκλῆς ἑτερομήτορα τῆς Μηδείας τὸν Ἄψυρτον λέγει· οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς κοίτης ἕβλαστον . ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ' Εὐδυῖα πρίν ποτ' Ὠκεανοῦ κόρη τίκτεν.* Inde Valck. Diatr. p. 224. C. hos tetrametros elicuit:

> *οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἕβλαστον . ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος*
> *τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ' Ἰδυῖα πρίν ποτε*
> *Ὠκεανοῦ κόρη γ' ἔτικτε.*

Recte Ellendt. (Lex. I. p. 526.) vocem *κοίτης* a Valckenario eiectam vix scholiastae originem debere monuit et *οὐ μιᾶς κοίτης ἕβλαστον* restituit, quem Welcker sequitur, nisi quod simul *ἕβλαστεν* correxit Medeam haec verba locutam esse opinatus. Sed potius verba esse videntur cuiuspiam Medeam defendentis, nec ulla adest ratio, cur in Sophocleis tetrametros pro senariis latere statuamus. Multo probabilius igitur Th. Bergkius (Ind. Lectt. Marburg. 1843. 44. p. VII.) locum sic constituit:

> *οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς*
> *κοίτης ἕβλαστον, ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος*
> *τέκνον [Νεαίρας] ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ'*
> *Ἰδυῖα πρίν ποτ' Ὠκεανοῦ τικτεν κόρη.*

namque inter *τέκνον* et *ἄρτι*, inquit ille, verbum excidisse et numerus arguit et instituta sententia indicio est, namque Nereide aliqua Apsyrtum natum esse, si sic simpliciter dixisset Sophocles, iusto obscurius locutus esset, quandoquidem plurimae erant Nereides.

neque fama illa de Apsyrti parentibus satis in vulgus nota: itaque necessario requiritur Nereidis nomen: *Νεαίρας* autem, quod addidi, plane confirmat idem ille Apollonii interpres ad hos versus (III, 241.):

Ἄλλῳ δ' Ἄψυρτος ναΐεν πάϊς Αἰήταο,
τὸν μὲν Καυκασίη νύμφη τέκεν Ἀστερόδεια,
πρίν περ κουριδίην Θέσθαι Εἰδυῖαν ἄκοιτιν,
Τηθύος Ὠκεανοῦ τε πανοπλοτάτην γεγονυῖαν.

ibi enim schol. haec adscripsit: *ὁ τὰ Ναυπακτικὰ πεποιηκὼς Εὐρυλάτην αὐτὴν λέγει, Διονύσιος δὲ ὁ Μιλήσιος Ἑκάτην, μητέρα Μηδείας καὶ Κίρκης, ὡς προείρηται. Σοφοκλῆς δὲ Νεαίραν, μίαν τῶν Νηρηΐδων, Ἡσίοδος* (Theog. 957.) *δὲ Ἰδυῖαν.* apparet enim haec de Apsyrti matre dicta esse nec dubium, quin scholiasta hunc ipsum locum respexerit. Praeterea nihil immutavi, nisi quod ultima verba *κόρη τίκτεν* transposui. Notandae autem sunt correptiones illae *ἔβλαστον* et *ἄρτι βλαστάνεσκε*, quarum neutra exemplo caret, quandoquidem in Electr. vs. 439. dixit *εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ Πασῶν ἔβλαστε.* et in OR. 717. *παιδὸς δὲ βλάστας.* Elisio autem illa *τὴν δ' Ἰδυῖα* arguit hanc tragoediam non primis accensendam esse."

II. (514.)

Schol. Apollon. Rhod. IV, 284. *Ἑκαταῖος δὲ ἐλέγχων αὐτὸν ἱστορεῖ, μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν φᾶσιν, οὐδ' ὡς διὰ Τανάϊδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν, καθ' ὃν καὶ πρότερον. ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος.*

III. (515.)

Athen. V. p. 189. D. *καλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας, ὥσπερ Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῳ καὶ πάντες οἱ καταλογάδην συγγραφεῖς, οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς. Καρκίνος* (fgm. 1. Vol. III. p. 96.) *καὶ Σοφοκλῆς Σκύθαις·*

κρημνούς τε καὶ σήραγγας ἠδ' ἐπακτίας
αὐλῶνας.

cf. Soph. Trach. 100, ubi recte nunc e cod. Laur. A. legitur *ποντίας αὐλῶνας*, cf. Iacobs. ad Philostr. Imag. II. 6. — Sophoclis locum ad verbum fere in rem suam convertisse Virgil. Georg. III, 276.

Saxa per et scopulos et depressas convallis

monuit Abresch. ad Thuc. p. 471.

IV. (516.)

Hesych. *Ἀχίλλειον πλάκα, τὴν Ἀχιλλέως νῆσον, τὴν Λευκὴν λεγομένην . εἰσὶ δὲ καὶ Ἀχιλλέως δρόμοι περὶ ταύτην τὴν νῆσον . Ἀχιλλείων* (cod. *Ἀχιλλίων.*) *Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν* (vs. 819.) *καὶ Σοφοκλῆς Σκύθαις Ἀχιλλείων* (*Ἀχιλλίων* cod.). *ἔνιοι δὲ, τῶν λευκῶν . τινὲς δὲ Ἀχίλλειον σπόγγον φασὶν, ᾧ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποψῶνται.* Erotian. Lex. Hippocr. p. 96.

Ἀχιλληΐδες, κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς. Male Erotianus poetis Atticis formam ionicam tribuit, recte autem de re ab utroque spectata exposuit. cf. schol. Aristoph. Equ. 819. σὺ δ' ἀχιλλείων ἀπομάσσει· (σὺ δὲ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως μετέχεις. ἐκαλοῦντο γὰρ ἀχίλλειαί τινες κριθαὶ καθαραὶ ὡς εὐγενεῖς οὖται. Galen. Gloss. Hippocr. p. 446. Bekk. An. p. 474, 11. 14.

V. (517.)

Hesych. Ἄψάλακτος, ἀκίνητος, ἀψηλάφητος, ἀκράτητος. Σκύθαις Σοφοκλῆς. Eadem sed omisso Sophoclis loco habet Bekk. An. p. 475, 31. cf. Aristoph. Lys. 275. et schol. ad h. l. ἀψάλακτος, ἀπαθής, ἀτιμώρητος.

Σ K Y P I O I.

Hanc fabulam ab editoribus *Scyrias* inscriptam esse mirum est, quum Plutarchus (fgm. II) et Stobaeus (fgm. III—VI.) quatuor locis eam *Scyriorum* nomine citaverint, atque etiam Hesychius, qui solus duobus locis (fgm. VII. X.) titulum *Scyrias* praebet, duobus aliis (fgm. VIII. IX.) veram inscriptionem Σκυρίους servaverit. Sunt quidem v. c. Brunckius, Ahrens, qui alium quam mulierum chorum introduci potuisse negent, quippe qui solus Lycomedis filiabus Achillique convenerit: sed quam infirma haec ratio sit neminem latet. Satis enim erat, si Achilles mulicbri veste indutus inter alias virgines (regis filias) in medium procedebat: cur autem virgines chorum efficere debuerint, ubi de viro explorando agebatur, non intellegitur. Admodum probabilis vero est Brunckii coniectura, argumenti summam iis contineri, quae tradidit Hygin. fab. XCVI. „*Thetis Nereis, quum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Troiam expugnandam isset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem. Quem ille inter virgines filias habitu foemineo servabat nomine mutato; nam virgines Pyrrham nominarunt, quoniam capillis flavis fuit, et Graece rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem cum rescissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores miserunt, qui rogarent, ut eum adiutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quaererent. Qui quum intelligere non possent, quis esset eorum, Ulysses in regio vestibulo munera foeminea posuit, in quibus clypeum et hastam, et subito tibicinem canere armorumque crepitum et clamorem fieri iussit. Achilles hostem arbitrans adesse vestem muliebrem dilaniavit atque clypeum et hastam arripuit. Ex hoc est cognitus suasque operas Argivis misit et milites Myrmidones.* cf. Philostr. Iun. Imag. 1. cui inscriptio „*Achilles in Scyro.*“ Ovid. Met. XIII, 162. sq. A. Am. I, 681. Prop. II, 7, 54. Hor. Od. I, 8, 13. Bion. XV. Apollod. III, 13, 8. ex quo haud dubie hae effictae

referenda sunt, quae Hyginus omisit: — *κἀκεῖ τρεφόμενος τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται, καὶ γίνεται αὐτῷ* (h. e. post discessum) *ὁ κληθεὶς Νεοπτόλεμος.* — Sed quo modo poeta fabulam conformaverit, neque ex fragmentis cognoscitur neque aliunde compertum habemus. Picturam huc spectantem descripsit Paus. 1, 22, 6.

I. (518.)

Philostrat. Iun. Imag. 1. p. 863. *Σκῦρος νῆσος, ἣν ὁ θεῖος Σοφοκλῆς ἀνεμωδέα καλεῖ.* cf. Iacobs. ad Philostr. p. 582.

II. (519.)

Plut. de audiend. poet. 13. p. 34. D. *Τὴν δὲ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἐν Σκύρῳ καθήμενον ἐν ταῖς παρθένοις γεγενημένην ἐπίπληξιν ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως·*

Σὺ δ' ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους,
ξαίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς;

καὶ πρὸς τὸν ἄσωτον οἷόν τε λέγεσθαι κτλ. Iterum hos versus Plut. de adul. et amic. 34. p. 72. D. affert praemissis verbis: *καὶ ὁ ἐν τοῖς Σκυρίοις Ὀδυσσεὺς,* pro *ἀποσβεννὺς* vero *καταισχύνων* exhibet. Hos versus Sophoclis esse Brunckius e dicendi ratione liquere dicit. Pro ὦ haud dubie corrigendum est *αὖ*, quod in praegressis habuit, ad quod referretur.

III. (520.)

Stob. LI, 24. *Σοφοκῆς Σκυρίοις.*

Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀργεύειν νέους.

Ἀργεύειν num editores recte interpretati sint *auferre*, vehementer dubito: nam affert versum Stobaeus in capite *περὶ τόλμης*, in quo eiusmodi sententia vix ferri potuit neque ulla amplius extat. Poeta dixisse videtur: *Bellum adolescentibus h. e. audacibus eget*, quod sic expressit: *Bellum adolescentes captare solet.* Egregie haec sententia fabulae argumento convenit et commode ab Ulixe Achillem abducturo proferri potuit.

IV. (521.)

Stob. LIX, 3. *Σοφοκλέους Σκυρίων.*

Οἱ ποντοναῦται τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,
οἷς οὔτε δαίμων οὔτε τις θεῶν νέμων
πλούτου ποτ' ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν.
λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν ἐμπολὰς μακρὰς
ἀεὶ παραρρίπτοντες οἱ πολύφθοροι
ἢ 'σωσαν ἢ 'κέρδαναν ἢ διώλεσαν.

Vs. 1. *Οἱ.* Paris. B. *ἦ.* vulg. Paris. A. vocem omittit. — Vs. 3. *codd. νείμειαν.* Brunckius dedit: *τὶς θεῶν νέμων πλοῦτόν, ποτ' ἂν νεί-*

μειεν κτλ. quod probat Ellendt. Lex. Soph. II. p. 579. Ac profecto νείμειαν ferri vix potest, πλούτου autem, quod satis commode cum χάριν coniungitur, cur in πλοῦτον mutetur, iusta non est causa. Recte igitur Dindorfius πλούτου retinuit, νείμειαν vero, in quo librarius propter praecedens ἄν, et propter sequentem vocem in ᾱν desinentem facile peccare potuit, in νείμειεν mutavit. Vs. 4. Paris. A. B. ἐπὶ ῥοπῆσιν. vulg. ἐπιῤῥοπῆσιν., Gaisf. λεπτῆς ἐπὶ ῥοπῆσι, quamquam id iam Scaliger. ad Manil. p. 280 tragicorum dicendi rationi convenienter λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν scripserat. Verba ἐμπολὰς μακρὰς — παραῤῥίπτοντες Ellendt. l. c. II. p. 49 non male de iis interpretatur, qui merces in longinquum h. e. per longinqua itinera proiiciunt s. periclitantur. — Vs. 6. codd. ἥς ὡς ἂν ἢ κέρδανον, nisi quod Paris. B. ἴσως ἄν (in quod Valck. Diatr. p. 240 coniectura inciderat), Paris. A. B. κέρδαναν (Valck. 'κέρδηναν.) habent. Grot. dedit: ἕως ἂν ἢ κέρδανον, Brunck. ἴσως ἂν ἢ 'κέρδαναν., Pors. Adv. p. 215. denique rectissime, ut supra edidimus.

V. (522.)

Stob. CXVI, 28. Σοφοκλέους Σκυρίων. (sic Paris. A.)

Οὐδὲν γὰρ ἄλγος, οἷον ἡ πολλὴ ζοή.

Codd. ζωή, quod Porso correxit. Hunc versum duo alii excipiunt sine auctoris nomine, quos Brunckius pro illo in Sophoclis Scyrios intulit:

Πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακὰ,
νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί.

Alterum vs. Clemens Alex. Protrept. p. 73. P. e Sophocle affert, sed ὦτ' ἀχρεῖα exhibet. Coniunctim omnes sine auctoris et fabulae nominibus praebet Mich. Apost. XIII, 72. c. (Arsen. XLI, 44. XVI, 90. 91.) p. 595. ed. Leutsch.

V!. (523.)

Stob. CXXIV, 17. Σοφοκλέους Σκυρίων.

Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ,
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι,
ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν ἦν.
νῦν δ', ὦ γεραιὲ, τοῦτ' ἀνηνύτως ἔχει,
τὸν ἐν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν.
κἀμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν
ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς.

Vs. 5. vulg. τὸν μὲν τάφῳ. Paris. τὸ μὲν τ. unde genuinam scripturam τὸν ἐν elicuit Th. Bergkius (Ind. lectt. Marburg. 1843. 44. p. VII.) bene simul monens, verba Diomedis esse videri, qui Lycomedem consolatus sit. Vs. 6. καί μοι γὰρ ἂν πατήρ τε. vulg. κἀμοὶ — τε. Paris. B., sed male ἦν pro ἄν.

VII. (524.)

Hesych. *Ἀποστιβὴς* (cod. *ἀποστιβ··*), *ἀποπεφοιτηκώς, οὐ τὴν αὐτὴν τρίβον στείβων, τουτέστι φοιτῶν. Σοφοκλῆς Σκυρίαις* (cod. *σοφοκλῆς κυρίαις.*)

VIII. (525.)

Hesych. *Αὐτόσυτον* (cod. *αὐτόσυτον*), *αὐτοκέλευστον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις* (cod. *ἀκυρίοις.*). Omisso fabulae nomine praebent locum Bekk. An. p. 467, 31. Bachm. An. I. p. 168, 19.

IX. (526.)

Hesych. *Ἀχρήματον* (cod. *ἀχρήματα*), *ἀδάπανον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις.*

X. (527.)

Hesych. *Εὔωρος.* Cf. fgm. 208.

ΣΥΝΑΕΙΠΝΟΙ.

Verum huius fabulae titulum *Συνδείπνους* fuisse e Ciceronis testimonio (quod infra apposuimus) liquet: eundemque praebent etiam Hesychius (fgm. VIII) et Athenaeus (fgm. III. IV.). Nam neque ea, quae deipnosophista (libro VIII. p. 365. B.) scripsit: *σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας — — — διόπερ τινὲς* (v. c. Stobaeus, scholiastes Sophoclis et Hesychius. cf. fgm. I, V, VI, VII.) *καὶ τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα κατὰ τὸ οὐδέτερον ἐπιγράφειν ἀξιοῦσι Σύνδειπνον* neque quod is ipse (cf. fgm. II.) semel titulum *Ἀχαιῶν σύνδειπνον* exhibuit)[47]), sententiae nostrae repugnant, si quidem considerantur, quae de variis fabularum inscriptionibus in adnot. ad Niptra disputavimus. Si autem fabula e re, de qua in ea agebatur [*Ἀχαιῶν*] *σύνδειπνον* nominari potuit, titulo *Σύνδειπνοι*, quum convivium (*σύνδειπνον*) sine convivis (*σύνδειπνοι*) cogitari nequeat, non chorum, sed (veluti titulo *Ἡρακλεῖδαι* et aliis) personas, quarum fata dramati materiam praebebant, significari facile intellegitur. Sed Toupius, Bruncius, Boeckhius titulo *Ἀχαιῶν σύνδειπνον* adeo sunt decepti, ut *Ἀχαιῶν σύλλογον* et *Ἀχαιῶν σύνδειπνον* diversos eiusdem dramatis titulos esse statuerent: in qua re viros doctissimos errasse iam supra (ad *Ἀχαιῶν σύλλογον*) ostendimus. —

Ad argumentum quod attinet, Welcker p. 233. acute cum ex fgm. II, quo se aliquis aspere tractatum esse queritur, tum ex eo, quod Penelopae proci in Ulixis domo commissantes ab Homero

---

47) Quum neque ullus alius scriptor neque Athenaeus ipse eo loco, quo de fabulae nomine verba fecit, genitivum *Ἀχαιῶν* adiecerit, vereor equidem, ne is a librario quodam adiectus sit, cui idem accidit, quod multis viris doctis nostri temporis accidisse vidimus, ut *Ἀχαιῶν σύλλογον* et *Σύνδειπνον* unam eandemque fabulam esse arbitratus genitivum Ἀχαιῶν ab altera ad alteram referret.

Achaei appellantur, nomine *συνδείπνοις* eosdem Penelope procos significari itaque dramate ea expressa esse coniecit, quae Homerus Odysseae libris XVII—XXII descripsit quaeque etiam Aeschylus in tetralogia, cuius pars *Ὀστολόγοι* fuere, tractasse videtur. (cf. p. 86.) Quod verissime coniectatum esse non modo ex fgm. VI, ex quo Ulixem inter personas fuisse liquet, atque ex iis, quae Ulixes apud Homerum (Od. XVII, 461. XVIII, 393. XX, 285. sq.) a superbis procis passus est (nam ab eiusmodi iniuriis iidem facile ad illam Ulixis contumeliam procedere poterant, qua is se affectum esse fragmento II narrat), sed maxime ex Athenaeo cognosci potest, qui iam ante, quam Aeschyli et Sophoclis fragmenta attulit, de Penelopae procis egit, paullo post illa vero (p. 17. F.) sic pergit: *ἀλλ' οὐδ' ὅτε μνηστῆρας εἰσάγει* (sc. *Ὅμηρος*) *μεθύοντας, οὐδὲ τότε τοιαύτην ἀκοσμίαν εἰσήγαγεν, ὡς Σοφοκλῆς καὶ Αἰσχύλος πεποιήκασιν, ἀλλὰ πόδα βόειον ἐπὶ τὸν Ὀδυσσέα ῥιπτούμενον.* Miror hunc locum, quo omnis dubitatio de fabulae argumento tollitur, editores fugisse. Utinam vero nobis etiam fragmenta vel veterum scriptorum testimonia servata essent, ex quibus cognosci posset, quae fabulae fuerit compositio: nam ne illud quidem satis constat, utrum ea satyrica fuerit an tragoedia. Valckenarius enim, Brunckius, Boeckhius (Trag. Graec. Princ. p. 128. 132.) et Fritzschius (Euphrosyn. p. 49.) fabulam dicunt satyricam fuisse cum propter matulam in ea commemoratam (fgm. II.), tum propter fragm. VI., tum propter verba Ciceronis (ad Quint. fr. II, 16, 3.) *„Συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.“* Iam vero Manutius, Schuetzius, alii vocem *actam* bene respicientes a Tullio videri rem significari monuerunt, quae inter coenam alicubi (fortasse apud Caesarem) Quinto Ciceroni acciderit, qua is tanquam Ulixis Sophoclei partes agere h. c. convivarum quorundam iniurias castigare coactus fuerit. Nempe M. Cicero non Sophocleum drama, sed rem, qua Qu. frater illud imitatus est, (*fabellam* idcirco dictam) improbavit. Multo minus fragm. VI offensioni esse potest, praecipue quum de nexu sententiarum, quarum illud pars fuit, non constet; ad matulam vero quod attinet, omnis dramatis satyrici suspicio tollitur Pollucis (II, 223) verbis: *καὶ ἡ τραγῳδία τὴν ἀμίδα οὐράνην ἐκάλεσε.* Nam errasse G. Hermannum, qui voce *τραγῳδία* etiam significari drama satyricum potuisse existimavit, iam supra (p. 336) ostendimus. Si igitur e Pollucis testimonio apparere dicimus, *Συνδείπνους tragoediam* fuisse, sententia nostra eo quoque confirmatur, quod argumentum fabulae satis grave a satyrorum spurcitiis alienissimum fuit. Argumenta minoris momenti omittimus.

I. (528.)

Stob. XXVI, 1. *Σοφοκλέους ἐκ Συνδείπνου.*

Λάθα Πιερίδων στυγερὰ καὶ ἀνάρετος
ὠδυνάσεις θανάτοις εὐπορμότατε,
μελέων ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν.

Sic libri, nisi quod cod. Voss. *ἀνάρεστος*, Paris. A. *ἀνάρατος*, Vindob. *ἀνάρετος* teste Gaisfordo ad Stob. Eclog. p. 867. habet. Grotius ingeniose correxit: *Λήθα Πιερίσι στυγερὰ κ' ἀνέραστος· Ἁ δὲ μνᾶσις Θνατοῖς εὐποτμότατος, μεγίστου Ἀνέχουσα κτλ.* Brunckius: *Λάθα | Πιερίσι στυγερὰ κἀνάρσιος· | ἁ δὲ μνᾶσίς γ' εὐποτμότατος, | Θνατοῖς μελέου | ἀνέχουσα κτλ.* At nec *Πιερίδων* nec *μελέων* mutandum esse recte monuit Welcker p. 233. locumque sic exhibuit:

Λάθα Πιερίδων στυγερὰ καὶ ἀνάρετος, ἁ δὲ μνᾶστις
Θνατοῖς εὐποτμότατος μελέων, ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν.

Ad eius sententiam accedit Schneidewinus (in Philolog. III. p. 122.), nisi quod pro *καὶ ἀνάρετος* e Paris. A. *κἀνάρατος*, quae vox cum similibus tragicorum locutionibus, v. c. *ἄξηλος* comparanda sit, recipi et *εὐποτμοτάτα* scribi iubet, hanc esse loci sententiam recte dicens: *Musarum oblivio* (h. e. in Musarum oblivionem cadere) *invisa atque ingrata est: carminum memoria vero mortalibus felicissima, quippe quae breve vitae confinium sustentet* h. e. beatus ille, cuius brevis vita poesi continuatur.

II. (529.)

Athen. I. p. 17. D. allato Aesch. fgm. 172 pergit: *καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχαιῶν συνδείπνῳ*

Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον.
ἐδειματούμην δ' οὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο.

Athenaeum exscripsit Eustath. p. 1828, 28. sed *πλέον* pro *πνέον* praebet. Haud temere Sophocles in eadem re iisdem verbis atque Aeschylus usus esse videtur. — Huc Pollucem (II, 223) respexisse supra iam monuimus.

III. (530.)

Athen. XV. p. 678. F. — *φιλόσοφοι, περὶ ὧν καὶ Σοφοκλῆς Συνδείπνοις φησὶν οὑσί σοι παραπλησίοις*

Οὗτοι γένειον ὧδε χρὴ διηλιφὲς
φοροῦντα κἀντίπαιδα καὶ γένει μέγαν
γαστρὸς καλεῖσθαι παῖδα, τοῦ πατρὸς παρόν.

Bene monuit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 354, compellari (haud dubie ab Ulixe) adolescentem, qui os et mentum ciborum avide devoratorum adipe perunctum gerat. — Vs. 3. *γαστρὸς* tanquam matris. cf. Phot. p. 586, 23. *τῆς μητρὸς ὡς αἶξ καλεῖται. οἱ γὰρ ἔριφοι ἐν τοῖς αἰπολίοις ἀπὸ τῶν μητέρων γνωρίζονται. ἀπὸ πατέρων γὰρ ἀδύνατον.* — Welcker ad scenam, in qua hoc fragmentum locum habuit, haud improbabiliter etiam fgm. 736, 754, 697. rettulit.

IV. (531.)

Athen. XV. p. 686. A. *Ἐπεὶ δὲ σε ὁρῶ ξέοινον ἤδη γεγενημένον (οὕτω δ' εἴρηκε τὸν μεθύσην Ἄλεξις ἐν Εἰσοικιζομένῳ) παύσομαί σε ἐρεσχελῶν καὶ τοῖς παισὶ παρακελεύομαι κατὰ τὸν Σοφοκλέα, ὃς ἐν Συνδείπνοις φησὶ*

Φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν
κρατῆρ' . ὅδ' ἀνὴρ οὐ, πρὶν ἂν φάγῃ καλῶς,
ὅμοια καὶ βοῦς ἐργάτης ἐργάζεται.

Sic libri. — Vs. 1. Th. Bergkius pro *φορεῖτε* **legi** *φυρᾶτε* **maluit, quod illi longe posthabendum est: iubentur enim servi, ut e sequentibus et ex Athenai verbis liquet, ea afferre, quae ad edendum et bibendum necessaria sunt.** *Μασσέτω* **Ahrens male vertit:** *abstergeat*, **quod quid h. l. sibi velit non video: significat potius** *condepsat*, **et subaudiendum est** *μᾶζαν*. **— Vs. 2. verbis** *ὅδ' ἀνὴρ κτλ.* **corruptela inesse videtur, quum aptam sententiam non praebeant, si cum sequentibus coniunguntur. Nam parum vel potius nihil proficimus, si post** *ἐργάτης* **interpungimus et verba** *ὅμοια — ἐργάτης* **cum verbis** *πρὶν — κάλως* **coniungimus; imo vereor, ne hac interpunctione, — ut alia, quae ei obstant, taceam — divellantur, quae proxime cohaerere debent,** *βοῦς ἐργάτης* **et** *ἐργάζεται*. **Sed quid corruptum sit, perspici nequit, nisi quae fuerit totius loci ratio exploratum est. Welcker et Ahrens Ulixem derideri aiunt tanquam vino inductum (cf. Odyss. XXI, 293.** *οἶνός σε τρώει μελιηδής· κτλ.*), **quum arcum sibi expetisset. At huic sententiae verba** *ἐγχείτω βαθὺν κρατῆρα* **obstant. Itaque potius statuendum videtur, verba esse prolata ab aliquo, qui, quum alium quendam in opere difficili vires exhaurientem videret, eum vino ciboque ad rem perpetrandam corrobari iuberet. Idem Brunckius et Porso (Adv. p. 128.) sensisse videntur, quum ille** *οὐδεὶς ἀνὴρ πρὶν κτλ.*, **hic** *ὅδ' ἀνὴρ ὃς πρὶν κτλ.* **proposuerit. Sed Brunckii correctio a codicum scriptura nimis recedit, Porsonis sententiam non satis aptam praebere mihi videtur. Ipse igitur emendaverim:** *ὅδ' ἀνὴρ οὐ, πρὶν ἂν φάγῃ, κάμοι*. **Sic bene explicatur, cur antea dictum sit:** *φορεῖτε κτλ.* **— Ceterum num verba Ulixi dicta sint, qui, quum arcus tendendi periculum faceret, initio infirmitatem simulaverit, non ausim discernere.**

V. (532.)

Schol. Soph. OC. 9. *Βεβήλοις οὖν, τοῖς πᾶσι βασίμοις τόποις, μηδὲ ἀνειμένοις θεοῖς. ἐκ μεταφορᾶς δὲ βεβήλους καὶ τοὺς ἀμυήτους φασὶ καὶ ἀκαθάρτους. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Συνδείπνῳ βέβηλον τὸν ἰδιώτην φησί.* **Hinc emendatum est Etym. M. p. 194, 5., in quo erat** *Σοφοκλῆς δὲ ἐν Οἰδίποδι βέβηλον τὸν ἰδιώτην φησί.*

VI. (533.)

Schol. Soph. Ai. 190. *ἐπὶ τούτοις δὲ ἐξευμενιζόμενος* **(sc.** *ὁ Λυτόλυκος*) *τὸν Σίσυφον ἐξένισεν αὐτὸν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀντίκλειαν συγκατέκλινεν αὐτῷ, καὶ ἔγκυον ἐξ αὐτοῦ γενομένην τὴν παῖδα συνῴκισε**

Λαέρτη, δι' ὃ Σισύφου ὁ Ὀδυσεύς . τὸν δὲ Ὀδυσσέα Σισύφου συνήθως φησὶ Σοφοκλῆς καὶ ἐν Συνδείπνῳ·

Ὦ πάντα πράσσων, ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς
ἔνδηλος ἐν σοὶ πανταχοῦ, μητρὸς πατήρ.

καὶ Αἰσχύλος (fgm. 167.) καὶ Εὐριπίδης (Cycl. 102.) — Ineptum esse πατὴρ iam vidit Brunckius, qui eius loco substituit Leopardi (Emendatt. XIII, 5.) correctionem φθορεύς. Sed qua ratione haec vox in πατὴρ depravari potuerit haud facile intellegitur. Itaque multo probabilior est O. Schneideri (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1840. p. 1275.) correctio βατήρ. Nam quamvis eius vocis usus aliorum scriptorum auctoritate non firmetur, tamen verbum βαίνειν eadem vi qua ἀναβαίνειν (i. q. βινεῖν) usurpatum esse constat. Schneider ipse incerti scriptoris locum ab Eustath. ad Odyss. p. 1678. servatum βαινόμενος, βαίνων, ὅτε νυμφίος, ἄλλοτε νύμφη. Pseudophocl. 175. Aristoph. Ran. 48. et schol. ad eum usum probandum attulit, quibus exemplis Achaei fgm. 26. (Tragic. Fragm. Vol. III. p. 66.) locosque ibi a nobis congestos addas. Ne quis autem tale quid a tragoedia alienum esse dicat, Schneider, quamquam ipse fabulam satyricam fuisse opinatus, apte contulit Aesch. Eum. 628. sq. Well. Minus recte vero, id quod Welcker p. 1534 dudum monuit, simul πολὺς collat. Eur. Hec. 130. in κόπις mutavit et versus interpunctione seiunxit. Ceterum non ineptum fuerit μητρὸς βάτης. cf. Hesych. s. v.

VII. (534.)

Hesych. Ἀξειῶται, ἔθνος τῆς Τρῳάδος . Σοφοκλῆς Συνδείπνῳ. (cod. σὺν δείπν.) cf. Steph. Byz. s. v.

VIII. (534. b.)

Hesych. v. Μάσθλη. cf. Fragm. 137.

Welcker praeterea hnc refert fgm. 724.

ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ. Vide ΠΑΝΔΩΡΑ.

ΤΑΛΩΣ. Vide ΔΑΙΔΑΛΟΣ.

ΤΑΝΤΑΛΟΣ.

Huius dramatis notitiam debemus veteri cod. Vindob. Stobaei, cuius lemmata et varias scripturas nuper Gaisfordus ad calcem Eclog. Stob. publici iuris fecit, neque est, cur hunc titulum in dubitationem *vocemus, quum Tantalum* etiam Phrynichus et Aristarchus scripserint.

ed quid fabula continuerit, nisi ex titulo divinare non possumus. Unde antalum in ea poenas (quas primus descripsit Hom. Od. XI, 582.).) diis dedisse suspiceris, quia iis hospitio ipsius utentibus, quos ntaret, Pelopem, filium suum, coctum apposuerat. Dii enim sce- re facile perspecto cibum aversati erant praeter unam Cererem, uae pueri humerum comederat, cuius loco Iupiter postea illi in tam revocato eburneum dedit. cf. Serv. ad Virg. Georg. III, 7. ygin. fab. LXXXIII.

I. (535.)

Stob. CXXI, 3. *Σοφοῦ ταντᾶ* (cod. Vindob. teste Gaisfordo l. c. 913.)

Βιοτῆς μὲν γὰρ
χρόνος ἐστὶ βραχύς· κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς
κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Paris. A. locus deest, in reliquis est lemma *Σιμονίδου* (sic) quod aud dubie fluxit e loco (fgm. LIII. ed. Schneidewin.) in quibus- am codd. praecedente, in aliis (v. c. Vindob.) subsequente; nam agmentum Simonidis esse non posse dudum perspexit Schneide- inus p. 77. — In cod. Vindob. ei simul praepositum est signum

h. e. *χοροῦ*.

T E Y K P O Σ.

Quodnam argumentum *Teucro* fuerit, nisi coniectura augurari on possumus: nam in fragmentis nihil inest, ex quo argumentum ognoscere liceat. Si autem verum est, quod viri docti affirmant, acuvium Sophoclis fabulam imitatione expressisse, quum eius imi- ationis aliquot fragmenta[48]) supersint, quae argumenti summam

[48]) Quae h. l. subiicienda esse putavimus, ne quid omisisse videremur, uod ad drama Sophoclis accuratius cognoscendum facere posset.

I. II. Cic. de Orat. II, 46. Tamen in hoc genere saepe ipse vidi, quum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur spondalia (sponda. Hermann.) illa dicentis:

Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi?
Neque paternum adspectum es veritus?

Nunquam illum *adspectum* dicebat, quin mihi Telamon iratus furere luctu filii videretur. Ut idem inflexa ad miserabilem sonum voce,

Quem aetate exacta, indigem
Liberum lacerasti, orbasti, exstinxti; neque fratris necis,
Neque gnati eius parvi, qui tibi in tutelam est traditus —

flens ac lugens dicere videbatur! Quae si ille histrio, quotidie quum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat; quid? Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit.

indicant, argumentum in iis positum fuisse probabile est, quae Aeschylus in Salaminiis tractasse fertur quaeque tradidit schol. ad Horat. Od. I, 7, 29. „*Telamon filiis Teucro et Aiaci, ad Troianum*

III. Varro de LL. VI. p. 79. (97.). Cic. de Div. I, 36, 80. Fit etiam saepe specie quadam, saepe vocum gravitate et cantibus, ut pellantur animi vehementius: saepe etiam cura et timore, qualis est illa:

Flexanima tanquam lymphata aut Bacchi sacris
Commota, in tumulis commemorans Teucrum suum (meum Scaliger. et Bergk.)

IV. Varro de L. L. l. c.

Halcyonis ritu littus pervolgans furor.

Bergkius *feror* corrigi et hoc fragm. cum antecedente coniungi iussit.

V. Sosip. Charis. 39. p. 85. Dixerunt etiam significatione sobolis masculino genere ut Pacuvius:

Qui stirpem occidit meum?

Quo iure Bothius hunc locum ad Teucrum rettulerit, equidem ignoro.

VI. Nonius Marc. de var. signif. serm. p. 243. *Alumnum*, filium. — Pacuvius in Teucro:

Quae desiderio alumnum, poenitudine
Squales scapresque inculta vastitudine.

cf. Non. p. 152. v. poenitudinem. p. 169. v. scapres. p. 184. v. vastities. Fest. p. 585, 13. v. vastum.

VII. Nonius de hon. et nov. vet. dict. p. 111. v. *facul.* pro faciliter. — Pacuvius Teucro

Nos illum interea praeficiendo propitiaturos facul
Remur.

Welcker perliciendo.

VIII. Festus s. v. *Reciprocare* pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere. Pacuvius in Teucro:

Rapio, recipryco, percito, angusto, citare, rectem,
reciprocare, unde eque gremiis subiectare, adfigere.

Quae sic correxit O. Muellerus: *Pacuvius in Teucro.*

Rapio, reciproco percito animo ultro citro

Et in Oreste:

Reciprocare undam, eque gremiis subiectare ac fligere.

IX. Nonius de hon. et nov. vet. dict. p. 159. *Putret.* Pacuvius Teucro:

Quamquam annisque et aetate hoc corpus putret.

X. Festus. p. 356. v. *tagit.* Pacuvius in Teucro:

Ut ego, si quisquam me tagit.

XI. Priscian. IV. p. 634. P. Pacuvius Teucro:

Postquam defessus perrogitando advenas
De gnatis, neque quemquam invenit scium.

Welcker mavult *inveni.*

XII. Fest. p. 226. v. redhostire. Non. l. c. p. 121. *hostire* est comprimere, recedere, dictum ab hostia. Pacuvius Teucro:

Nisi coerceo (Non. coercuero)
Protervitatem atque hostio ferocium.

XIII. Fest. p. 253. v. Sas. Pacuvius Teucro:

Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet.

ellum proficiscentibus legem posuit, ut alter sine altero non rediret. Hiace igitur interempto, quod per dolum Ulyssis in iudicio armorum ictus esset, quum ipse corpus Achillis liberasset, Teucer memor im-

---

XIV. Non l. c. p. 154. v. *Providere*, movere et ferre. Pacuvius Teucro:

Aut me occide, illa hinc sine usquam provigeam gradum.

Reuvens. Collect. lit. p. 94. *illince nusquam probitam gradum.*

XV. XVI. Non. de var. signif. serm. p. 306. *Facessere* significat recedere. — Pacuvius Teucro:

Te repudio nec recipio, naturam dico facessi.

Item:

Facessite hinc omnes, parumper tu mane.

Mercerus in priori fragmento corrigit: *natum abdico, facesse.*

XVII. Non. l. c. p. 413. *v. Tueri*, videre. — Pacuvius Teucro:

Quam te post multis tueor tempestatibus.

Cf. Non. l. c. p. 407. v. tempestas.

XVIII. Non. de mut. coniug. p. 506. v. *Amplant*, pro amplificant. Pacuvius Teucro:

Ubi poetae pro sua parte falsa conficta canant,
Qui causam humilem dictis amplant.

XIX. Festus. p. 228. v. *Profusus*, abiectus, iacens. Pacuvius [Teucro:]

Profusus gemitu, murmuro, [ocei stians ruat.]

G. Hermannus (de Aesch. Trag. Aiac. et Teucr. p. 19.) correxit: *murmure occursans ruat.*

XX. Fest. p. 217. v. *Perpetrat*, peragit, perficit. Pacuvius in Teucro:

Neque perpetrare precibus inpetria quidetinni patris.

G. Hermannus l. c. scripsit: *imperio quiit.* Et in Niptris. Muell. impetrita quit.

XXI. Cic. Tusc. V, 37, 108. Itaque ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest:

Patria est, ubicunque est bene.

Hinc Sophoclis fuisse putant versum, quem Aristophanes in Pluto (1151.) exhibuit:

πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ὅν' ἂν πράσσῃ τις εὖ.

XXII. Priscian. V. p. 668. P. Fest. p. 230. v. *Plera.* Pacuvius Teucro:

Periere Danai, plera pars pessumdata est.

XXIII. Non. de mut. declin. p. 490. *Ferocia*, ferocitate. Pacuvius Teucro:

Nisi citia ferocitate atque ferocia.

Mercerus corrigit: *nici coerceo ferocitatem atque ferociam*, locumque a fgm. XII non differre censet; Bothius: *nisi cito is ferocitatem aequo ferocia.*

XXIV. Non. de hon. et nov. vet. dict. p. 74. v. *Accepso*, accipio. Pacuvius Teucro:

Haud sinam quidquam profari, priusquam accepso, quod peto.

XXV. Non. l. c. p. 155. v. *Properatim* et *Properiter*, celeriter, properanter. — Pacuvius Teucro:

Mihi classem imperat
Thessalam, nostramque in altum ut properiter ducerem.

XXVI. Serv. ad Virg. Aen. IX, 667. Pacuvius in Teucro:

Flictus navium.

perii paterni et patrem patriamque fugiens responso Apollinis cum sociis in Cypro urbem condidit.“ Extrema accuratius, ut e Pacuvii fragmentis (l. II.) intellegitur, narrant Schol. Aesch. Pers. 891. φασὶ γὰρ ὅτι τοῦ Αἴαντος αὐτόχειρος γεγονότος ὁ Τεῦκρος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ἐν τῇ Σαλαμῖνι τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀπελθὼν οὐκ ἐδέχθη τῷ πατρὶ Τελαμῶνι, ἀλλ' ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς Σαλαμῖνος, ὡς μὴ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἴαντα κωλύσας σφαγισθησόμενον ὑφ' αὐτοῦ. Κατελθὼν οὖν ἐν τῇ Κύπρῳ ἀνεδείματο πόλιν καὶ ταύτην καλέσας ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν Ἀττικῇ. Schol. Pind. Nem. IV, 68. Τεῦκρος ἐλθὼν μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἰλίου ἐν Σαλαμῖνι καὶ ὑπονοηθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος ὡς αἴτιος γεγονὼς τοῦ φόνου τοῦ Αἴαντος φυγὼν ᾤκισε τὴν Κύπρον καὶ ἔσχεν αὐτῆς τὴν ἀρχήν. Paus. I, 28, 12. Ἔστι δὲ τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπologοῦνται. Τεῦκρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι οὕτως ἀπologήσασθαι μηδὲν ἐς τὸν Αἴαντος θάνατον εἰργασθαι. Vellei. Pat. I, 1. „*Teucer, non receptus a patre Telamone, ob segnitiam non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum appulsus, cognomine patriae suae Salamina constituit.*“ cf. Eurip. Helen. 90 — 94. 142. sq. Pind. Nem. IV, 49. Virg. Aen. I, 619. Hor. Od. I, 7, 21. sq. Quae bene cum iis conveniunt, quae Sophocles ipse in Aiace (1002 — 1020) significavit, in qua fabula Teucrum introduxit timoris plenum, ne a patre ob Aiacis mortem proditionis incusaretur et in exilium mitteretur. Itaque veri est simillimum, Teucrum in *Teucro* mox post tempestatem, qua Aiax Locrus interiit, in patriam reversum a criminibus, quae pater ei obiecerit, se defendisse, postremo autem ab illo expulsum ex Apollinis dicto (cf. Eurip. Hor. ll. cc.) in Cyprum insulam se contulisse. Cui argumento bene convenit, quod a Welckero huc relatum est fgm. II. — Atqui diffiteri non possumus, etiam aliud dramatis argumentum cogitari posse. Dubitationem enim movent duo Aristotelis loci, quorum altero (Rhet. III, 15.) haec: Ἄλλος ἐκ τοῦ διαβολῆς κατηγορεῖν ἡλίκον, καὶ τοῦτο ὅτι ἄλλας κρίσεις ποιεῖ καὶ ὅτι οὐ πιστεύει τῷ πράγματι. κοινὸς δ' ἀμφοῖν ὁ τόπος τὸ σύμβολα λέγειν, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ Ὀδυσσεὺς ὅτι οἰκεῖος (ὁ Τεῦκρος) τῷ Πριάμῳ· ἡ γὰρ Ἡσιόνη ἀδελφή· ὁ δὲ (Τεῦκρος), ὅτι ὁ πατὴρ ἐχθρὸς τῷ Πριάμῳ ὁ Τελαμών, καὶ ὅτι οὐ κατεῖπε τῶν κατασκόπων. altero (ibid. II, 23) haec habet: Ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὑτοὺς πρὸς τὸν εἰπόντα· διαφέρει δὲ ὁ τρόπος, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ· ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς

XXVII. Varro de L. L. V, 1, 5. Coelius ap. Cic. Epist. VIII, 2. Serv. ad Virg. Aen. I, 87.

Armamentum stridor,
Strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus.

Welcker praeterea huc refert versus a Cicerone (Tusc. IV, 23, 52) servatos: „Semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore:

Nam facinus fecit maxumum, quum, Danais inclinantibus
Summam rem perficit manu, restituit proelium insaniens.

De his fragmentis deque fabulae conformatione praeclare egit God. Hermannus in diss. de Aeschyli tragoediis fata Aiacis et Teucri complexis. Lips. 1838. p. 15. sq. (Opusc. VII.) cf. Ladewig. Anal. Scen. p. 24. sq.

Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν. οὐ φάσκοντος δὲ, εἶτα εἶπεν, σὺ μὲν ὢν Ἀριστοφῶν οὐκ ἂν προδοίης, ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης; Hinc Teucrum apparet, quum Aiacis corpus in solitudine exanime esset repertum, ab Ulixe tanquam illius interfectorem proditionisque esse accusatum. Quam accusationem sat probabilem videri Graecis potuisse, liquet inde, quod Teucer ipse apud Soph. Ai. 1012. sq. tale quid metuens de se dicit:

οὗτος τί κρύψει; ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν
τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον,
τὸν δειλίᾳ προδόντα καὶ κακανδρίᾳ
σὲ, φίλτατ' Αἴας, ἢ δόλοισιν, ὡς τὰ σὰ
κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς.

et vs. 1021.

ἐν Τροίᾳ δέ μοι
πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦρα δ' ὠφελήσιμα.
καὶ ταῦτα πάντα σοῦ θανόντος εὑρόμην.

Teucer vero a gravi ista incusatione, qua in extremum fere discrimen adductus est, fortiter se defendit, cuius ex defensione particulam praebet Aristoteles (altero loco) fortasse sic restituendam:

Σὺ μέν γ' Ὀδυσσεὺς ὢν ἂν αὐτὸν οὐ κτάνοις,
ἐγὼ δὲ Τεῦκρος ὤν;

ac per se intellegitur, in fine fabulae eius innocentiam atque integritatem esse patefactam. — Quum Aristoteles, ubi poetarum nomina omisit, tantummodo clarissimos quosque respexerit, facile inducimur, ut eum Sophoclis Teucrum dixisse credamus. Sunt quidem, qui Aristotelis verba ad Ionis vel ignoti cuiusdam tragici (v. c. Nicomachi) fabulam referant: sed obstare videtur, quod ille ad Ionem nunquam respexit et alius poetae nomen vix omittere potuit, quum facile huius fabula cum Sophoclea commutari potuerit. Quae quum ita sint, videndum est, ne potius nobis fatendum sit, nescire nos, quodnam argumentum Sophocles tractaverit. Eius tragoediam vero ante Ol. LXXXIX, 2 scenae commissam esse e fgm. I probabile est.

I. (536.)

Aristoph. Nub. 583. *Βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς.* ad quae verba scholiastes: *παρὰ τὰ ἐν Τεύκρῳ Σοφοκλέους*

οἰρανοῦ δ' ἄπο
ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς.

Welcker haec collatis Pacuvii fgm. XXII. XXVI. XXVII in narratione de tempestate, qua Aiax Locrus interiit, locum habuisse censet.

II. (537.)

Cic. Tusc. III, 29, 71. *Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is quum audisset de sui, fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur:*

Nec vero tanta praeditus sapientia
Quisquam est, qui aliorum aerumnam dictis allevans,
Non idem, quum fortuna mutata impetum
Convertat, clade subita frangatur sua;
Ut illa ad alios dicta et praecepta excidant.

Verba graeca servavit Stob. CXIV, 6. c. lem. *Σοφοκλέους Οἰδίποδι.*[49])

Τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σοφωτάτους φρενὶ
τοιούσδ' ἰδοις ἄν, οἷός ἐστι νῦν ὅδε,
καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι.
ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν
μάστιγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον,
τὰ πολλὰ φροῦδα καὶ καλῶς εἰρημένα.

Vs. 1. Paris. A. *αὖ*, **reliqui** *ἄν*. **Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 74.) pro** *φρενὶ* **maluit** *φρένα*, **vs. 3.** *καλοὺς* **pro** *καλῶς*, **male. Vs. 4. Paris. B.** *ὅταν δ' ὁ*, **quod recepimus; reliqui** *ὅταν δέ*. **Similiter poeta trag. inc. (fragm. CLXXXVI. Vol. III. p. 222.)** *ὅταν ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά*. — **Vs. 5.** *μάστιγ'*, **quod aptam sententiam vix praebet, Ellendtius (Lex. Soph. II. p. 573.) et Th. Bergkius bene in** *πλάστιγγ'* **mutarunt; hic simul monens,** *μάστιξ* **pro** *πλάστιγξ* **usupari potuisse, etiamsi ab Aeschylo (Choeph. 288. usu solitario)** *πλάστιγξ* **pro** *μάστιξ* **adhibitum sit.**

III. (538.)

Stob. CXXII, 10. *Σοφοκλέους Τεύκρου.*

Ὡς ἆρ', ὦ τέκνον, κενὴν
ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου,
ὡς ζῶντος· ἡ δ' ἆρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσά με
ἔσαιν' Ἐρινὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον.

Vs. 1. Pro *ὦ* **Paris. A.** *αὖ*, **vs. 4. pro** *ἔσαιν'* **idem** *ἔσσεν*. **Voss.** *ἐρινῦς*. — **Vs. 3. pro** *λαθοῦσα* **Bergkius (comment. de fragm. Soph. p. 29.) proposuit** *δακοῦσα*, **haud feliciter.**

---

[49]) Lemma huius loci Grotius propter Ciceronis verba in *Οἰλεύς* mutavit, quod, quamquam saepius pro fabularum titulis personarum in iis agentium nomina posita sunt (cf. p. 174. sq.) tamen probari nequit, quum illi versus ab Oileo ipso proferri non possent. Atqui simile quid a Stobaeo scriptum esse probabile est e similitudine literarum in vocibus *ΟΙΛΕΤΣ* et *ΟΙΔΙΠΟΤΣ*; fortasse in archetypo tale quid legebatur: *Σοφοκλέους* (vel *παρὰ Σοφοκλεῖ*) *Οἰλεῖ λέγει τις*. unde corruptum illud lemma originem duxit. Bruncknius locum in Aiacem Locrum intulit, sed quum in ea fabula, si quidem recte eius argumentum perspectum habemus, nec Telamo nec Oïleus partes agere possent, Welcker *eum huc rettulit*, quod probabile haud dubie cuique videbitur, qui ad eius viri *doctissimi sententiam* de fabulae argumento conceptam accesserit.

IV. (539.)

Steph. Byz. *Κυχρεῖος πάγος, περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ.*

Blomfield l. c. praeterea ad hanc fabulam referri iubet versus, quos sine auctoris et fabulae nomine Anon. gram. de tropis (in Boisson. An. Gr. III. p. 274, 1 et in Walzii Rhet. VIII. p. 738, 14.) affert:

Τεῦκρος δὲ, τόξου χρώμενος φειδωλίᾳ
ὑπὲρ τάφρου πηδῶντας ἔστησε Φρύγας.

εἴρηται γὰρ φειδωλίᾳ ἀντὶ τοῦ ἀκριβείᾳ. — Vs. 2. non opus est, ut scribatur *ἔστησεν.* cf. Chaeremon. fragm. 20. (Tragic. Fragm. Vol. III. p. 141.) et exempla ibi a nobis congesta. — Welcker Teucro tribuit fgm. 714.

ΤΗΛΕΦΟΣ. Vide *ΜΥΣΟΙ.*

ΤΗΡΕΥΣ.

Terei historiam copiosissime atque ornatissime exposuit Ovid. Met. VI, 411. sqq. tragicos haud dubie poetas secutus, paucis adumbrarunt Apollod. III, 14. 8. Conon. narr. XXXI. *ὡς Τηρεὺς, βασιλεὺς Θρᾳκῶν τῶν περὶ Δαυλίαν καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα, ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα τὴν Πανδίονος βασιλεύοντος Ἀθηνῶν, καὶ ὡς ἐπεμάνη καὶ ἐμίγη ἀκούσῃ Φιλομήλᾳ τῇ ἀδελφῇ Πρόκνης, καὶ τέμνει τὴν αὐτῆς γλῶσσαν, δεδιὼς τὸν ἐκ λόγων θρίαμβον.* [50]) *ἡ δὲ πέπλον ὑφαίνουσα γράφει τὰ πάθη τοῖς νήμασι. καὶ ἡ Πρόκνη μαθοῦσα καὶ ἀμυνομένη παρατίθησιν αὐτῷ δεῖπνον τὰ αὐτοῦ γεννήματα, ὁ δὲ Τηρεὺς, μαθὼν τοῦ δείπνου τὸ μύσος ὑπ' αὐτῆς Πρόκνης, ἐδίωκεν αὐτήν τε καὶ τὴν ἀδελφὴν ὡς συνεργὸν ξίφει ἀνελεῖν. τὰς δὲ μῦθος λαβὼν ἐντεῦθεν Πρόκνην μὲν ἀηδόνα ποιεῖ, Φιλομήλαν δὲ χελιδόνα. καὶ ᾄδουσι διὰ παντὸς τὰς τότε συμφοράς. ἀλλὰ καὶ ὁ Τηρεὺς εἰς ἔποπα ἕπτη τῷ μύθῳ· καὶ οἱ δ' ἐν ὄρνισιν αὐτούς φασι πέπαυσθαι τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ἔποπες ἀεὶ ἀηδόνας καὶ χελιδόνας διώκουσιν.* cf. Schol. Aristoph. Av. 212. Heraclit. de incredib. 35. Aelian. Hist. An. II, 3. Achill. Tat. V, 5. Liban. narr. 12, 13. p. 1103. Tzetz. ad Hesiod. p. 130. Probus ad Virgil. Aen. V, 78. (primum e cod. Paris. a Duebnero publicatus in: Revue de philol., de lit. et d'hist. anc. I. Paris. 1835. p. 26.). Eam a Sophocle tractatam esse testes sunt Scholiast. Aristoph. Av. 100. ad comici verba: „*Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλῆς λυμαίνεται, ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.*

---

[50]) Welcker. p. 381. verba *δεδιὼς* — *θρίαμβον* Sophoclis esse c[illegible]

haec adnotans: *ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπορνιθωμένον καὶ τὴν Πρόκνην. ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα.* [51]) et fgm. V. VIII. Ex alio igitur fonte hausta sunt, quae narrantur ab Hygin. fab. XLV.; aliumque Horatius respexisse videtur, quum scriberet (A. P. 187.): *ne coram populo in avem Procne vertatur:* nam tale quid a Sophocle alienum esse nemo non intellegit. Sophoclei dramatis haud pauca fragmenta aetatem tulerunt, sed non ita sunt comparata, ut cognosci possit, quae eius fuerit conformatio atque dispositio. Attamen Welcker 374—388 partim Ovidio partim Attio, (cuius Tereum ad Sophoclis exemplar compositam fuisse censet) ducibus partim coniectura nixus tragoediam quasi refingere conatus fuit, cuius ingeniosam expositionem legisse haud quaquam poenitebit. — Ceterum hoc argumento Sophoclem primum usum esse testatur schol. Aristoph. Av. 230. *ὁ Σοφοκλῆς πρῶτος τὸν Τηρέα ἐποίησεν, εἶτα Φιλοκλῆς.* Fabulam ante Ol. XCI, 3 actam esse inde quod Aristophanes l. c. eam respexit, apparet.

I. (540.)

Stob. LXVIII, 19. *Σοφοκλέους Τηρεῖ.*

Νῦν δ' οὐδέν εἰμι· χωρὶς ἀλλὰ πολλάκις
ἔβλεψα ταύτῃ τὴν γυναικείαν φύσιν,
ὡς οὐδέν ἐσμεν· αἱ νέαι μὲν γὰρ πατρὸς
ἥδιστον οἶμαι ζῶμεν ἀνθρώπων βίον·
τερπνῶς γὰρ ἀεὶ πάντας ἀνοία τρέφει.
ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω, καὶ διεμπολώμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο,
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
αἱ δ' εἰς ἀήθη δώμαθ', αἱ δ' ἐπίρροθα.
καὶ ταῦτ', ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία,
χρεὼν ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν.

Sic libri, nisi quod vs. 2. Paris. A. B. *ταύτην*, vs. 3. Paris. B. *μὲν γὰρ ἐν πατρὸς*, vs. 6. omnes *εὔφρονες*, vs. 7. *διεμπολούμεθα*, vs. 10. denique omnes praeter Paris. B. *ἀληθῆ* habent. Sed manifesto plura in his versibus corrupta sunt, de quibus infra dicemus. Vs. 1. vulgo post *χωρὶς* interpungebatur, quamvis, quid sit *νῦν δ' οὐδέν εἰμι χωρίς*, haud facile intellegatur. Nam sententia, quam nonnulli editores in his verbis inesse statuebant: „*nunc vero deserta nihil sum*," Graece sic exprimi nullo modo potuit. Itaque Th. Bergkius *εἰμὶ χωρὶς* in *εἰμ' ὦ Χλωρὶς* mutavit, famulam appellari arbitratus; recte autem Welcker p. 1543. nullum extare exemplum monuit, quo ser-

[51]) De extremis verbis, quae scholiastes male de suo adiecit, vide Welker. p. 386.

vum vel servam nominatim appellatum esse probetur. Quam ob rem rectius egisse nobis videtur Brunckius interpunctione post εἰμὶ posita, quamquam non dixit, qua ratione χωρὶς intellegi velit: cuius mentem fortasse Iacobsius (Lectt. Stob. p. 111.) aperuit, quum sibi h. l. χωρὶς βλέπειν idem esse videri diceret, atque κατ' ἐμαυτὴν ἐσκεψάμην. Χωρὶς significat *seorsum*, *privatim*, velut apud Eur. Hec. 860. 980. Sententia igitur est: *Privatim vero saepe consideravi* etc. — Vs. 3. sq. quum codicum scriptura aptam sententiam non praebeat, Scaliger correxit, αἱ νέαι μὲν γὰρ πάρος, Grotius αἱ νέαι γὰρ ἐν πατρὸς, ut mente adiiciatur οἴκῳ. Valcken. (ad Theocr. Adon. p. 322.) Brunckius, Dindorfius, Ahrens: αἱ νέαι μὲν ἐν πατρὸς κτλ. Sed his emendationibus minime sanatus mihi videtur locus: nam et admodum rara est, si locutionem ἐς Ἅιδου vel ἐν Ἅιδου exceperis, praecipue apud tragicos, vocis οἶκος omissio, et οἶμαι h. l. ineptum est: praeterea particularum μὲν γὰρ neutra abesse potest. Itaque scribendum esse puto: αἳ νέαι μὲν γὰρ πατρὸς ἥδιστ' ἐν οἴκῳ (vel οἴκοις) ζῶμεν ἀνθρώπων βίον, nisi forte etiam in verbis αἳ νέαι corruptela latet (— quod mihi paene certum videtur verba ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' consideranti, nam puellae manent νέαι, etiamsi ἐς ἥβην pervenerunt —) locusque sic restituendus est: νήπιαι μὲν γὰρ πατρὸς ἥδιστ' ἐν οἴκῳ ζῶμεν ἀνθρώπων βίον. Nunc demum etiam satis apta est quae sequitur vox ἀνοία. De hac forma, cuius loco Gaisfordus dedit ἄνοια, Brunckius maluit ἡ ἄγνοια, vide quae disputavit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 166. — Vs. 6. ἔμφρονες pro vulg. εὔφρονες emendavit Dobraeus. — Vs. 7. διεμπολώμεθα correxerunt Valcken. l. c. et Porso Adv. p. 188. — Vs. 10. Λήθη, quod e Paris. B. editores pro vulg. ἀληθῆ (— in Paris. A. Schneidewino teste est ἀληθῆ —) receperunt, quodque Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 148.) et Ellendtius defendunt dicentes: „ἀήθη esse *insueta*, nam ἀηθίαν significare insolitam vitae rationem Eur. Hel. 425.“ ferri nullo modo posse et Iacobsius olim vidit et Schneidewinus (in Philolog. II. p. 755) nuper monuit. Nam mirum esset, si poeta dixisset, *alias* (αἱ δ') recens nuptas in domos insuetas pervenire, quum id in *omnes* cadat. Itaque Iacobsius correxit: σαλευτὰ h. e. *in domos, quas fortuna adversa exagitat, calamitatum fluctibus quassatas* coll. Oed. T. 23. Ant. 163. El. 1074. Sed σαλευτὸς per se solum vix significare potest: *fortuna adversa exagitatum*, itaque Schneidewinus scribi iussit: αἱ δ' εἰς ἀλιτρὰ δώματ' ἠδ' ἐπίρροθα. Procne enim, inquit, in describenda conditione, cui mulieres recens nuptae obnoxiae sunt, auget eius intolerantiam dicens: *aliae (divenduntur) viris exteris, aliae barbaris, aliae in domos sceleribus inquinatas atque flagitiosas;* nam recte Brunckium statuisse, ἐπίρροθα i. q. ἐπίψογα h. e. *flagitiosas, reprehensione dignas* valere. cf. Hesych. ἐπίρροθα, ἐπίψογα, quae glossa huc referenda videtur. Quae Schneidewini correctio ut ingeniosa sit, nescio tamen, an locus faciliori medicina sic restitui possit: αἱ δ' εἰς ἀηδῆ δώματ', αἱ δ' ἐπίρροθα h. e. *aliae (divenduntur) in domos molestas (adversas), aliae in flagitiosas,*

II. (541.)

Stob. XXXIX, 12. *Σοφοκλέους Τηρέως·*

Πολλά σε ζηλῶ βίου,
μάλιστα δ', εἰ γῆς μὴ πεπείρασαι ξένης.

Codd. *κάλλιστα*, correctum a Brunckio et Porsone ad Eur. Phoen. 878. — Vs. 2. cf. Aristarch. fgm. 2. (Vol. III. p. 17.) *ἔρωτος ὅστις μὴ πεπείραται βροτῶν.*

III. IV. (542. a. b.)

Stob. LXXXVI, 12. *Σοφοκλῆς Τηρεῖ·*

Ἐν φύλῳ ἀνθρώπων μί' ἔδειξε
πατρὸς καὶ μητρὸς ἥμέας ἀμέρα
τοὺς πάντας, οὐδεὶς ἔξοχος
ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου.
βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας.
τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν . τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν
ἔσχεν ἀνάγκης.

Sic libri, nisi quod vs. 1. Paris. B. *φύλων*, vs. 2. *ματρος*, vs. 5. omnes praeter Paris. A. B. Gesneri marg. *κοσμεῖ* habent.

Stob. XCVIII, 45. *Σοφοκλέους Τηρεῖ.*

Τὰν δ' ἀνθρώπου ζωὰν ποικιλομήτιδες ἄται
πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.

Hos locos Th. Bergkius (Ind. lectt. Marburg. 1843. 44. p. VIII.) coniunxit et sic emendavit atque constituit:

Ἔν φῦλον ἀνθρώπων μί' ἔδειξε πατρὸς καὶ ματρὸς ἡμᾶς
ἄμέρα τοὺς πάντας· οὐδεὶς ἔξοχος ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου.
βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν.
τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔσχεν ἀνάγκας· τὰν γὰρ ἀνθρώπου ζόαν
ποικιλομήτιδες ἄται
πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.

Simulque ex antistropha huius carminis petitos esse coniecit versus quosdam a Plutarcho sine fabulae nomine allatos (fgm. 749.). — De prioris loci restitutione viro doctissimo assentior neque dubito, quin ex eodem chori carmine uterque petitus sit: num vero alter proxime cum illo coniunctus fuerit, dubito. Praeterea vs. 3. offendit *ἡμῶν*, quae vox, quocunque refertur, inepta et supervacanea est. Itaque nescio an corrigendum sit *ὄλβος ἡβῶν* (i. q. *πάμπλουτος ὄλβος*. fgm. 227. vs. 5.) cf. Aesch. Ag. 570. *ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ τοῖς γέρουσιν εὖ μαθεῖν.* Eur. Alc. 1085. *ἡβᾷ σοι κακόν.* Heracl. 703. *λῆμα τὸ σὸν ἡβᾷ.* Alc. 670. *ἡβήσας ἐν τυραννίδι.* Saepius enim literas *μ* et *β* confusas esse nemo *nescit. cf.* Bast. comment. palaeogr. p. 708.

V. (543.)

Aristot. Poet. c. XVI. δευτέραι δὲ (sc. ἀναγνωρίσεις) αἱ πεποιημέναι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ· διὸ οὐκ ἄτεχνοι· οἷον Ὀρέστης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἀνεγνώρισε τὴν αδελφὴν, ἀναγνωρισθεὶς ὑπ' ἐκείνης· ἐκείνη μὲν γὰρ διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἐκεῖνος δὲ διὰ τῶν σημείων . ταῦτα οὖν αὐτὸς λέγει ἃ βούλεται ὁ ποιητὴς, ἀλλ' οὐχ ὁ μῦθος. δι' ὃ ἐγγὺς τῆς εἰρημένης ἁμαρτίας ἐστίν· ἐξῆν γὰρ ἂν ἕνια καὶ ἐνεγκεῖν. καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ ἡ τῆς κερκίδος φωνή. Extrema significant *telae vocem* h. e. signa intexta quibus tela quasi loquitur (cf. Conon. l. c. ἡ δὲ πέπλον ὑφαίνουσα γράφει τὰ πάθη τοῖς νήμασι. Schol. Aristoph. Av. 712. — ὑφαίνουσα διὰ γραμμάτων ἐδήλωσε τὸ συμβάν. similiter Apollod. l. c. Liban. l. c. Achill. Tat. l. c.): sic enim ea recte a Welckero explicata esse intellegitur, si antecedentia Aristotelis verba considerantur et cum his comparantur. Perquam improbabilis vero est interpretandi ratio, quam Ahrens proposuit. „Sono radii, inquit enim, quem forte audivit Procne recordatio patriae excitatur et quum inquirat diligentius, Philomela custodia inclusa detegitur."

VI. (544.)

Stob. X, 25. Σοφοκλέους Τηρεῖ.

Φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.

Simillimus est vs. (Antig. 1041.) τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

VII. (545.)

Stob. XIII, 5. Σοφοκλέους Τηρεῖ. (sic Paris. A.)

Θάρσει· λέγων τἀληθὲς οὐ σφαλεῖ ποτέ.

In cod. Vindob. est Εὐριπίδου Τηρεῖ, ac simili errore Euripidi versum vindicant Mich. Apost. X, 12. Arsen. Viol. p. 286. ed. Walz. In Ioan. Damasc. Exc. cod. Flor. (teste Gaisf. Append. ad Stob. Ecl. p. 844.) est Σοφ. ἐκ Τειρεσίου. In libris, item apud Apost. et Arsen., est σφάλλῃ, sed quinque codd. Schowii, Io. Damascen. l. c. et Paris B. a manu sec. σφαλῇ, unde Brunckius restituit σφαλεῖ.

VIII. (546.)

Stob. CVIII, 58. Σοφοκλέους Τηρεῖ.

Ἀλγεινὰ, Πρόκνη, δῆλον· ἀλλ' ὅμως χρεὼν
τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν.

IX. (547.)

Herodian. περὶ διχρόνων apud Cram. An. Gr. Ox. III. p. 295, 8. (exscriptus a Dracone p. 35, 3 et grammatico Hermanni p. 444.) .... ὅθεν καὶ τὸ φάρος συστέλλον τὸ α, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ (fgm. 206.) καὶ ἐν Τηρεῖ

σπεύδουσαν αὐτὴν, ἐν δὲ ποικίλῳ φάρει.

De alio Herodiani loco, quo idem versus affertur, vide fgm. 206.

X. (548.)

Schol. Aesch. Prom. 128. *Ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς* (versibus Anacreonteis) *οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς θρηνητικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τηρεῖ.*

XI. (549.)

Schol. Hom. Il. ο', 705. *Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τεταρτῳ Ἀττικῶν ὀνομάτων οὕτως ἔφη· φίλιππος μὲν τῆς μέσης δασυνομένης τὸ προσηγορικόν· οὕτως γὰρ καὶ ἐν Τηρεῖ Σοφοκλέους ἀναγινώσκομεν*

Ἥλιε, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας.

Φιλίπποις pro vulg. *φίλιππος* correxit Osann. ad Philemon. p. VII. Pro *σέλας* Bothius apte correxit *σέβας* comprobante Lobeck. Aglaoph. I. p. 296. Cum hoc versu dignus est qui conferatur locus Aeschyli (Sept. 372.) *λαμπρὰ δὲ πανσέληνος ἐν μέσῳ σάκει, πρέσβιστον ἄστρων, νυκτὸς ὀφθαλμὸς, πρέπει.*

XII. (550.)

Stob. XX, 32. *Σοφοκλέους Τηρεῖ.*

Ἄνους ἐκεῖνος, αἱ δὲ ἀνούστεραι ἔτι
*ἐκεῖνον ἠμύναντο * καρτερόν.*
Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν
μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον,
ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

In cod. Reg. lemma adscriptum est versui 1, et tertio: *τοῦ αὐτοῦ Τηρεῖ;* in cod. Vindob. autem, in quo versus continuo ordine leguntur, tantummodo vs. 1. praepositum est. Etiam in codd. Schowii A. C. vs. 3. sq. cum antecedentibus cohaerent. — Vs. 1. Brunckius dedit: *αἱ δ' ἀνούστεραί γ' ἔτι,* et vs. 2. ex Grotii emendatione *καρτερώτερον.* Gaisfordus proposuit: *αἱ δ' ἀνούστεραι πολὺ κτλ.* ad vs. 2 autem affert Porsonis (Adv. p. 307.) correctionem *κατὰ τὸ καρτερόν.* Prius probat Bamberger (Coniect. in poet. gr. Brunsvig. 1841), vs. 2 autem scribi mavult *πρὸς τὸ καρτερόν.* O. Schneider (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1842. p. 685.) denique scripsit: *αἵδ' ἀνούστεραι δ' ἔτι — — καρτερώτερον,* quamquam raros esse eiusmodi comparativos (cf. Lobeck. Paralip. p. 14.) se nescire non negat. In eandem vs. 1. emendationem ego quoque incidi, nam *αἵδ'* (non *αἱ δ'*) ipsa sententia requiritur: vs. 2. autem Porsonis correctionem praetulerim. — Praeclare Welcker p. 383. verba chori esse monuit de Terei et sororum facinoribus iudicantis.

XIII. (551.)

Stob. XXII, 22. *Σοφοκλέους Τηρεῖ.* (*ἀγηρεῖ* cod. Vindob. teste *Gaisford.* Addend. ad Stob. Ecl. p. 866.)

Θνητὰ φρονεῖν χρὴ τὴν θνητὴν φύσιν,
τοῦτο κατειδότας, ὡς οὐκ ἔστιν
πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων
ταμίας, ὅτι χρὴ τετελέσθαι.

Sic libri nisi quod *τὴν* in Paris. A. et cod. Vindob. deest. Vs. 1. anapaestos sic restituit Grotius: *θνητὴν δὲ φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν*, probabilius autem vitata nimia verborum transpositione A. Nauckius: *θνητὴν δὲ φρονεῖν χρὴ θνητὰ φύσιν.*

XIV. (552. a.)

Stob. XCVIII, 46. *ἐν ταὐτῷ.* (sic cod. Vindob. teste Gaisf. l. c. p. 902. praecedit vero fragm. IV.)

Ζῴη τις ἀνθρώπων, τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως
ἥδιστα πορσύνων, τὸ δ' ἐς αὔριον ἀεὶ τυφλὸν ἕρπει.

In reliquit libris deest lemma; in omnibus vero legitur *ζώοι*, quod correxi.

XV. (552. b.)

Hesych. *Αἴγλη, χλίδων. Σοφοκλῆς Τηρεῖ.* Idem esse *χλίδωνα* atque *ψέλλιον* docuit Dindorf. Aristoph. fgm. p. VI. cf. Athen. XII. p. 525. F.

De loco Stob. CV, 21. vulgo huc relato vide infra fgm. 605. Admodum probabiliter autem ex hac fabula fluxisse Welcker dicit fgm. 726 et quod inter Aeschylea nunc circumfertur fgm. 279.

ΤΡΙΠΤΟΛΕΜΟΣ.

De Triptolemo haec tradit Hyginus (fab. CXLVII.): „*Quum Ceres Proserpinam filiam suam quaereret devenit ad Eleusinum regem, cuius uxor Cothonea puerum Triptolemum pepererat, seque nutricem lactantem simulavit. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres cum vellet alumnum suum immortalem reddere, interdiu lacte divino alebat, noctu clam in igne obruebat. Itaque, praeterquam solebant mortales, crescebat. Id sic fieri cum mirarentur parentes eam observaverunt. Cum Ceres eum vellet in ignem mittere, pater expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit, at Triptolemo alumno suo aeternum beneficium tribuit: nam fruges propagati* (leg. *propagatum ei*) *currum draconibus iunctum tradidit, quibus vehens orbem terrarum frugibus obsevit. Postquam domum rediit, Celeus eum pro benefacto interfici iussit: sed re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum dedit, quod ex patris nomine Eleusinum nominavit, fierique sacrum instituit, quod*

Thesmophoria graece dicuntur.“ Consentiunt fere Ovid. Met. V, 642—661. Apollod. I, 5, 1. sq. Serv. ad Virg. Georg. I, 19. Lactant. Placid. ad Stat. Theb. II, 382. Mythogr. Vat. II, 99., nisi quod Statii schol. Triptolemi adversarium *Cepheum*, Servius *Cephalum* appellat, ex quo nomine fortasse illa nomina, certe Hygini *Celeus*, emendanda sunt, quum Cepheus et Cephalus, id quod Welcker p. 301. monuit, ad pagum Cephalen referendi sint, cuius heros Cephalus per Procridem (vide huius fab. argum.) ad poesim tragicam pertineat, nisi forte alius quidam Cephalus, Mercurii et Herse filius (cf. Apollod. III, 14, 3.) dictus sit. Hyginum ista narratione Sophoclei dramatis summam nobis exhibuisse cum per se veri est simile, — nam in plerisque fabulis eum poetas tragicos secutum esse constat, Triptolemum vero, quantum scimus, nemo praeter Sophoclem scripsit — tum ex veterum scriptorum testimoniis cognosci potest. Ex Dionysio (fgm. II.) enim discimus Cererem Triptolemo viam descripsisse, qua is varias terras pervasurus et frumentum ab ipsa acceptum inserturus esset. Quin etiam currus a draconibus vecti, quo Triptolemus usus esse fertur, vestigia apparent, apud Etym. (fgm. X.). Triptolemum ab itinere reversum copiosius de eo exposuisse Strabo, Herodianus, Plinius, Hesychius, Schol. Eurip. (cf. fgm. III—IX.) testes sunt. Pariter fragmenta (XI—XVII.) quae ad potum cibumve pertinent, egregie isti argumento conveniunt. Qua ratione autem id a poeta conformatum ac tractatum fuerit, admodum dubium est: nam quae Welcker p. 299. sq. ea de re ingeniose disputavit, coniectura nituntur vix omni ex parte probabili. Egregie vero vir doctissimus (Trilog. Aesch. p. 514. Append. p. 56. 292. Trag. Gr. p. 311.) eorum repudiavit sententiam, qui (v. c. Brunckius) fragmentis, quibus varia cibi potusque genera commemorantur, decepti fabulam satyricam fuisse dixerunt: haud facile etiam intellegitur, quid satyris cum Cerere et Triptolemo Eleusiniorumque institutione commune esse potuerit. Praeterea apertis verbis scripsit Dionys. l. c.: *Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν Τριπτολέμῳ δράματι.* Itaque Lessingius acutissimus peritissimusque rerum scenicarum existimator, Triptolemum tragoediis accensere non dubitavit. Sed quod idem ex Plinii (l. c. fgm. IV.) verbis consequi dixit, Triptolemum primam fuisse Sophoclis tragoediam, id non tam certum est, quam illi visum sit. Nam Plinius scripsit: „*annis fere CXLV*,“ non „*annis CXLV*;“ Lessingius vero illud *fere* neglexit, quum computationem suam institueret. Itaque non opus est ratione ceteroqui probabili, qua Welcker p. 310 eam redarguit.

I. (553.)

Schol. Pind. Ol. XI, 1. *Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·*

Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.

cf. Valck. ad Ammon. p. 76. Versus ex Cereris oratione (cf. *fgm. II.*) petitus videtur. Apte contulit Welcker Aesch. Prom. 791.

II. (554.)

Dionys. Halic. Antiq. Rom. I, 12. (Ex Dionysii Hal. Antiq. Historiae gentis Rom. p. I. e codd. mss. emend. I. A. Ambrosch. Vratisl. 1846. p. 4.) *Οἰνώτρου δὲ κομίσαντος αὐτοὺς εἰς Ἰταλίαν Οἰνωτροι χρόνον τινὰ ἐκλήθησαν· μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν Τριπτολέμῳ δράματι. πεποίηται γὰρ αὐτῷ Δημήτηρ διδάσκουσα τὸν Τριπτόλεμον, ὅσην χώραν ἀναγκασθήσεται σπείρων τοῖς δοθεῖσιν ὑπ' αὐτῆς καρποῖς διεξελθεῖν· μνησθεῖσα δὲ τῆς ἐφ' οὗ πρῶτον Ἰταλίας, ἥ ἐστιν ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας μέχρι πορθμοῦ Σικελικοῦ, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς ἀντικρὺ ἀψαμένη Σικελίας, ἐπὶ τὴν ἑσπέριον Ἰταλίαν αὖθις ἀναστρέφει καὶ τὰ μέγιστα τῶν οἰκούντων τὴν παράλιον ταύτην ἐθνῶν διεξέρχεται, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Οἰνώτρων οἰκήσεως ποιησαμένη . ἀπόχρη δὲ ταῦτα μόνα λεχθέντα τῶν ἰαμβείων, ἐν οἷς φησι·*

τὰ ἐξόπισθε, χειρὸς εἰς τὰ δεξιὰ,
Οἰνωτρία τε πᾶσα καὶ Τυρσηνικὸς
κόλπος Λιγυστική τε γῆ σε δέξεται.

Welcker p. 305. non Cererem ipsam, sed Triptolemum ipsis deae verbis loqui putat. Sed cf. Hygin. Poet. Astr. II, 14. (fgm. V.)

III. (555.)

Strabo. I, 2, 20. p. 27. ed. Cr. *Τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ μεθ' Ὁμήρου ποίησιν ἓν εἰς συνάγειν τῇ τῶν ἄλλων ποιητῶν εἰς τε τἆλλα καὶ εἰς αὐτὰ τὰ νῦν προκείμενα, τὰ τῆς γεωγραφίας, καὶ μηδὲν αὐτῷ πρεσβεῖον ἀπονέμειν· καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, τόν γε Τριπτόλεμον τὸν Σοφοκλέους ἢ τὸν ἐν Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου πρόλογον ἐπελθόντα καὶ παραβαλόντα τὴν Ὁμήρου περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιμέλειαν, ῥᾷον ἦν αἰσθέσθαι τὴν ὑπερβολὴν ἢ τὴν διαφοράν . ὅπου γὰρ χρεία τάξεως ὧν μέμνηται τόπων, φυλάττει τὴν τάξιν ὁμοίως μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, ὁμοίως δὲ τῶν ἄπωθεν. — οἱ δ', ἐφ' ὧν τάξεως χρεία, ὁ μὲν τὸν Διόνυσον ἐπιόντα τὰ ἔθνη φράζων, ὁ δὲ τὸν Τριπτόλεμον τὴν κατασπειρομένην γῆν, τὰ μὲν πολὺ διεστῶτα συνάπτουσιν ἐγγύς, τὰ δὲ συνεχῆ διασπῶσι.* **(Eur. Bacch. 13—17.)** *τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Τριπτόλεμος ποιεῖ.*

IV. (556.)

Plin. H. N. XVIII, 12. (c. VII, s. 65.) *„Hae fuere sententiae Alexandro Magno regnante, cum clarissima fuit Graecia atque in toto terrarum orbe potentissima, ita tamen, ut ante mortem eius annis fere CXLV Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum translata sententia:*

Et fortunatam Italiam frumento canere candido

quae laus peculiaris hodieque Italico est.“

V. (557.)

Herodian. *περὶ μον. λέξ.* **p. 9, 29.** *Χαρναβῶν Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ*

Καὶ Χαρναβῶντος, ὃς Γετῶν ἄρχει τὰ νῦν.

Sic versum restituerunt Odofr. Mueller (Prolegg. Mythol. p. 201.) et Lobeckius (Aglaoph. p. 215. 1351. quum in codice esset: κ. χ. ὅτι τῶν ὃς γε ἄρχει τὰ νῦν. — *Χαρναβῶν* confirmatur Arcadio (p. 10, 12) et Theognosto (in Cram. Anecd. Oxon. II, 29, 30. coll. III, p. 241, 14.) — Lobeckius l. c. simul aptissime conferri iussit Hygin. Poet. Astron. II, 14. „*Qui apud nostros scriptores anguitenens dictus est, supra Scorpionem constitutus, tenens manibus anguem medium corpus eius implicantem. Hunc complures Carnabonta dixerunt nomine, Getarum, qui in Mysia sunt, regem fuisse* (sic vulgatam *Getarum regem qui sunt in Mysia regione fuisse* correxi): *qui eodem tempore regno est potitus, quo primum semina frugum mortalibus tradita esse existimantur. Ceres enim cum sua beneficia largiretur hominibus, Triptolemum, cuius ipsa fuerat nutrix, in curru draconum collocatum* (*qui primus hominum una rota dicitur usus, ne cursu moraretur*) *iussit omnium nationum agros circumeuntem semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum a fero victu segregarentur. Qui cum pervenisset ad eum, quem supra diximus, Getarum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus: deinde, non ut beneficus advena et innocens, sed ut crudelissimus hostis, insidiis captus, aliorum paratus producere, suam paene perdidit vitam. Carnabontis enim iussu cum draco unus eorum esset interfectus, ne, cum Triptolemus sensisset insidias sibi parari, curru praesidium sibi constituere speraret, Ceres eo venisse et ereptum adolescenti currum dracone altero subiecto reddidisse, regem pro coepto maleficio poena non mediocri affecisse narratur.* Dubitari non potest, quin ea in hac fabula narrata sint.

VI. (558.)

Schol. Eurip. Troad. 220. et Cobet. (e codd. Vat. et Neapol.) τινὲς φασι καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Καρχηδόνα ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος κτισθῆναι, Σοφοκλῆς δὲ ἐπὶ τῶν καιρῶν Τριπτολέμου οἰκισθῆναι τὴν Καρχηδόνα, ἐν οἷς φησι

Καρχηδόνος δὲ κράσπεδ' ἐστ'. Β. ἀσπάζομαι.

Vat. κράσπεδ ... ἀσπ. Neap. κράσπεδες (—δ cum compendio syllabae ες) ἀσπ. Interlocutoris notam addidit Cobetius. — Cum olim falso traderetur, in cod. esse κρασπα τιν, G. Hermannus (de fragm. in schol. Vat. ad Eur. Troad. et Rhes. p. 5. Opusc. V. p. 184.) correxerat: *Καρχηδόνος δὲ προστάτην ἀσπάζομαι*, Th. Bergkius (de fragm. Soph. p. 30.) κράσπεδ', ἥν, Ellendtius (Lex. Soph. I. p. 922.) κρασπέδων collat. Eurip. fgm. 383. et Suid. v. κράσπεδα ὄρους . οἱ πρόποδες, τὰ ὁμαλὰ καὶ ἐπίπεδα. — Si Cobetius recte versum inter duas personas distribuit, eum nisi in primo Cereris et Triptolemi colloquio, (ex quo fgm. I. II. superesse videntur), locum habere non potuisse intellegitur; sed fortasse in ἀσπάζομαι corruptela latet, ut ἄσπαστά μοι vel similiter corrigendum sit. — Welcker p. 307 hunc versum excepisse censet fgm. 782.

VII. (559.)

Hesych. v. *Ἴαννα.* **cf. fgm. 56.**

VIII. (560.)

Hesych. *Ἰλυρὶς γονή, ἀντὶ τοῦ Ἰλυρὶς γενεά* (cod. *γονέα*) . *γράφεται δὲ καὶ γυνή . ὁ δὲ Καλλίστρατος γύη ἀντὶ τοῦ γῆ . χρῶνται γὰρ οὕτως. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.*

IX. (561.)

Schol. Soph. OC. 504. *χρῆ 'σται μ' ἐφευρεῖν·) χρείη ἔσται, κατὰ συναλοιφὴν χρῄσται, ἀντὶ τοῦ χρείη ἔσται. δηλοῦται δὲ ταὐτὸν τῷ δεήσει . καὶ ἐν Τριπτολέμῳ*

χρῆ 'σται δέ σ' ἐνθένδ' αὖθις —

Legitur *χρῄσται* **(Dindorf. ad Soph. l. c.** *χρὴ 'σται*), **sed aut** *χρῆ 'σται* **Wolfio (Anal. Liter. II. p. 456.) et Reisigio (Syntagm. crit. p. 32.), ducibus, aut** *χρῄσται* **(malim** *χρήσται*) **Th. Bergkio (Arisoph. fragm. p. 1206.) auctore scribendum videtur. Nihil discernit Suid. v.** *χρή*, **apud quem ter vitiose** *χρῆσθαι* **legitur.**

X. (562.)

Etym. M. p. 395, 11. *Πλίσσεσθαι τὸ βάδην διαβαίνειν, καὶ πλίγμα τὸ διάστημα τῶν ποδῶν. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ*

Δράκοντε θαιρὸν ἀμφιπλῖξ εἰληφότε.

περιβάδην. **Sic locum e Rufo Ephesio de partibus hom. p. 32. emendavit Koenius ad Greg. Cor. p. 548, quum vulgo legeretur** *δράκοντα δ' αἶρον ἀμφιπλῖξ εἰληφότες*, **quae scriptura etiam in Etym. Leidensi (apud Koen. l. c. et apud Gaisf. in adnot. ad Etym. l. c.) et apud Phavorinum (Ecl. p. 215, 10. Dindf.) extat, nisi quod** *εἰληφότε* **legitur, et verba** *Σοφοκλῆς, οἷον* **praemissa sunt. Emendationem illam confirmant ex parte Pollux II, 172.** *τὰ μέντοι μεταξὺ ὑποστήματος καὶ ὀσχέου καὶ μηροῦ πλιχάδες καλοῦνται, ὅθεν καὶ τὸ διαβαίνειν οἱ ποιηταὶ ἀμφιπλίσσειν λέγουσι, καὶ τὸ περιβάδην ἀμφιπλίξ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς κατεχρήσατο ἐπὶ δρακόντων εἰπών „θαιρὸν ἀμφιπλῖξ εἰληφότα“ οἷον περιβεβηκότα.* **Hesych.** *θαιρὸς, ὁ διήκων ἀπὸ τοῦ ἄνω μέρους ἕως κάτω στροφεὺς τῆς θύρας, ἢ ἄξων. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* **Eustath. p. 914, 33.** *ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται καὶ ὅτι θαιρὸς ὁ ἄξων παρὰ Σοφοκλεῖ.* *Ἀμφιπλῖξ* **e Triptolemo Sophoclis commemorant Schol. Aristoph. Ach. 217. Suid. v.** *περιβάδην* **et** *πλίξ.*

XI. (563.)

Hesych. *Δαΐς. Σοφοκλῆς. Ἦλθε δὲ δαὶς θηλει . . πρέσβις τῇ θεῶν. ἡ δι' ἐράνων εὐωχία . ἔνιοι δὲ τὰς Μούσας. Τριπτολέμῳ.* **Sic cod. Marc. Musurus dedit:** *ἦλθε δὲ δαὶς θήλεια, πρεσβίστη θεῶν.* **Grotius rectius:** *ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια, πρεσβίστη θεῶν* **optimeque ver-**

tit: *Daps, quae Deum antiquissima est.* Postrema emendari possunt ex Hesych. v. Θαλεία (sic.) ἔνιοι δὲ τὴν Μοῦσαν. Schowius proposuit: *Λαὶς Θάλεια, πρέσβις τῶν θεῶν,* quod probari posset, si πρέσβις eadem vi qua πρεσβεύτειρα positum esse constaret. De voce Θάλεια, frequenti *Δαιτὸς*, epitheto vid. Hom. Il. VII, 475. Od. III, 420. VIII, 76. 99. Hes. Op. 740. Athen. II, p. 40. D. *Dapem* s. Θαλίαν (hoc nomen in vasorum picturis conspicitur. cf. Hom. Il. IX, 143. 285. etc.) vero non solam venisse suspicatur Welcker. p. 304., sed coniunctam cum aliis hominum geniis ad Cereris societatem pertinentibus v. c. Θεωρία (Aristoph. Pac. 523. 713. sqq. 887. sq.), Ὀπώρα (Aristoph. Pac. 523. 706. sq.), Εἰρήνη, Μύστις, Τελέτη, Ὁσία.; itaque huc referendum esse fgm. 733.

XII. (564.)

Athen. II. p. 67. C. *Γάρος.* — *Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* „τοῦ ταριχηροῦ γαροῦ." Versum integrum servavit Pollux VI, 65. *γάρος, ὡς Σοφοκλῆς*

οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάρου.

Anapaestum in quarto pede vario modo removerunt viri docti. Blomfieldus (Mus. crit. Cantabrig. I. p. 148.) correxit: *οὐδ' ἡ τάλαν' ἁλοῦσα ταρχηροῦ γάρου.* Ellendt. (Lex. Soph. I. p. 427.) *δοῦσα ταρχηροῦ.* Th. Bergkius: *σὺ δ' ἡ τάλαινα δὸς ταριχαροῦ.* Meinekius (Poet. com. fragm. II. p. 178.) *οὐδὲν ἡ τάλαινα δοῦσα τοῦ ταριχαροῦ γάρου.* Duentzer olim *οὐδὲν ἡ τάλαινα δεῖσα τοῦ ταριχηροῦ γάρου.* (collat. Suid. v. δεῖσα, *ἡ ὑγρασία καὶ κόπρος.* Eustath. ad Il. p. 413, 13. *δεῖσα, ἡ ὑγρασία.*) coniecit, nuper (in Philol. III. p. 137.) autem abiecta ista opinione scripsit: *οὐδ' ἡ τάλαινα τοῦ ταριχηροῦ γάρου* e dittographia τοῦσταριχοῦ pro τοῦ ταριχηροῦ vulgatam δοῦσα ταριχηροῦ prodisse dicens. Quae correctio nescio an probanda sit. De voce *γάρος* cf. Aesch. fgm. 201.

XIII. (565.)

Athen. III. p. 110. E. *Ὀρίνδου δ' ἄρτου μέμνηται Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ. ἤτοι τοῦ ἐξ ὀρύζης γινομένου ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν Λίβυῃ γινομένου σπέρματος, ὅ ἐστιν ὅμοιον σησάμῳ.*

XIV. (566.)

Athen. X. p. 447. B. *τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτον τινὲς καλοῦσιν . ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·*

Βρῦτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐ δυεῖν.

In *δυεῖν* utrum *θύειν* an *πιεῖν* an aliud quiddam lateat versusque voce *πρέπει* vel *καλόν* explendus sit haud facile definiveris. cf. Aesch. fgm. 121.

XV. (567.)

Harpocr. p. 125, 26. Bekk. *Μελίνη, ὀσπρίου ἐστὶ σπέρμα, καὶ ἀρσενικῶς λέγουσι . θηλυκῶς δὲ Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ*

Κνήμη μελίνης.

Huc sine dubio etiam Phot. p. 255, 24. respexit haec scribens: *Μελίνη*, — *ὄσπριόν ἐστιν, ὅπερ καὶ ἀρσενικῶς λέγεται· Σοφοκλῆς μὲν γὰρ καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ξενοφῶν θηλυκῶς εἶπον· μελίνη* (non *μέλινον*). Consentit Suid. s. v. cf. Etym. M. p. 578, 48. *μελίνη, εἶδος ὀσπρίου. λέγεται θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς.*

XVI. (568.)

Hesych. *Ἄμαλλαι* (cod. *ἄμαλλα*) *δράγματα, δεσμὴ* (cod. *δέσμει*) *τῶν ἀσταχύων . Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* cf Etym. M. p. 76, 45. *ἄμαλλα δὲ ἡ ἐκ πολλῶν δραγμάτων συναγωνή.* Deinceps: *ἄμαλλαι . τὰ δράγματα τὰ τοῦ σίτου ἢ παρὰ τὸ ἁμᾶσθαι ἢ παρὰ τὸ ἅμα ἀολλίσθαι ταῖς χερσὶ τὴν τοῦ σίτου μετὰ τῶν ἀσταχύων καλάμην.* Eustath. p. 1162, 26.

XVII. (569.)

Pollux. X, 79. — *τὴν δ' ἀπύθμενον κύλικα ἐν Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς ἀπυνδάκωτον ὠνόμασεν·*

ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

Eadem fere habet Hesych. s. v. *ἀπυνδάκωτος*. cf. Eustath. ad Il. *ι'*. 634. p. 870, 27. Schol. Hom. Il. *α'*, 634. in Cram. An. Paris. III, p. 16, 11. *ὁ δὲ αὐτὸς πυθμὴν λέγεται καὶ πύνδαξ, ὅθεν ἡ παροιμία παρὰ Σωκράτει* (sic): *ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.* Similiter Maatiss. proverb. I, 22. (Vol. II. p. 747. ed. Leutsch.) Sine poetae nomine hunc locum, quem in proverbium abisse Suidas. v. *πύνδαξ* testatur, afferunt Demetr. Phaler. de eloc. p. 114. (in Walsii Rhet. IX. p. 52.) et Etym. M. p. 133, 50, ubi vitiose *τραπέζης* legitur.

XVIII. (570.)

Hesych. *Ἀφράδμων, ἀσύνετος, ἀμαθής . Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* Cum Brunckio *ἀφράσμων* corrigendum esse et literarum ordo docet et Bekk. An. Gr. p. 472, 13. Bachm. An. Gr. I, p. 173, 4. *ἀφράσμων, ἀσύνετος. Σοφοκλῆς.* cf. Aesch. Ag. 281. 1374. unde etiam Pers. 409. *ἀφρασμόνως* pro *ἀφραδμόνως* (forma epica) scribendum videtur.

XIX. (571.)

Antiatticista Bekkeri p. 92, 1. *Εἰς ὀρθὸν φρονεῖν, ἀντὶ τοῦ καλῶς φρονεῖν. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* cf. Trachin. 347. et schol. ad h. l.

XX. (572.)

Hesych. *Ἕλκη, λῦπαι. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* cf. Aesch. Ag. 626. Soph. Antig. 648.

XXI. (573.)

Antiatticista Bekk. p. 97, 33. *Ζευγηλάτης. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.*

Quum in hac fabula Thesmophoria instituta esse videantur, Welcker p. 308. sq. haud improbabiliter in ea locum habuisse dixerit fgm. 750, 756, 981, 989, 1008.

T R Ω I L O Σ.

De *Troilo*, Priami (vel Apollinis) et Hecubae filio (cf. Apollod. III, 12, 5. Hygin. fab. XC.), haec tradit schol. Hom. Il. XXIV, 257. ἡ διπλῆ, ὅτι ἐκ τοῦ ἐρῆσθαι ἱππιοχάρμην τὸν Τρωΐλον οἱ νεώτεροι ἐφ' ἵππου διωκόμενον αὐτὸν ὑποτίθενται. — Ἄλλως. Ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ φησὶν αὐτὸν ὀχευθῆναι (λογχευθῆναι corrigit Welcker p. 124. Eustathio duce) ὑπὸ Ἀχιλλέως ἵππους γυμνάζοντα παρὰ τὸ Θυμβραῖον καὶ ἀποθανεῖν. Eustath. ad h. l. enim habet: ὃν φασιν ἵππους ἐν τῷ Θυμβραίῳ γυμνάζοντα λόγχῃ πεσεῖν ὑπὸ Ἀχιλλέως. Adde Virgil. Aen. I, 475. Hor. Od. II, 9, 15. Hygin. fab. CXXX. Mythogr. Vat. I, 210, qui haec subiicit: „*Troilo dictum erat, quod, si ad annos XX pervenisset, Troia everti non potuisset.*“ Quint. Smyrn. Posthom. IV, 418. sqq.[52]) Haec locum quidem in fabula habere, nequaquam vero totum eius argumentum complecti potuisse nemo non intellegit: in qua re autem summa dramatis posita fuerit neque ex fragmentis neque aliunde patet. Welcker p. 128 de reddendo pueri interfecti corpore actum esse opinatur, Achillem dicens illius amore captum corpus non canibus avibusque obiecisse, sed moestissimis parentibus tradidisse. Quae coniectura si vera est, nescio an nos recte statuamus, ab hoc dramate non diversam fuisse *Phryges*, in qua fabula de reddendo Hectoris corpore (cf. Aesch. Fragm. p. 123) actum esse credebatur: nam persuadere mihi non possum, Sophoclem in duabus fabulis idem fere argumentum tractasse. Certe quae de Sophoclis *Phrygibus* scimus, huic sententiae non repugnant. Scenam ex parte Troiae fuisse cum ex fgm. I. IX. X. XV. tum ex eo (fgm. I.) coniicias, quod eunuchus inter personas fuit. Qua re autem commoti Brunckius et Boeckhius fabulam inter dramata satyrica rettulerint, haud facile intellegitur, nisi forte eos fgm. I. eorumque narratio fefellit, qui (v. c. Serv. ad Virg. l. c. Tetz. ad Lyc. 307. Eudoc. p. 404.) Achillem amore Troilum prosecutum esse tradiderunt.

I. (574.)

Pollux. X, 165. Ξίφους δὲ ὄνομα ἔοικεν εἶναι βαρβαρικὸν ἡ σκαλμή, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Τρωΐλῳ

---

[52]) Picturas vasorum huc spectantes (cf. Monum. dell' Instit. archeol. T. V. p. 251. et T. XXXIV. Gerhardi Vasengem. III. T. CLXXXV. CCXXIV—CCXXVI.) examini nuper subiecit Welcker (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. *1850. nr. 4. sq.*

σκαλμῇ γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς.

Th. Bergkius maluit σκαλμὴ, quod recte impugnavit Welcker p. 1529.

II. (575.)

Hesych. Ἀμάσεται, ἀπὸ τῆς ἀμήσεως, οἱονεὶ σφάξει (cod. σφάξαι.) Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ.

III. (576.)

Hesych. Ἀπέσκη, τόξον ἀπέσκη. ἔνιοι δὲ γυμνὰ θήκαις τόξα. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ (cod. τρώλῳ). Corrigendum θήκης ex Bekk. An. Gr. p. 422, 33. ἀπέσκη, γυμνὰ θήκης τόξα.

IV. (577.)

Hesych. Ἄπιστος, ἀπαράπιστος, ἀπειθής. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. A. Nauckius (in Philolog. IV. p. 540.) corrigi iubet: ἄπειστος, ἀπαράπειστος. Sed ἄπιστος firmatur etiam Eur. Hec. 1125. Iphig. Taur. 1368. Bekk. An. Gr. p. 424, 31. ἄπιστος, ὁ μὴ πειθόμενος. cf. fgm. 47.

V. (578.)

Hesych. Ἄσας, βλάψας, ἔβλαψας. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. cf. Aesch. fgm. 412.

VI. (579.)

Hesych. Ἀσόλοικον (cod. ἀσύλυκον), ἥμερον, προσηνὲς, οὐ βάρβαρον. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ.

VII. (580.)

Hesych. Ἐλαιοῦται θρίξ. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. Ἀρίσταρχος ὑπαίνεται· βέλτιον δὲ, λαμπρύνεται.

VIII. (581.)

Hesych. Ἔρκη, ὅπλα. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ.

IX. (582.)

Hesych. v. Ἴαννα. (cf. fgm. 56.) — ἐν δὲ Τρωΐλῳ βάρβαρον θρήνημα τὸ ἰαί. cf. fgm. X.

X. (583.)

Hesych. Ἰήϊος. δασέως μὲν ὁ Ἀπόλλων, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως καὶ τοξείας, ψιλῶς δὲ ἀπὸ τῆς ἰάσεως. ἰατρὸς γὰρ ὁ θεός. ἀλλὰ καὶ θρῆνον σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ καὶ Ἴων Εὐριπίδαις. ὡς αἴλινον, ἰάλεμος. Vide quae de hoc loco ad Ionis fgm. 12. (Vol. III. p. 25.) disputavimus et Eur. Phoen. 1036. El. 1209.

XI. (584.)

Hesych. Καταρβύλοις χλαίναις (cod. καταρβύλοι χλαίνας), ποδήρεσι, ὥστε καὶ ἐπὶ τὰς ἀρβύλας χαλᾶσθαι. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. Idem.

Κατάρβυλος χλανὶς, ποδήρης ἕως τῶν ἀρβυλῶν. — Recte Ellendtius *χλαίναις*, quae vox vulgo ad sequentia trahebatur, Sophocli restituit.

XII. (585.)

Mich. Apostol. XII, 42. Arsen. p. 348. Walz. s. v. *Μασχαλισθήση ποτέ.* Suid. v. *Ἐμασχαλίσθη. ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις, ὁπότε φονεύσειαν ἐξ ἐπιβουλῆς τινα, τὸ ἔργον ἀφοσιουμένοις ἀκρωτηριάζειν τὸν νεκρὸν, καὶ τῶν μορίων ὁρμαθὸν ποιήσαντας κρημνάναι κατὰ τοῦ τραχήλου, κατὰ (καὶ* Kuster.) *τῶν μασχαλῶν διείροντας. ἀφ' οὗ δὴ καὶ μασχαλίσματα προσηγόρευσαν αὐτὰ. καὶ Σοφοκλῆς Ἠλέκτρᾳ* (vs. 437.) *καὶ Τρωΐλῳ.* (In extremis dissentit Suidas haec exhibens: *Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ πλήρη μασχαλισμάτων εἴρηκε τὸν μασχαλισμὸν, καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ.*) Similia habent Etym. M. p. 118, 19. v. *ἀπάργματα*, Schol. Soph. El. 437. Hesych. v. *ἐμασχαλίσθη.* Phot. p. 249, 19. Suid. v. *μασχαλίσματα* et *μασχαλισθῆναι.* — Extrema Suidae verba sic restituenda esse censet Bernhardyus: *εἴρηκε δὲ τὸν μασχαλισμὸν Σοφ. ἐν Τρ. λέγων πλήρη μασχ. καὶ ἐν Ἠλ.*, haud probabiliter. Brunckius dedit: *εἴρηκε τὸν φονεύσαντα*, paullo audacius, sed sententiae convenientius. Welcker (p. 126. not. 4.): *εἴρηκε τὸν μεμασχαλισμένον*, fortassis recte. Dindorfius locum omisit.

XIII. (586.)

Plat. Rep. VIII. p. 566. C. *Τί δ' οὐ μέλλει: ἔφη.* Adnotat. schol. (p. 417. Bekk.) *μέλλει· ἔοικεν, φαίνεται, δοκεῖ, ὡς νῦν. παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐν Τρωΐλῳ μένει.* cf. Hesych. *μέλλει, φαίνεται, ἔοικε, δοκεῖ.* Suid. Phot. s. v. Soph. Ant. 448. *τί δ' οὐκ ἔμελλον;* Phil. 444. 481. e. a. l. De quo dicendi usu vid. Nitzsch. ad Odyss. I. 232.

XIV. (587.)

Etym. M. p. 587, 43 sq. *Ναρὸν, τὸ ὑργόν. παρὰ τὸ νῶ τὸ ῥῆμα, ὁ μέλλων νάσω, γίνεται ναρός. καὶ τὸ οὐδέτερον, ναρόν. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ*

Πρὸς ναρὰ δὲ κρηναῖα χωροῦμεν ποτά.

cf. Orion. p. 110, 3. Etym. Gud. p. 627, 14 et Havn. in Gaisfordi adnott. ad Et. M. l. c. Aesch. fgm. 437.

XV. (588.)

Grammat. post Phot. Porsonis p. 674, 20. *Ὀρσάγγαι.* cf. fgm. 190.

XVI. (589.)

Phot. p. 497, 3. Bachm. Anecd. Gr. I. p. 361, 9. *Σακοδερμίτης· Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. οἱ μὲν τὸν ὄφιν· οἱ δὲ σκώληκα τὰ δέρματα διεσθίοντα. ἄμεινον δὲ τὸν ἐπὶ τῷ δέρματι χαλκὸν ἔχοντα. παρ' ὅσον τὰ σάκη ἐπίχαλκα.* Haec ex parte illustrantur ab Hesych. v. *σακοδερμιστής·* [*οἱ μὲν*] *ὄφιν σάκος ἔχοντα, οἱ δὲ σκώληκα παρ' ὅσον δερμιστὴς* [leg. *δερμηστὴς*] *οὗτος. βέλτιον δὲ τὸν χαλκοῦν* [*ἐπίχαλκον* mavult Ellendt.] *ἔχοντα δέρμα νοεῖν.* Non potest mirum esse, quod grammatici, quum de vocis *δερμηστής* (cf. fgm. 423) scriptura certassent, etiam de huius vocabuli

vi dissenserunt. Corrigendum σακκοδερμηστής. cf. Lobeck. Aglaoph. p. 845. Maur. Schmidt. de Didymo chalcent. comment. 1. (Olsnae. 1851.) p. 8.

XVII. (590.)

Schol. Pind. Nem. III, 60. περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως τῆς Θέτιδος καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Τρωΐλῳ

Ἔγημεν, ὡς ἔγημεν ἀφθόνους γάμους,
τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακείς ποτε.

Vs. 1. vulgo legebatur ἀφθόγγους, quod Guil. Schneider et Ellendtius correxerunt. Vs. 2. erat πανταμόρφῳ, quod emendavit Blomfieldus (in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 148.) cf. Lobeck. ad Phryn. p. 690. — De re vide fgm. 154. Apollod. III. 13, 5.

XVIII. (591.)

Schol. Pind. Pyth. II, 121. Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ Τρωΐλου

Τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα.

Δεσπότην pro vulg. δεσπότης correxit Blomfield. l. c. Ad hunc locum respexit Hesych. v. Ἀνδρόπαις· ἀνδρούμενος ἤδη παῖς, ἢ ἀνδρὸς φρόνησιν ἔχων παῖς. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. Similiter Aeschylus (Sept. 515.) de Parthenopaeo locutus est. — Verba eiusdem esse videntur, qui fgm. I. protulit.

ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ.

Quum tympana nisi in Dionysi et Cybeles cultibus pulsari non solita sint, facile inducimur, ut dramatis argumentum aut ad illum aut ad hanc pertinuisse credamus; nec ab ista sententia plane abhórret Boeckhius (Trag. Gr. Princ. p. 130.), quum tympanistas satyros fuisse dixerit. At ut in fragmentis nihil reperiri omittamus, quod satyrorum protervitatem indicet, fgm. I. II. vel impedimento sunt, quominus drama ad Bacchi historiam referamus. Ex quibus probabiliter Welcker p. 330. Phinidarum historiam dramati argumentum praebuisse conclusit: in Thracia igitur, barbarorum terra, in qua pro Asiae vicinitate Cybeles cultus in magno honore fuit, scena fuisse videtur. Cui accommodatissimus est qui titulo indicatur tympanistarum h. e. eorum chorus, qui Cybeles aliquod festum celebraturi convenerint (— egregie huc facit fgm. IX. —): ut scelus in Phinidas commissum ipsis festis diebus patefactum esse coniicias. Sed quoniam Phinei eiusque liberorum historia etiam in *Phineo* tractata est, quaeritur, quid intercesserit discriminis inter hanc et Tympanistas. De qua re infra (ad Phineum) dicemus. Illud autem silentio praetermitti h. l. non potest, *Tympanistas* facile, quum in

ea fabula Phineus in scenam procederet necesse esset, Phinei nomine inscribi potuisse et procul dubio a *Phineo altera*, quam Hesychius citat, non diversam fuisse.

I. (592.)

Schol. Soph. Antig. 981. *Βορέας κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις, ἁρπάσας Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέως, ἐξ ἧς ἔσχεν Ζήτην καὶ Κάλαϊν καὶ Κλεοπάτραν· ταύτην ὁ Φινεὺς ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ δύο παῖδες ἐγένοντο, Πλήξιππος καὶ Πανδίων, κατὰ δέ τινας Τηρύμβας καὶ Ἄσπονδος. μετὰ δὲ τὸν Κλεοπάτρας θάνατον ἐπέγημεν Ἰδαίαν τοῦ Δαρδάνου, κατὰ δέ τινας Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφήν, ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς, ἥτις ἐξ ἐπιβουλῆς τυφλώσασα τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας ἐν τάφῳ καθεῖρξεν. ὡς δέ τινές φασιν, ὅτι κατεψεύσατο αὐτῶν, ἅτε δὴ πειρασάντων αὐτήν, ἐφ' οἷς ἀπατηθεὶς ὁ Φινεὺς ἀμφοτέρους τυφλοῖ. ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ* (III, 15, 2, sq.) *τινὲς δὲ ἱστοροῦσιν, ὅτι περιοῦσαν τὴν Κλεοπάτραν ὁ Φινεὺς ἐκβέβληκεν καὶ τὴν Ἰδαίαν ἐπέγημεν. ἡ δὲ ὀργισθεῖσα τοὺς ἑαυτῆς ἐτύφλωσεν παῖδας.*

II. (593.)

Herodian. *περὶ μον. λέξ.* **p. 9, 9. (allato fgm. 42 pergit:)** *ἐν Τυμπανισταῖς·*

Ἡμεῖς ἐν ἄστροις, ἔνθα Σαρπηδὼν πέτρα.

Pro *ἄστροις*, **quod manifesto corruptum est, vir doctus (Clintonus, ni fallor,) in diario, cui nomen *Philological Museum*. (Cambridge. 1832. Vol. I.) p. 636. acute correxit** *ἐν Ἄσταις*, **haec adiiciens: „the Astae were a nation of Thrace, according to Strabo (VII, 6, 1. p. 619.) and Steph. Byz. v.** *Ἄσται*, **apparently not far from Mount-Haemus, to which the Sarpedonian rock belonged, as Pherecydes reported Schol. Apoll. Rhod. I, 326.“ Sed probabilior videtur Ellendtii (Lex. II. p. 700.) correctio a Lehrsio quoque recepta** *ἐν ἄντροις*, **si Sophoclis ipsius verba (Antig. 983.)** *ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων ἄντασ' Ἐρεχθεϊδᾶν, τηλεσπόροις δ' ἐν ἄντροις τράφη θυέλλησιν ἐν πατρῴας Βορεὰς κτλ.* **comparamus. Nam etiam h. l. de Cleopatra, Orithyiae filia, verba fieri inde suspiceris, quod promontorii Sarpedonii mentio est facta, si quidem in memoriam revocaveris, quae de eo tradidit schol. Apoll. Rhod. I. 212.** *τὴν δὲ Ὠρείθυιαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλησσοῦ φησιν ἁρπαγεῖσαν ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι. — — περὶ δὲ τῆς Θρᾳκίας Σαρπηδονίας πέτρας, ὅτι πρὸς τῷ Αἵμῳ ὄρει ἐστί, Φερεκύδης φησί, περὶ τῆς ἁρπαγῆς ἱστορῶν τῆς Ὠρειθυίας.*

III. (594.)

Steph. Byz. v. *Χαλδαῖοι. — Εἰσὶ δὲ καὶ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον τῆς Κολχίδος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς*

Κόλχος τε Χαλδαῖός τε καὶ Σύρων ἐθνος.

IV. (595.)

Stob. LIX, 12. *Σοφοκλέους Τυμπανιστῶν.*

Τί τοῦδε χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ
τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα κᾆθ' ὑπὸ στέγῃ
πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὐδούσῃ φρενί.

Sic locum dedit Gaisfordus. Vs. 1. correxit Valckenarius (Diatr. p. 194.). In libris est: *τί τούτου κτλ.* Paris A. *του*, apud Plutarchum (praef. vit. Timol. 2. p. 225), qui hunc vs. sine fabulae et auctoris nominibus affert: *φεῦ φεῦ. τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις.* Vs. 2. libri praebent: *καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνῇ* (*πυκνῆς* Paris. A. B. Vindob. Voss. Trinc.) et paullo corruptius Cicero (Epist. ad Att. II, 7, 4.): *„Nunc vero quum cogar exire de navi, non abiectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles „κᾆν ὑπὸ στέγῃ πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί.“* in quibus nec *κᾆν*, quamvis hoc Valckenarius servaverit, nec *πυκνᾶς* ferri potest. Heathius emendavit *καὶ στέγης ὕπο*, Brunckius *χὐπό τῳ στέγῃ*, Gaisfordus utroque probabilius *κᾆθ' ὑπὸ στ.* Blomfieldus (Mus. crit. Cantabrig. I. p. 149.) maluit: *ἐπιψαῦσαί τε κᾆθ' κτλ.* quo non opus.

V. (596.)

Hesych. *Ἄδημον, οὐκ ἔνδημον ὄντα. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς.*

VI. (597.)

Hesych. *Ἀνετῶς, ἀνατεταμένως. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς.*

VII. (598.)

Hesych. *Ἀντιστρέφω, ἀνταξιῶ. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς.*

VIII. (599.)

Etym. M. p. 287, 14. *Δράκαυλος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. ἐπεὶ ἡ Ἀθηνᾶ δοκεῖ παρ' αὐταῖς αὐλίσαι τὸν δράκοντα ταῖς Κέκροπος θυγατράσιν. ἢ ὅτι συναυλίζονται κατὰ τὸ εἰκὸς Κέκροπι ὄντι διφυεῖ. ἢ ὅτι συναυλίζεται μία τῷ ἐν τῇ ἀκροπόλει δράκοντι, προσημερεύουσα τῇ θεῷ.* Eadem habet Suidas s. v. et ex parte Hesych. s. v.

IX. (600.)

Athen. IV. p. 176. F. *Ἕλυμοι αὐλοί.* cf. fgm. 424.

Si recte Tympanistas et Phineum *β'* eandem fabulum fuisse diximus (vidi Phinei argum.), huc referenda sunt fgm. 666. 667.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ. Vide ΗΡΙΓΟΝΗ.

ΤΥΡΩ.

Huius fabulae summam iis contineri, quae tradit Apollod. I, 9, 8. *Τυρὼ δὲ ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης παρὰ Κρηθεῖ [τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ] τρεφομένη ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ, καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα τούτοις ἀπωδύρετο. Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ συγκατεκλίθη αὐτῇ, ἡ δὲ γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν. ἐκκειμένων δὲ τῶν βρεφῶν, παριόντων ἱπποφορβῶν ἵππος μία προσαψαμένη τῇ χηλῇ θατέρου τῶν βρεφῶν πέλιόν τι τοῦ προσώπου μέρος ἐποίησεν, ὁ δὲ ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε, καὶ τὸν μὲν πελιωθέντα Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα. τελειωθέντες δὲ ἀνεγνώρισαν τὴν μητέρα καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν Σιδηρώ. κακουμένην γὰρ γνόντες ὑπ' αὐτῆς τὴν μητέρα ὥρμησαν ἐπ' αὐτήν, ἡ δὲ φθάσασα εἰς τὸ τῆς Ἥρας τέμενος κατέφυγε. Πελίας δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν βωμῶν αὐτὴν κατέσφαξε. καὶ καθόλου διετέλει τὴν Ἥραν ἀτιμάζων.* **collat. Epigr. Cyzicen. IX (in Iacobsii Anth. Gr. T. XIII. p. 630.):** *ἐν τῷ ἐννάτῳ Πελίας καὶ Νηλεὺς ἐνελάξευνται, οἱ Ποσειδῶνος παῖδες, ἐκ δεσμῶν τὴν ἑαυτῶν μητέρα ῥυόμενοι, ἣν πρώην ὁ πατὴρ μὲν Σαλμωνεὺς διὰ τὴν φθορὰν ἔδησεν· ἡ δὲ μητρυιᾶ αὐτῆς Σιδηρὼ τὰς βασανοὺς αὐτῇ ἐπέτεινεν. „Μητέρα τρηχείοισιν ἐπὶ σπειρήμασι Τυρὼ | Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷ δ' ὑποτασσαμένην | * * * | * * * | οὐκέτι γὰρ δουλώσει ἐν ἔρκεσιν, ἐγγύθι λεύσων | Νηλέα καὶ Πελίαν τούσδε καθεξομένους.“* **testantur Aristoteles, Pollux, Aristophanis et Euripidis scholiastae (cf. fgm. I — IV.), qui simul patefaciunt, qua re factum sit, ut Pelias et Neleus matrem agnoscerent. Sed quaenam fuerit dramatis oeconomia, plane obscurum est, quum neque causa tradita sit, cur Sidero Tyronem male habuerit, neque appareat, qui tandem fieri potuerit, ut Tyro, quae apud patruum vixisse fertur, a noverca aspere tractaretur. Accedit, quod quidem duas huius fabulas fuisse recensiones constat — nam quae citantur** *Τυρὼ α'* **et** *β'* **(cf. fgm. XXI. V. XV. XVII.), sicut** *Θυέστην α'* **et** *β'*, **argumento discrepuisse admodam improbabile est —: utrum vero fragmenta, quae supersunt, ad priorem an ad alteram referenda sint, nisi de paucis non constat. Alteram recensionem iam ante Ol. XCI, 3 doctam esse e fgm. V. cognosci potest.**

I. (601.)

Schol. Eur. Orest. 1686. ed. Cobet. *ἡ κατάληξις τῆς τραγῳδίας ἢ εἰς θρῆνον ἢ εἰς πάθος καταλύει* (Vat. *καταλήγει*), *ἡ δὲ τῆς κωμῳδίας εἰς σπονδὰς καὶ διαλλαγάς· ὅθεν ὁρᾶται τόδε τὸ δρᾶμα κωμικῇ καταλήξει χρησάμενον. διαλλαγαὶ γὰρ πρὸς Μενέλαον* (καὶ Ὀρέστην. Vat.) *ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἀλκήστιδι ἐκ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀναβιώτην* (ἀναβιοτὴν. Vat.), *ὁμοίως καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνωρισμὸς κατὰ τὸ τέλος γίγνεται, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλὰ τοιαῦτα ἐν τραγῳδίᾳ εὑρίσκεται.*

II. (602.)

Aristot. Poetic. XVI, 3. (εἴδη ἀναγνωρίσεως) τὰ δὲ ἐπίκτητα· καὶ τούτων τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον οὐλαί· τὰ δὲ ἐκτὸς, τὰ περιδέραια. καὶ οἷον ἐν τῇ Τυροῖ, διὰ τῆς σκαφῆς. **Cf. fgm. III. Cogitandum esse videtur de olla, in qua liberi exponi solebant. cf. fgm. 498.**

III. (603.)

Aristoph. Lys. 138.

Οὐκ ἐτὸς ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι,
οὐδέν γάρ ἐσμεν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη.

Adnotat schol. (Rav. Ven.): ἀντὶ τοῦ οὐ ματαίως, ἀλλὰ δικαίως· εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει ἐκθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφη. **Ad vs. sq.** ἀντὶ τοῦ πλὴν τῷ βουλομένῳ μίγνυσθαι. — — ὁ δὲ νοῦς· οὐδέν ἐσμεν, εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν. ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐμίγη τῇ Τυροῖ καὶ ἐγέννησε Νηλέα καὶ Πελίαν. **Extrema in cod. Ven. et apogr. Plut. desunt.**

IV. (604.)

Pollux. IV, 141. τὰ δ' ἔσκενα πρόσωπα — — ἡ Τυρὼ πιλιδνὴ τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ (τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Σιδηροῦς πληγαῖς πέπονθεν.).

V. (605.)

Aristoph. Av. 275.

νὴ Δί' ἕτερος δῆτα χοὗτος ἕξεδρον χώραν ἔχων;

ad quae verba scholiastes: ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς ἀρχὴ

τίς ὄρνις οὗτος ἕξεδρον χώραν ἔχων;

Huc pertinere videtur corrupta Hesychii interpretatio: ἕξεδρον· τὸν οὐκ αἴσιον οἰωνόν, οὐκ εὔθετον, οὐκ ἐν δέοντι τὴν ἕδραν ἔχοντα.

VI. (606.)

Athen. III. p. 99. F. Σοφοκλῆς δ' ἐν Τυροῖ

Σίτοισι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν.

In libris est οἳ (vel οἱ) τοῖσι, **quod Porso et Iacobsius (Lectt. Stob. p. XX.) bene emendarunt. Brunckius et Blomfield. (Mus. crit. Cantabrig. I. p. 148.) maluerunt:** ὃν τοῖσι κτλ., **sed vid. Iacobs. l. c.**

VII. (607.)

Athen. XI. p. 475. A. Σοφοκλῆς δὲ Τυροῖ

Προστῆναι μέσην
τράπεζαν ἀμφὶ σῖτα καὶ καρχήσια.

πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων προσεληλυθέναι τοὺς θράττοντας καὶ γενέσθαι

περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια. Ex extremis, quae Athenaeus ad versus explicandos addidit, Welcker apparere probabiliter dicit, versibus istis de carcere, in quo Tyro fuerit, agi. Ex iisdem, praecipue si respicio verba προσεληλυθέναι τοὺς δράκοντας, nescio an probabile sit Sophoclem scripsisse προσβῆναι. Ceterum eosdem vs. etiam Macrobius (Saturn. V, 21) affert, sed eius codd. [vel optimi Schneidewino in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 473. teste] pariter atque Athenaei libri contra metrum σιτία, Marc. praeterea τὰ καὶ, reliqui τε καὶ praebent. Genuinam sripturam restituit Porso Adv. p. 124.

VIII. 608.)

Aelian. H. An. II, 10. *Μάλιστα δὲ κομῶσα ἵππος ἁβρότατον τέ ἐστι καὶ θρυπτικώτατον. ἀτιμάζει γοῦν ἀναβῆναι τοὺς ὄνους αὐτὴν, ἵππῳ δὲ γαμουμένη ἥδεται, καὶ ἑαυτὴν ἀξιοῖ τῶν μεγίστων. ὅπερ οὖν συνειδότες οἱ βουλόμενοι ἡμιόνους σφίσι γενέσθαι, ἀποθρίσαντες τῆς ἵππου τὴν χαίτην εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, εἶτα μέντοι τοὺς ὄνους ἐπάγουσιν· ἡ δὲ ὑπομένει τὸν ἄδοξον ἤδη γαμέτην, πρῶτον αἰδουμένη. καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἔοικε μεμνῆσθαι τοῦ πάθους.* Morem equos tondendi, quo facilius asinos admittant, commemorat etiam Plut. Amator. 9, 12. p. 754. A. *ὁ δὲ συστέλλων τὴν γυναῖκα καὶ συνάγων εἰς μικρὸν, ὥσπερ δακτυλίους δακτύλιον ἴχνος ὢν μὴ περιρρυῇ δεδιὼς, ὁμοίς ἐστι τοῖς ἀποκείρουσι τὰς ἵππους, εἶτα πρὸς ποταμὸν ἢ λίμνην ἄγουσι· καθορῶσαν γὰρ ἑκάστην τὴν εἰκόνα τῆς ὄψεως ἀκαλλῆ καὶ ἄμορφον, ἀφιέναι τὰ φριμάγματα λέγεται καὶ προσδέχεσθαι τὰς τῶν ὄνων ἐπιβάσεις.* et rursus Aelian. XII, 16., qui etiam locum Sophoclis huc spectantem servavit XI, 18. *Θήλειαν δὲ ἵππον εἰς ἀφροδίσια λυττήσασαν πάνυ σφόδρα παῦσαι ῥᾳδίως ἐστὶν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, εἴ τις αὐτῆς ἀποκείρει τὰς κατὰ τοῦ τένοντος τρίχας. αἰδεῖται γὰρ, καὶ οὐκ ἀτακτεῖ, καὶ παύεται τῆς ὕβρεως καὶ τοῦ σκιρτήματος τοῦ πολλοῦ, κατηφήσασα ἐπὶ τῇ αἰσχύνῃ. τοῦτό τοι καὶ Σοφοκλῆς αἰνίττεται ἐν τῇ Τυροῖ τῷ δράματι. πεποίηται δὲ οἱ αὕτη λέγουσα, καὶ ἃ λέγει, ταῦτά ἐστι.*

Κόμης δὲ πένθος λαγχάνω πώλου δίκην,
ἥτις συναρπασθεῖσα βουκόλων ὕπο
μάνδραισιν ἱππείαισιν ἀγρίᾳ χερὶ
θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχένων ἄπο,
σπασθεῖσα δ' ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν
ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον αὐγασθεῖσ', ὑπὸ
κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης.
φεῦ, κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν
πτήσσουσαν αἰσχύναισιν οἷα μαίνεται
πενθοῦσα καὶ κλαίουσα τὴν πάρος φόβην.

Vs. 3. Brunckius dedit *μάνδραις ἐν ἱππείαισιν*, **quod probandum. — Vs. 5. Quum librorum scriptura** *σπασθεῖσα* **aptam sententiam non praebeat, Brunckius correxit** *κύρσασα*: **quod, quum nimis a literarum ductibus recederet, Reisigius (Comment. crit ad Soph. OC. p. 260.)**

in πλαθεῖσα mutavit. Sed mihi hoc quoque, quamvis Welckeri assensum tulerit, nec sententiam bonam praestare nec recte apteque cum sequentibus verbis construi posse videtur. Ellendtius quidem (II. p. 19.) et Meinekius (ad Men. p. 571.) illud probantes coniungenda esse dicunt λειμὼν ποταμίων ποτῶν, quae verba ille „aequor fluminis s. fluminis claram et pellucidum undam", hic „pratum fluvialibus aquis irriguum" significare ait: sed exempla, quibus hoc loquendi genus firmare voluerunt (Soph. fgm. 991. Eurip. Med. 842.) nihil valent, praesertim quum e lyricis carminibus petita sint. Praeterea non perspicitur, cur ad contortiorem explicandi rationem confugiamus, ubi simpliciori uti possumus. Haud dubie enim poeta in describenda imagine ab equa petita rationem depingere voluit, qua factum sit, ut ista se coma privatam conspiceret: id autem aliter vix fieri potuit, quam quum ea aquatum ducebatur. Desideratur igitur vocabulum, cui *bibendi* notio inest: ac tale h. l. positum fuisse et corruptum illud σπασθεῖσα et genitivi ποταμίων ποτῶν documento sunt. Quoniam vero verbo σπάω, unde σπασθεῖσα ductum, ista notio insit, facile inducimur, ut librarium reliquis participiis in εῖσα desinentibus (συναρπασθεῖσα, ἀγασθεῖσα) in errorem raptum σπασθεῖσα pro alia huius verbi forma posuisse credamus, poetam vero scripsisse σπάσασα vel, quod malim, σπάσουσα. Sententia haec est: *(equa) quum vero in prato ex undis fluvialibus bibere vellet* etc. — Vs. 6. σκιᾶς εἴδωλον. Similiter locutus est Chaeremo fgm. 15. vs. 15. (22.) — In sequentibus scripsit Reisig. l. c. ἀγασθεῖσ' ὕπο, hoc pro ὑπανγασθεῖσα, *obliquum cernens*, positum esse affirmans, sed recte hoc impugnavit Iacobsius in adnott. ad h. l. Ceterum Reisigius ipse exemplum attulit praepositionis in fine positae et ad sequentem versum pertinentis (ex Soph. OT. 555.) ductum, cui Meinek. l. c. aliud e Phil. 626 adiecit, quamquam paullo ante coniecturam ἀγασθεῖσά που proposuerat. — Vs. 7. Pro διατετιλμένης φόβης Ellendt. (Lex. I. p. 424.) scribi διατετιλμένη φόβην maluit, Brunckius διατετιλμένην φόβην dedit, quod equidem praetulerim. — Vs. 8. sq. correcti sunt e cod. Vindob. ap. Heyn. ad Hom. Il. T. VI. p. 529., quum in reliquis libris et editt. legeretur: ἂν οἰκτίρμων τις οἰκτείρῃ ὃν ἵππον ἴσουσιν αἰσχύνησιν vel κεῦαν οἰκτίρων τις οἰκτείρῃ ὃν ἱππήσουσαν (al. ἱππήσουσιν). unde Brunckius: κείνην ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειεν ἂν οἷαισιν αἰσχύνησι κτλ. elicuerat. Iacobsius contulit Aesch. Pers. 481. καὶ γὰρ τάχ' ἄν τις οἶκτος (δύσοικτος Bothius) εἰσιδὼν τάδε ὕβριν μὲν ἐχθήρειεν ἄρσενος στόλου. — Vs. 10. Brunckius maluit τὴν πάρος χλιδήν.

IX. (609.)

Aristot. Rhet. II, 25. Ἄλλος τόπος, τὸ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος κατηγορεῖν, οἷον, ὡς ὁ Σοφοκλῆς

Σαφῶς Σιδηρῷ καὶ φορουῦσα τοὔνομα.

Egregie Brunckius versum huc rettulit, quo haud dubie Sideronis crudelitas in Tyronem exagitatur. — Amant eiusmodi etymologias

poetae tragici. cf. Aesch. Sept. 630. Soph. fgm. 619. Eur. fgm. 179. 188. 525. Elmsl. ad Eur. Bacch. 508. p. 68. et Lips.

X. (610.)

Stob. XX, 29. *Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ*

Πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ.

Grotius vertit: *Sopitus animus in malis multum videt.* Ellendtius (Lex. I. 706.) verba *θυμὸς εὐνηθεὶς animum quasi habitantem, noctes diesque in malis agentem* significare dicit: uterque male. Stobaeus enim illic sententias *περὶ ὀργῆς* congessit: *θυμὸς* igitur significat iram, *θυμὸς εὐνηθεὶς iram placatam*, nec multum differt sententia ab ea, quam Stobaeus ipse paullo post ex Euripidis Hypsipyla (fgm. 750) affert: *ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.* cf. Soph. fgm. 550. vs. 3. Ex eadem scena est fgm. 604.

XI. (611.)

Stob. XLVI, 6. *Σοφοκλέους Τυροῖ.* Mich. Apost. II, 7. a. (Arsen. Viol. II. 70. p. 37. ed. Walz.) p. 266. ed Leutsch. c. l. *Σοφοκλέους.*

Ἄκων δ' ἁμαρτὼν οὔτις ἀνθρώπων κακός·

XII. (612.)

Stob. LXXXVII, 3. *Σοφοκλῆς Τυροῖ.*

Πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ' ἀχρείων
τὸ λίαν κακός· βροτῷ δὲ πιστὸν οὐδέν.

Brunckius sic dedit locum: *πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ | οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς | οὔτ' ἀχρείων ὁ λίαν κακός· | βροτῶν κτλ.* male. Iacobsius (Exercit. p. 322.) proposuit *ἀχρείων ἄπο* eiecto *τὸ*, sed *τὸ* librario originem vix debet nec offensioni magis esse potest, quam *τὸ πᾶν, τὸ νῦν*, similia. Non diffiteor tamen, aut corruptelam in verbis *τὸ λίαν κακὸς* latere aut aliquid excidisse videri, nec a vitiis liberum dixerim vs. 1., quamquam de verbis e sententiarum nexu ereptis recte iudicare difficile ac lubricum est. Blomfield. (Mus. crit. Cantabrig. I. p. 149.) maluit *παμπληθίᾳ*, quo non multum proficimus.

XIII. (613.)

Stob. XCIX, 19. *Σοφοκλέους Τυροῦς.*

Τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυσθυμίαι.

Cf. Antiattic. Bekkeri p. 89, 19. *Δυσθυμία. Σοφοκλῆς Τυροῖ.*

XIV. (614.)

Stob. CV, 21. *Σοφοκλῆς ἐν Τυρροῖ.*

Μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Hic versus adhuc inter Terei fragmenta edebatur, quum Gaisfordus eum cum lem. *Σοφοκλῆς Τηρεῖ* (e Paris. B.) edidisset: sed in Gesneri codd. est *ἐν Τυρροῖ*, idemque Schneidewino teste (Philolog. III. p. 168.) in Paris. A. legitur. Ceterum eundem praebent Cic. ad Att. IV, 8. Schol. ad Hom. Il. *θ'*, 5. unde Stob. scriptura *μέγαν* correcta est. — Imitatione vel parodia eum expressit nescio quis apud Plut. p. 184. B. Mich. Apost. XI, 36. ed. Leutsch. Arsen. XXXV, 75. p. 355. ed. Walz. *μὴ σπεῦδε γῆμαι, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.*

XV. (615.)

Stob. CIX, 2. *Σοφοκλέους Τυροῦς β'.*

Μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα.
σιγώμενος γάρ ἐστι θρηνεῖσθαι πρέπων.

Vs. 2. *σιγώμενον* e Scaligeri emendatione scripsit Grotius. *Πρέπων* Paris. B. vulgo *πρέπον*. Trinc. *πλέον*.

XVI. (616.)

Stob. CXV, 8. *Σοφοκλέους Τυροῦς.* Mich. Apost. V, 41. a. (Arsen. XIV, 82. p. 161. Walz.) p. 344. ed. Leutsch. c. l. *Σοφοκλέους.*

Γῆρας διδάσκει πάντα καὶ χρόνου τριβή.

XVII. (617.)

Etym. M. p. 377, 21. Gaisf. *Ἐρρηνοβοσκός· ὁ προβατοβοσκὸς ἐν Τυρροῖ β' Σοφοκλέους.* Eadem habent Phot. p. 17, 7. sed adiectis verbis: *ἴσως ἀπὸ τοῦ ἄρην.* De vera vocis scriptura atque etymologia iam veteres grammaticos incertos fuisse docent Hesych. v. *ἀρηνοβοσκὸς, προβατοβοσκός. Σοφοκλῆς Τυροῖ. γράφεται δὲ καὶ* (sic Bentleius pro vulg. *καὶ γράφεται δὲ*) *ἐρρηνοβοσκὸς* (sic) *διὰ τοῦ ε καὶ τῶν δύο ρ.* Eustath. ad Il. *ι'*. p. 799, 36. *οἱ δὲ ἄρνες οὐ μόνον ῥῆνες, ὡς ἐρρέθη, λέγεται, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀρῆνες, ὅθεν οἱ ἄρνες ἐν συγκοπῇ, διὸ καὶ ἀρηνοβοσκὸς ὁ προβατοβοσκὸς, κατὰ Παυσανίαν, ἐκ μέρους δηλαδή. ἐν δὲ ἀνωνύμῳ ῥητορικῷ λεξικῷ καὶ ἐρενοβοσκὸς ὁ αὐτὸς φέρεται διὰ τοῦ ε.* Nec de scriptura *ἀρηνοβοσκός*, pro qua facile *ἀρνοβοσκός* corrigatur, cogitari potest, quum propter codicum Etymologici et Photii auctoritatem dubitari non possit, quin vox Sophoclea a litera *ε* inceperit, nec de correctione *ἐρνοβοσκός*, in quam olim incidi, si quid veri est in iis, quae Hesychius et Eustathius tradunt, in illa voce post *ρ* literam *ε* fuisse. Sed vereor, ne Pausaniae lexicon (nam ex eo, quo se usum esse Photius ipse in bibliotheca testatur, reliqui hausisse videntur. cf. Aesch. fgm. 197.) illo tempore iam corruptum fuerit vel auctor nugatus sit: respicienti autem mihi aliquam vocem istius *ερρηνο* et ad literas similem et eadem significa-

tione, qua vox πρόβατα, praeditam offert se Suidae glossa: Ἔρημα . τὰ θρέμματα . καὶ Ἐρῆμα ποιητικῶς. Ad quem locum interpretes conferri iubent Etym. M. p. 487, 21. v. Καλλιέρημα. ἐκ τοῦ κάλλος καὶ τοῦ ἔρημον, ὃ σημαίνει τὸ πρόβατον, ὅπερ ὁ ποιητὴς (Hom. Il. ε, 140.) προπεριισπωμένως προφέρεται „τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται." De pecoribus haec etiam scholiastes intellexit haec scribens: τὰ συνώνυμα εἴληφεν. ἄνω γὰρ (vs. 137.) εἴρηκεν „εἰροκόποις ὀΐεσσιν", νῦν δὲ „τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται." Haec mecum reputanti haud improbabile videtur, scripsisse Sophoclem: ἐρημοβοσκός, quamvis ἐρνοβοσκὸς fortassis eadem vi dici potuerit. Similiter confusione literarum μ et ν depravatum vidimus fgm. 436. Sed videant ea de re doctiores.

XVIII. (618.)

Hesych. Ἔχθιμα, μισήματα. Σοφοκλῆς Τυροῖ. (cod. τύρανοις, quod correxit Pierson. ad Moer. p. 436.)

XIX. (619.)

Hesych. Καρπομανής, εἰς κόρον ἐξυβρίζουσα. Σοφοκλῆς τυριλάῳ (sic cod.) Musurus correxit Περιλάῳ, quod Brunckius aliique editores retinuerunt; Dindorfius vero, quum Perilaum dramati materiam praebere non potuisse bene intellexisset, in τυριλάῳ latere τυροῖ $\overset{\alpha}{\beta}$ (δεύτερα) vel $\overset{\alpha}{\alpha}$ probabiliter suspicatus est. Nam ubique apud Hesychium Tyronis nomen depravatum invenitur. cf. fgm. XVIII. XXI.

XX. (620.)

Antiattic. Bekkeri 98, 11. Ἤνεγκον· ἐπὶ πρώτου προσώπου. Σοφοκλῆς Τυροῖ. cf. Soph. OC. 525. 968. Interprett. ad Greg. Cor. p. 150. — Ellendt. (Lex. I. p. 921.) γῆ subaudiendum intellegendumque de nimia stirpium fundendarum ubertate videri monuit.

XXI. (621.)

Hesych. Θεανὴ νῆσος, ἡ ἐκ θεοῦ, θεία. Σοφοκλῆς Τυροῖ α'. (cod. Τυροία ροιτοῦ. Recte Schowius: „quod hic annectitur ροιτοῦ lemmatis est emendatio, et ex ροῖ τῇ α' depravatum".) Pro θεανὴ νῆσος Sogingius, quum se non intellegere diceret, quae insula sic appellari potuisset, correxit θεανὴ νόσος, quemadmodum Sophoclis in Aiace 186 legitur, quod probarunt Ellendtius, Bergkius, Dindorfius, alii. Sed nescio an etiam in quodam sententiarum nexu Delos θεανὴ νῆσος dici potuerit.

XXII. (622.)

Aristoph. Ran. 357. μήτε Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου γλώττης βακχεῖ' ἐτελίσθη. Adnotat scholiastes: Πρὸς τοὺς περὶ Ἀρίσταρχον οἰομένους ὅτι ταῦρος ἦν αὐτοῖς τὸ ἔπαθλον. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ Σοφοκλέους ἐκ Τυροῦς

Διονύσου τοῦ ταυροφάγου.

ἢ ὅτι φίλοινος ἦν καὶ διὰ τοῦτο ἐπίθετον τοῦ Διονύσου αὐτῷ περιτιθέασιν. — ἢ τολμηρόν· ἀπὸ τῶν βακχῶν. — τινὲς βούλονται τὴν φιλονεικίαν αὐτοῦ δηλοῦσθαι ἐκ τοῦ ταυροφάγου, ὅ ἐστι Διονύσου, ταυροκέρως γὰρ ὁ θεός. Εὐριπίδης (Bacch. 918.). οἱ δὲ οὕτως. μηδὲ Κρατίνου βακχεῖα ἐτελέσθη, ἃ ἐστι τοῦ ταυροφάγου Διονύσου, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος ταῖς βακχαῖς. διέσπων γὰρ βοῦς καὶ ἤσθιον ὠμὰ κρέα. Ἀπολλώνιος δέ φησι ταυροφάγον τὸν Διόνυσον ἀπὸ τῶν διδομένων τοῖς διθυράμβοις βοῶν. cf. Etym. M. p. 747, 49. Ταυροφάγον. τὸν Διόνυσον Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ, ὅτι τοῖς τὸν διθύραμβον νικήσασι βοῦς ἐδίδοτο. ἢ τὸν ὠμηστήν. Eadem habent Phot. p. 5. 571. 13 et Suid. s. v.

ΥΒΡΙΣ ΣΑΤΥΡΙΚΗ.

Quale argumentum Sophocles in hac fabula tractaverit, plane obscurum est: nam vix coniecturam ex fgm. 1 facere licet, quum de verbo, unde accusativi Λήθην κτλ. pependerint, non constet. Sed quum dubitari non posse mihi videatur, quin hoc fgm. ex nescio qua Orci descriptione petitum sit, spectandum est, quis potuerit in dramate introduci de Orco verba faciens. Ac statim sese offerunt quaerentibus Hercules et Ulixes. Quoniam vero Hercules in *Hercule ad Taenarum* inductus fuit ex Orco reversus, solus superest Ulixes, qui in hac fabula procedere potuit vel Orcum petiturus vel ex eo rediens. Utra ratione eum poeta in scenam produxerit, haud facile dixeris: sed si in re incerta coniecturam facere licet, huius fabulae argumentum ab eo non multum discrepuisse puto, quod Aeschylus in *Circe* tractavit; fgm. 1 igitur Circae ipsi tribuerim Ulixem profecturum hortanti, ut in Orcum se conferat Tiresiamque consulat. Similia enim loquitur Circe apud Hom. Od. X, 510. sqq.

I. (623.)

Stob. XXVI, 3. Σοφοκλέους Ὑβρέως Σατύρου. (sic Paris. A.)

Λήθην τε καὶ τὴν πάντ' ἀπεστερημένην,
κωφὴν, ἄναυδον —

Καὶ omittunt codd. Paris. A. Vindob. (teste Gaisford. Addend. ad Stob. Ecl. p. 867.) Trinc., τὴν Voss. Th. Bergkius coniecit: Λήθην ἔτεκε τὴν κτλ. quod aptam mihi sententiam praebere non videtur. Quare, quum in optimis libris καὶ desit, correxerim: Λήθην τε, τὴν τὰ πάντ' vel Λήθην τε, τὴν ἅπαντ' κτλ. Accusativi pendere videntur ab ὄψει vel simili verbo, quod in praegressis fuit. Verba Circes esse videntur Ulixi Orcum describentis (cf. Hom. l. c.) sub fabulae finem prolata.

II. (624.)

Athen. XIV. p. 657. A. *Δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς εἴρηκε — Σοφοκλῆς Τρῳ*

Ἐσθίειν ἐθέλων τὸν δέλφακα.

ΥΔΡΟΦΟΡΟΙ.

Huius fabulae argumentum in universum ab eo non diversum fuisse videtur quod Aeschylus in dramate pariter inscripto tractavit quodque suo loco adumbravimus; quibus in rebus autem Sophocles discesserit, hodie vix explorabitur. Chorum e mulieribus constitisse (fortasse bacchantibus) e scholiast. Soph. (fgm. I.) verbis liquet.

I. (625.)

Schol. Soph. Antig. 1. *τὸ δὲ κοινὸν ὁ Σοφοκλῆς συνεχῶς ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ τίθησιν, οἷον καὶ ἐν ταῖς Ὑδροφόροις τέταχεν*

Πολύκοινόν Ἀμφιτρίτην.

ἀντὶ τοῦ πολυάδελφον. **Eadem habet Hesych. v.** *κοινόν.*

II. (626.)

Schol. Soph. Phil. 1199. ad verba: *οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπὴ τῆς βροντᾶς αὐγαῖς μ' εἴσι φλογίζων.* **Adnotat:** *γράφεται καὶ αὐγαῖς, ταῖς βροντῶν αὐγαῖς, ταῖς κεραυνίαις. ἔστι μέντοι λαβεῖν καὶ βροντᾶς ἀντὶ τοῦ βροντήσας, καθάπερ καὶ ἐν Ὑδροφόροις τὸν Διόνυσον εἶπε Βακχὴν ἀντὶ τοῦ Βακχευτάν.* **cf. Lobeck. ad Phryn. p. 435.**

III. (627.)

Phot. p. 366, 13. *Ὄχος Ἀκεσσαῖος· ἐδόκουν αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι εἶναι σπουδαῖαι. ἡ γὰρ Ἄκεσσα Σικελικὴ πόλις· Σοφοκλῆς Ὑδροφόροις.*

Ὄχοις Ἀκεσσαίοισιν ἐμβεβὼς πόδα.

Sophoclis locus in codice traiectus est ad glossam *Ὄχανος* **(p. 365, l.), unde eodem loco eum Suidas habet. Errorem Porso et Hermannus indicarunt. Similia atque Photius praebet etiam Hesych. v.** *Ὄχος ἀκεσταῖος* **et v.** *Ἀκεσταῖοι ὄχοι.* **unde fortasse apud Photium et Sophoclem** *Ἀκεσταῖος* **et** *Ἀκέστα* **corrigendum est, nam urbem** *Ἀκέστην* **(non** *Ἄκεσσαν***) commemorat etiam Stephanus Byz. s. v. eam ab** *Ἄγεστα* **non diversam esse dicens.**

Φ Α Ι Α Κ Ε Σ.

Hoc dramate, si quid e titulo coniiciendum, *Nausicaa* fabula quodammodo continuata erat: h. e. eo expressa erant, quae Homerus Odyss. libris VII—XII descripserat. Nec dubitari potest, quin id et simplicitate et hilari exitu Nausicaae simillimum fuerit, quamquam argumentum, quum inter viros res ageretur, paullo gravius quam in Nausicaa fuisse videtur. Itaque vix erat, cur Brunckius et Boeckhius (Trag. Graec. Princ. p. 130. sq.) hoc drama inter satyrica referrent: nam quam Boeckhius e fgm. III repetiit rationem vanam esse infra patebit. Fortasse quartum in tetralogia locum habuit.

I. (628.)

Scriptor vitae Soph. (p. 131, 89. ed. Westerm.) *τούς τε γὰρ μύθους φέρει κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ καὶ τὴν Ὀδυσσείαν δ' ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται. παρετυμολογεῖ δὲ καθ' Ὅμηρον* (Od. XIX, 407. sq.), *καὶ τοὔνομα τοῦ Ὀδυσσέως·*

Ὀρθῶς δ' Ὀδυσσεύς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς·
πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί.

ἠθοποιεῖ δὲ καὶ ποικίλλει καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται, Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν.— Quoniam Homerici versus, quos Sophocles imitatus esse fertur, in ea Odysseae parte leguntur, qua Euryclea Ulixis pedes lavisse herumque agnosse traditur, Brunckius Sophoclis locum in Niptra intulit: sed quum in dramate isto (cf. p. 341.) nec illud lavacrum, quod Homerus descripsit, nec fatorum Ulixis narratio locum habuere potuerit, Welcker p. 231. haud dubie rectius versus ad Phaeaces rettulit et aptissime cum iis rationem, qua apud Homerum Ulixes narrationem suam incipit (IX, 19.) *Εἰμ' Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης κτλ.* contulit. — De lusu etymologico cf. fgm. 600.

II. (629.)

Plut. Quaest. Conviv. IX, 14, 6. p. 745. F. *ἀλλά μοι δοκεῖ, Πλάτων ὡς ἀτράκτους καὶ ἠλακάτας, τοὺς ἄξονας, σφονδύλους δὲ τοὺς ἄστερας, ἐξηλλαγμένως ἐνταῦθα καὶ τὰς Μούσας Σειρῆνας ὀνομάζει, ἐρεούσας τὰ θεῖα καὶ λεγούσας ἐν Ἅιδου, καθάπερ Σοφοκλέους Ὀδυσσεὺς φησὶ Σειρῆνας εἰσαφικέσθαι*

Φόρκου κόρας, θροοῦντε τοὺς Ἅιδου νόμους.

Sic Duebner e codd. edidit. — Locum iam antea Lobeckius (ad Aiac. p. 342.) coniectura sic metro adstrinxerat:

Σειρῆνας εἰσαφικόμην
Φόρκου κόρας, θροοῦντε τοὺς Ἅιδου νόμους.

Brunckius hos vs. simul cum fgm. I. in *Niptra* intulerat, sed quum Ulixem in eo dramate fata sua enarrasse non probabile sit, Welcker rectius egisse videtur, quod eos huc rettulit.

III. (630.)

Antiatt. Bekkeri p. 82, 32. *Ἀρτύματα, οὐχ ἡδύσματα. Σοφοκλῆς Φαίαξιν.* Locum, ad quem respexerit grammaticus, servatum esse Boeckhius l. c. dicit ab Athen. II. p. 67. F. *ὅτι ἀρτύματα εὕρηται παρὰ Σοφοκλεῖ*

καὶ βορᾶς ἀρτύματα.

Non improbabilis haec coniectura est, at non ita certa, ut inde iudicium de fabulae argumento ac natura fieri possit: nam voce *ἀρτύματα* Sophocles etiam in aliis fabulis (cf. fgm. 311. 666.) usus est et in aliis uti potuit. Audacissime vero et improbabiliter egit Boeckhius, quod allatis istis verbis *καὶ — ἀρτύματα* pergit: „Idem ibidem: *τὸ δὲ ῥῆμα κεῖται παρὰ Σοφοκλεῖ· ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς.*“ et inde consequi dixit, ut haec fabula satyrica fuerit. Nam inter haec verba et illa Athenaeus multa (v. c. Aesch. fgm. 302. Theopompi locos) interseruit, id quod Boeckhius tacuit: at, etiamsi nihil esset interpositum, iusta tamen non foret causa, cur in eadem fabula, in qua vocem *ἀρτύματα* adhibuit poeta, eundem etiam voce *ἀρτύειν* usum esse statueremus. Haud dubie igitur verba „*ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς*“ in alio quodam dramate locum habuerunt et rectius a nobis inter incert. fab. reliquias (728) relata sunt.

IV. (631.)

Antiattic. Bekk. p. 83, 21. *Ἀποσημῆναι· ἀντὶ τοῦ δηλῶσαι. Σοφοκλῆς Φαίαξιν.*

Welcker p. 232 in fatorum Ulixis narratione etiam locum habuisse suspicatur fgm. 944, sed vide quae de eo infra disputavimus.

Φ Α Ι Δ Ρ Α.

„*Notus amor Phaedrae, nota est iniuria Thesei.*“ Ovidius (Fast. VI. 739) quidem dicit, sed quae de Hippolyto et Phaedra scimus, ea ex Euripide et maxime e superstite eius *Hippolyto* fabula fluxerunt. Euripidem vero, ut in multis aliis fabulis, ita in hac nonnulla novasse cum per se probabile est tum inde quodammodo cognoscitur, quod is idem argumentum bis tractavit (cf. Eurip. fgm. p. 220. sq.); Sophoclem igitur veri est simillimum aliam eamque antiquiorem narrationem esse secutum. Quam Welcker p. 395 iis contineri coniecit, quae Asclepiades, *τραγῳδουμένων* scriptor (apud schol. Hom. Odyss. XI, 321.) memoriae tradidit, quippe in quibus multa aliter *quam ab* Euripide relata sint. Illius verba haec sunt: *Θησεὺς ὁ Αἰ-*

γέως ἔχων παῖδα Ἱππόλυτον ἐξ Ἀμαζόνος Ἀντιόπης, ἔγημε Φαίδραν τὴν Μίνωος τοῦ τῶν Κρητῶν βασιλέως. εὐλαβούμενος δὲ μητρυιᾶς ἐπιβουλὴν πέμπει ἐξ Ἀθηνῶν τὸν υἱὸν Ἱππόλυτον Τροιζηνίων ἄρχειν. ἦν γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν Πιτθέως Αἴθραν μητρώα τις ἀρχὴ δεῦρο. Φαίδρα δὲ ἐρωτικῶς διατεθεῖσα τοῦ Ἱππολύτου, σφοδρῶς ἐπ' αὐτῷ τηκομένη τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο τὸ νῦν Ἱππολύτειον καλούμενον. εἰς Τροιζῆνα δὲ ὕστερον παραγενομένη διενοεῖτο πείθειν τὸν νεανίσκον ὅπως αὐτῇ μιγείη. χαλεπῶς δ' ἐκείνου προσδεξαμένου τὸν λόγον λέγεται βοηθεῖσαν (Barnes. dedit φοβηθεῖσαν) αὐτὴν ἀντιστρέψαι τὴν αἰτίαν καὶ πρὸς Θησέα διαβάλλειν ὡς Ἱππολύτου πειρῶντος αὐτήν. Ὁ δὲ τριῶν, ὥς φασιν, αὐτῷ παρὰ τοῦ Ποσειδῶνος εὐχῶν εἶναι ὁμολογήσαντος (sic recte Ahrens pro vulg. ὡμολόγησεν) ὅτι ἂν εὔξηται συντελέσειν, πιστεύσας τῇ Φαίδρᾳ μίαν τούτων ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ τὸν τοῦ παιδὸς ὄλεθρον. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ὁμολόγουσι τὸ ἅρμα γυμνάζοντα παραφανέντος ἐξαίφνης ἀπὸ τῆς θαλάσσης ταύρου καὶ ταραχθέντων τῶν ἵππων ἑλκόμενον ἀποθανεῖν. τὴν δὲ Φαίδραν, φανερᾶς γενομένης τῆς διαβολῆς ἀπάγξασθαι. Ἡ δὲ ἱστορία παρ' Ἀσκληπιάδῃ. Ut haec ad Sophoclis fabulam narrata sint, tamen neque inde neque ex fragmentis, quae eius fuerit oeconomia, liquet.

I. (632.)

Stob. Ecl. Phys. (I, 5, 11. p. 172. ed. Heer.) I. p. 64. ed. Gaisf. *Σοφοκλέους ἐκ Φαίδρας*

Περιώσι' ἄφυκτά τε μήδεα
παντοδαπᾶν βουλᾶν ἀδαμαντίναις
ὑφαίνεται κερκίσιν αἶσα.

Quum etiam in optimo cod. Aug. lemma *Σοφ. ἐκ Φαιδ.* (Gaisfordo teste) reperiatur, non est cur hunc locum a Sophocle abiudicemus: videndum vero, ne id in sequentem cadat. Ceterum codex Aug. vs. 1. *περὶ ὅσια φυκτά*, vs. 2. *παντοδαπάν βουλάν* praebet.

II. (633.) *

Stob. Ecl. Phys. (I, 5, 13. p. 174. Heer.) I. p. 65. Gaisf. [*Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ*].

A. *Ἔζης ἄρ' οὐδὲ γῆς ἔνερθ' ᾤχου θανών;*
B. *οὐ γὰρ πρὸ μοίρας ἡ τύχη βιάζεται.*

Codd. Aug. Escur., item Cant. et Grot. locum *ἀδέσποτον* relinquunt. cod. Vat. vero illud lemma teste Heerenio in margine habet.

III. (634.)

Stob. Floril. XVII, 2. *Σοφοκλέους Φαίδρᾳ.*

Οὐ γὰρ δίκαιον, ἄνδρα γενναῖον φρένας
τέρπειν, ὅπου μὴ καὶ δίκαια τέρψεται.

Ad Phaedram referunt locum codd. Paris. A. et vet. Vindob. (teste

Gaisfordo Addend. ad Stob. Ecl. p. 864.) et Orio Anthologm. VI, 7. p. 49. ed. Schneidewin. vs. 2. sic exhibens: ὅπου γε δίκαια τέρπεται, punctis voci δίκαια suppositis. Hinc Schneidewinus correxit ὅπου γε μὴ δίκ. τερ.

IV. (635.)

Stob. XLIII, 5. Σοφοκλέους Φαίδρᾳ. (sic Paris. A. Vindob. l. c.)

Οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις,
ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα
λάγδην πατεῖται, κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
πανοῦργα χειροῖν κέντρα κηδεύει πόλιν.

Eundem locum omisso fabula nomine praebet schol. Luc. ad Lexiphan. T. II. p. 336. — Vindob. Voss. γένοιντ' ἂν ἀσφαλεῖς πόλεις. Paris. A. alterum ἂν omittit. — Vs. 4. Brunckius e cod. reg. χερσὶ, sed χεροῖν Vindob., χειροῖν reliqui. Schol. Lucian. χερσὶν ἔργα κηδεύοι.

V. (636.)

Stob. LXIII, 25. Σοφοκλέους Φαίδρᾳ.

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς χαράσσει κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Ad Sophoclis Phaedram hos versus referunt optimi codd. Paris. A. et Vindob. (teste Gaisford. l. c. p. 884.), Euripidi vero tribuit Voss. et qui tres priores citavit Clem. Alex. Strom. VI, 2, 14. p. 745. P. In quibus quamvis etiam Valck. ad Hipp. 447 Sophoclei coloris detegere se nihil potuisse affirmaverit, non perspeximus tamen causam, cur optimorum librorum auctoritati fidem denegaremus. cf. Soph. Antig. 781. sqq. Trach. 441. sq. — Clem. vs. 1. μόνον, vs. 3. ταράσσει. — Ad sententiam cf. fgm. 708.

VI. (637.)

Stob. LXIX, 14. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. (sic Paris. A. Vind. l. c. p. 887.)

Οὕτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν
κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἄν, οὐδὲ σώφρονος
κρεῖσσον· παθὼν δ' ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει.

Vs. 3. Malim λέγοι. — Sophoclem Hesiodi (Op. 700) sententiam expressisse monuit Brunckius.

VII. (638.)

Stob. LXXIV, 16. Σοφοκλῆς ἐν Φαίδρᾳ. (sic Paris. A. Vindob. l. c. p. 890.)

Σύγγνωτε κἀνάσχεσθε σιγῶσαι· τὸ γὰρ
γυναῖξιν αἰσχρὸν σὺν γυναικὶ δεῖ στέγειν.

Vs. 2. Paris. A. B. *σὺν γυναικὶ δεῖ.* Vindob. et reliqui *ἐν γυναικὶ χρή* (Vind. *δεῖ*). Grotius correxit *ἐν γυναιξὶ*, Ellendt. Lex. II. p. 761. *σὺν γυναιξί.* Ipse olim in *κἀν γυναιξὶ* incidi, nunc video locum facilius ac certius sic restitui posse: *τὸ γὰρ γυναιξὶν αἰσχρὸν ὂν γυναικὶ δεῖ στέγειν.*

VIII. (639.)

Stob. CV, 39. *Σοφοκλέους Φαίδρα.* (Paris. A.)

Τὸ δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμῆσαι βροτῶν,
οὐκ ἔστιν ὄντως ὄντιν' εὑρήσεις ἕνα.

Paris. A. B. *εὐτυχοῦν.* vs. 2. *οὗτος* pro *ὄντως.* Scriptura codd. quum sententiam non praeberet, Grotius correxit: *τὸν δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμήσας βροτοὺς κτλ.* Ellendt. Lex. II, p. 521. *τὰ δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμῆσαι βρ.* dicens *τὰ πάντα εὐτυχοῦντα* esse pro *τὰ διὰ παντός.* Sed cum Grotio *τὸν δ'* scribendum esse luculenter e vs. 2 apparet; ut autem simul verba *ἀριθμῆσαι βροτῶν* mutentur, minus est necessarium. *Πάντα* h. l. adverbii vice positum est. cf. Eur. fragm. 656. *οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.*

IX. (640.)

Stob. CVIII, 53. *Σοφοκλέους Φαίδρα.* (sic Paris. A. Vindob. l. c. p. 908.)

Αἴσχη μέν, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ἂν εἷς φύγοι
βροτῶν ποθ', ᾧ καὶ Ζεὺς ἐφορμήσοι κακά.
νόσους δ' ἀνάγκη τὰς θεηλάτους φέρειν.

Vs. 2. vulg. *ᾧ κε Ζεὺς ἐφορμήσῃ.* Paris. A. *ᾧ καὶ Ζεὺς ἐφορμήσοι.* Vind. *ᾧ καὶ Ζεὺς ἐφορμήσῃ.* Brunckius correxit: *ᾧ γε Ζεὺς ἐφορμήσοι.* G. Hermannus (Incredibil. lib. I. p. 20. Opusc. IV. p. 361.): „quum non possit dubitari, quin respiciatur turpis amor, in quem inciderit Phaedra, iure statuendum est, coniunctivo potius utendum fuisse. Malum autem versus fulcrum *καὶ* credere suadet, Sophoclem scripsisse: *οἷσι Ζεὺς ἐφορμήσῃ κακά.*" Priora probo, sed pro *οἷσι* malim *ᾧπερ.*

X. (641.)

Bekk. An. Gr. p. 338, 15. Bachm. An. Gr. I, p. 23, 27. *Ἄγκυραι· ἐκ μεταφορᾶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς*

Ἀλλ' εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου.

Locum huc referendum esse docent Hesych. v. *ἄγκυραι. ἐκ μεταφορᾶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.* et Suid. v. *χαλάσω.* De sententia cf. Pflugk. ad Eur. Hec. 80.

XI. (642.)

Hesych· *Ἅγος, ἄγνισμα θυσίας. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.* cf. Etym. M. p. 12, 26. 337, 9.

XII. (643.)

Etym. M. p. 19, 53. *καὶ ἀελλάδες φωναὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ.* Sic Valckenarius (ad Eur. Hipp. 1201) vulgatam *ἄελλαι, φωναὶ κτλ.*, quam Gaisfordus quoque retinuit, ex Etym. Leidens. correxit et verba de mugitu terrae dicta esse affirmavit. Illud probandum, hoc perquam dubium est.

XIII. (644.)

Hesych. *Ἄκλεπτοι, οὐ παραλογιζόμενοι, ἀληθεῖς· Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.* (*Φαίδραις.* cod.)

XIV. (645.)

Hesych. *Ἀπέπτυσε λόγους, ἀπεμύξατο τοὺς λόγους, ἀντὶ τοῦ ἀπεστράφη. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.* cf. Antig. 1217. et schol. ad h. l.

XV. (646.)

Hesych. *Αὐτομόλως, προδοτικῶς. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.*

XVI. (647.)

Hesych. *Ἄψεφὲς, ἀφρόντιστον. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ.* Idem sed omisso fabulae nomine est in Bekk. An. Gr. p. 476, 1. Bachm. An. I. p. 177, 7.

XVII. (648.)

Hesych. *Κυλλαίνων* (cod. *κυλαίνων*) *κάτω. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. τὰ ὦτα καταβαλὼν, ὅπερ* (cod. *ἅπερ*) *οἱ σαίνοντες* (*κύνες* addit. Hemsterh.) *ποιοῦσιν.*

ἔσαιν᾽ ἐπ᾽ οὐρὰν ὦτα κυλλαίνων κάτω.

(*ἔσται ἐπουρανῴτικυθλάννων καὶ τὸ* cod.) *οἷον* (Hom. Od. ρ′, 302.) *οὐρῇ μέν ρ᾽ ὅγ᾽ ἔσηνε, καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω.* Brunkius dedit: *ἔσαινεν οὐρᾷ τὤτα κτλ.*

XVIII. (649.)

Hesych. *Μῶλυς, ὁ ἀμαθὴς. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ μεμωλυσμένη, παρειμένη.* cf. Diog. Laert. VII, 170.

Welcker p. 400 praeterea huc refert fgm. 24, 26, 718, 722, 789, 707.

ΦΘΙΩΤΙΔΕΣ.

Huius dramatis quodnam fuerit argumentum plane ignoramus: nam Welckeri sententiae id a *Peleo* non diversum esse dicentis obstare Aristotelis (Poet. 18.) verba: *τραγῳδία — — ἡ δὲ ἠθικὴ, οἷον αἱ Φθιώτιδες καὶ ὁ Πηλεύς.* **iam supra (ad *Pelei* argum.) monuimus. E titulo autem, quo haud dubie chorus significatur, argumentum ad Pelei historiam pertinuisse coniicias neque improbabilis est sententia, quam Ahrens proposuit, a dramate non alienam esse partem eorum, quae memoriae mandavit Apollod. III, 13, 1. sq.** *Πηλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φυγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος καθαίρεται καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην καὶ τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν. καὶ γίνεται αὐτῷ θυγάτηρ Πολυδώρα, ἣν ἔγημε Βῶρος ὁ Περιήρους. 2. ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ' Εὐρυτίωνος ἐλθὼν, προέμενος ἐπὶ τὸν σῦν ἀκόντιον Εὐρυτίωνος τυγχάνει καὶ κτείνει τοῦτον ἄκων. πάλιν μὲν οὖν ἐκ Φθίας φυγὼν εἰς Ἰωλκὸν πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται. 3. ἀγωνίζεται δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Πελίᾳ ἀγῶνα πρὸς Ἀταλάντην διαπαλαίσας. καὶ Ἀστυδάμεια, Ἀκάστου γυνὴ, Πηλέως ἐρασθεῖσα περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους, μὴ δυναμένη δὲ πεῖσαι πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πέμψασα ἔφη Πηλέα μέλλειν γαμεῖν Στερόπην τὴν Ἀκάστου θυγατέρα. καὶ τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα ἀγχόνην ἀνάπτει. Πηλέως δὲ πρὸς Ἄκασταν καταψεύδεται, λέγουσα ὑπ' αὐτοῦ περὶ συνουσίας πεπειρᾶσθαι. [ἃ] Ἄκαστος ἄκουσας κτεῖναι μὲν ὃν ἐκάθηρεν οὐκ ἠβουλήθη, ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ θήραν εἰς τὸ Πήλιον. ἔνθεν ἀμίλλης περὶ θήρας γενομένης Πηλεὺς μὲν οὖν, ὧν ἐχειροῦτο θηρίων, τὰς γλώσσας τούτων ἐκτέμνων εἰς πήραν ἐτίθει, οἱ δὲ μετὰ Ἀκάστου ταῦτα χειρούμενοι κατεγέλων ὡς μηδὲν τεθηρακότος τοῦ Πηλέως. ὁ δὲ τὰς γλώσσας παρασχόμενος ὅσας εἶχεν ἐκείνοις τοσαῦτα ἔφη τεθηρευκέναι. ἀποκοιμηθέντος [δὲ] αὐτοῦ ἐν τῷ Πηλίῳ, ἀπολιπὼν Ἄκαστος καὶ τὴν μάχαιραν ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας ἐπανέρχεται, ὁ δὲ ἐξαναστὰς καὶ ζητῶν τὴν μάχαιραν ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταληφθεὶς ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι. σώζεται δὲ ὑπὸ Χείρωνος. οὗτος καὶ τὴν μάχαιραν ἐκζητήσας δίδωσι.*

I. (650.)

Bekk. An. p. 128, 3. *Ἄν* (συντάσσεται) *παρακειμένοις καὶ ὑπερσυντελικοῖς. Σοφοκλῆς Φθιώτισιν·*

ἢ πατροκτόνος δίκη
κέκλητ' ἂν αὐτῷ.

II. (651.)

Ioann. Damasc. in Gaisfordi Append. ad Stob. Floril. T. IV. p. 35. p. 402. (Addend. ad Stob. Ecl. p. 727, 16.) *Σοφοκλέους δ Φθιωτίδων* **(cod.** *φοιωτ*).

Νέος πέφυκας· πολλὰ καὶ μαθεῖν σε δεῖ
καὶ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ διδάσκεσθαι μακρά.
ἀεί τι βούλου χρήσιμον προσμανθάνειν.

A. Nauckius (in Philol. IV. p. 541.) apte cum vs. 1. Menandri sent. monost. 373 contulit et vs. 3 seiungendum a reliquis videri monuit.

De Gellii loco a quibusdam huc relato vide fgm. 653.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ ΕΝ ΤΡΟΙΑΙ.

Huius fabulae argumentum tantum non e titulo divinari potest paucisque adumbratum est his Procli verbis: *ἰαθεὶς δὲ οὗτος* (sc. *ὁ Φιλοκτήτης*] *ὑπὸ Μαχάονος καὶ μονομαχήσας Ἀλεξάνδρῳ κτείνει. καὶ τὸν νεκρὸν ὑπὸ Μενελάου καταικισθέντα ἀνελόμενοι θάπτουσι οἱ Τρῶες.* Hinc Philoctetam concludas initio fabulae tetro vulnere vexatum acerbissimisque doloribus cruciatum spectatorum misericordiam movisse, deinde vero Machaonis arte sanatum et victorem e certamine cum Alexandro progressum cum sibi maximam gloriam comparasse tum summam Graecis Troiae tandem capiendae spem fecisse. Haud dubie enim in exordio oraculorum, quibus Ilium sine Herculis sagittis capi non posse edictum erat (cf. Soph. Phil. 1326–48. 1407—27. 197. 612. 841. 1344. Eur. fgm. 781. Paus. V, 13. I, 22. Quint. Sm. IX, 3, 27.), pariter atque doli, quo Ulixes Philoctetam circumvenerat et in Graecorum castra traduxerat, mentio iniecta erat. Fragmenta pauciora supersunt, quam ut iudicium de fabulae oeconomia fieri possit: alienissimum vero eius argumentum a satyris fuisse vix erit, quin concessurus eorumque improbaturus sit sententiam, qui fabulam inter satyricas referri voluerunt.

I. (652.)

Stob. CXX, 7. *Σοφοκλέους Φιλοκτήτου.* (sic Paris. A.)

Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων.

Omisso fabulae nomine locum habet Mich. Apost. II, 52. c. (Arsen. III, 13.) p. 277. ed. Leutsch. Ad sententiam cf. Aesch. fgm. 246.

II. (653.)

Gell. N. A. XIII, 18. *Sed etiam ille versus non minus notus*

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.

et in tragoedia Sophoclis scriptus est, cui nomen Φιλοκτήτης et in Bacchis (189.) *Euripidi.* Quum in nonnullis codd. esset *φυλετίδες*,

Casaubono auctore Φθιώτιδες correctum locusque ad istam fabulam relatus est, sed in opt. cod. est Φιλοκτήτης, in aliis codd. et vett. editt. φυλοκτήτης (sic).

III. (654.)

Priscian. XVIII, 20. Βαρύνομαι τούτῳ καὶ τοῦτο. Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ

Ὀσμῆς μόνον ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου

ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῆς ὀσμῆς. Sic Putschius. Cod. Monac. (teste Spengelio Varr. p. 615.) Σοφ. Φιλ. τῷ ἐν Τροίᾳ „ὀσμῆς μου ὅπως μὴ βαρυνθήσεσθέ μου. Inde Dindorfius hunc versum elicuit: ὀσμῆς ὅπως μου μὴ βαρυνθήσεσθέ μου, male, nam et iteratum μου offendit et ὀσμῇ vel ὀσμὴν scribendum esse docet ipse Priscianus. Rectius igitur Dobraeus (Add. ad Pors. Aristoph. p. 191.) correxit:

ὅπως μὲν ὀσμὴν μὴ βαρυνθήσεσθέ μου.

(mente addas: φυλάξομαι.) ὀσμῆς et ὡς μὴ varias eiusdem vocis ὀσμῇ vel ὀσμὴν scripturas esse bene monens. Hinc etiam facile scriptura ὀσμῆς μόνον ὡς μὴ originem ducere potuit. Krehlius vero (Vol. II. p. 180.) editt. Ald. Basil. secutus, quum locum in superstite Philocteta (vs. 890.) respici sibi persuasisset, male dedit: Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ „μὴ βαρύνθωσιν κακῇ ὀσμῇ πρὸ τοῦ δέοντος. Sed et additamentum illud τῷ ἐν Τροίᾳ profecto non tale est, qualia originem ducere a librariis solent, et reliquarum vocum scripturae a versu in superstite Philocteta lecto ita discrepant, ut hunc dictum esse plane incredibile sit. — Brunckius dederat: ὀσμῆς μόνον γ' ὡς μὴ κτλ. Ahrens: ὀσμῆς μὲν οὖν ὡς μὴ κτλ.

IV. (655.)

Hesych. Δράκοντα, τὸ κηρύκιον (fort. κηρύκειον[53]). Legendum videtur δράκοντε, ut duo illi serpentes, quibus praeconis baculus insignitus fuit, significentur. cf. Suid. v. κηρύκειον. ξύλον, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους, καὶ ἀντιπροσώπους ἀλλήλοις κειμένους. ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς ἀδικεῖν, παρ' οὓς ἀπέρχονται. σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου. τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον εἶδος τῶν ὄφεων τὰ ἀντιτασσόμενα στρατόπεδα. ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ.

V. (656.)

Hesych. Δρυοπαγῆ στόλον (cod. δρυοπαγήστολον.), τὸν πάσσαλον. Σοφοκλῆς Φιλοκτήτῃ. Pro στόλον non opus est ut auctore Ellendtio (Lex. I. p. 450.) corrigatur στύλον. cf. Aristot. part. anim. 2, 14. gen. an. 3, 2.

VI. (657.)

Hesych. Ζηλῶ, μακαρίζω. Σοφοκλῆς Φιλοκτήτῃ ἐν Τροίᾳ.

---

[53]) Similiter κηρύκιον pro κηρύκειον legitur ap. Hesych. s. v. κηρύκειον, σύνθημα φιλίας κτλ. quod e Suida correxit Musurus.

VII. (658.)

Hesych. *Ῥακτηρίοις κέντροισι, ἀντὶ τοῦ ταῖς κώπαις, διὰ τὸ ἀράττεσθαι. καὶ ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ*

μέλη βοῶν ἄνανδα καὶ ῥακτήρια.

ἀντὶ τοῦ ψοφώδη καὶ θορυβώδη. **Prior locus ad quam fabulam referendus sit ignoramus.**

Ad hanc fabulam, quam satyricam fuisse coniecit, Hermannus (Praef. ad Philoct. p. X) rettulit hunc Plutarchi (an seni ger. sit resp. 9. p. 789. A.) locum: *ὥσπερ γὰρ ὁ γαμεῖν παρασκευαζόμενον γέροντα, ἐστεφανωμένον καὶ μυριζόμενον ἀποτρέπων, καὶ λέγων τὰ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην*

Τίς δ' ἂν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
δέξαιτ' ἄν; εὖ γ' οὖν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας.

οὐκ ἄτοπός ἐστι. καὶ γὰρ αὐτοὶ πολλὰ τοιαῦτα παίζουσιν εἰς ἑαυτούς

γαμῶ γέρων, εὖ οἶδα, **(leg.** *ἐγῷδα***)** *καὶ τοῖς γείτοσιν.*

Hunc iterum respexit Plut. vit. Sol. c. 20. — Eundem Musgravius ad Euripidis Philoctetam retulerat. Sed Matthiaeus (Eurip. Vol. IX. p. 289. sq.) eum legi in ulla tragoedia potuisse negavit, intellegere se non posse dicens, quomodo Philoctetes senex in tragoedia induci potuerit puellam in matrimonium ducturus, ideoque verba e Strattidis comici Philocteta ducta opinatur. In eadem fere sententia sunt Urlichius de Achaeo p. 37.), Welcker (Trag. p. 37.), Schneidewinus (Philol. IV. p. 662.). Quae etsi haud improbabilis est, tamen pertinaciter verba locum in tragoedia habere non potuisse haud quaquam contenderim, si quidem Philoctetae historiam a multis poetis tragicis et quidem a quibusdam in duabus fabulis repraesentatam, itaque necessarium fuisse considero, ut posteriores poetae tragici aliquantulum in ea novarent, ut spectatorum animos propensos sibi redderent. Idem sensisse videtur Meinekius (Poet. com. IV. p. 673.) quum locum inter anonymorum comic. fragm. nisi dubitans non receperit. Ac fortasse versus re vera e dramate satyrico fluxerunt, quamquam propterea animum non inducam, Euripidis vel Sophoclis Philoctetas inter fabulas satyricas referre.

Φ I N E Y Σ.

De Phineo haec tradunt Schol. Apoll. Rhod. II. 177. *ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται τὸν Φινέα περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν κατοικῆσαι. ὁ δὲ Σαλμυδησσὸς ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἐστὶ κατὰ τὰ ἀριστερὰ εἰσπλέοντι τὸν Πόντον.* **cf. Apollod. I, 9, 24. (cuius verba ad Aeschyli Phineum apposuimus.)** ***Asclepiad.*** **ap. Schol. Hom. Od. XII, 99.** *Ἔχων γὰρ παῖδας ἐκ Κλεο-*

πάτρας τῆς Βορέου καὶ ἐπιγήμας Εὐρυτίαν δίδωσιν αὐτοὺς τῇ μητρυιᾷ διαβληθέντας πρὸς ἀναίρεσιν. Ζεὺς δὲ χαλεπήνας λέγει αὐτῷ, πότερον βούλεται ἀποθανεῖν ἢ τυφλὸς γενέσθαι. ὁ δὲ αἱρεῖται μὴ ὁρᾶν τὸν ἥλιον. ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἥλιος Ἅρπυίας ἐπιπέμπει αὐτῷ, αἵτινες, εἴποτε μέλλοι ἐσθίειν, τὰ βρώματα αὐτοῦ διέπρασσον ἐμβάλλουσαι φθοράν τινα. καὶ οὕτω Φθινεὺς ἐτιμωρεῖτο. Schol. Apoll. Rhod. I, 211. Φινεὺς δὲ Κλεοπάτραν τὴν Ὠρειθυίας πρώτην ἔγημεν. μετὰ ταῦτα δὲ Ἰδαίαν (Paris. cod. Εἰδυῖαν) τὴν Δαρδάνου. ἥτις ἀπεχθῶς ἔχουσα πρὸς τοὺς προγόνους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ Κλεοπάτρας υἱοὺς, ἐπειρᾶτο τυφλῶσαι αὐτούς. οἱ δέ[φασιν], ὅτι ὁ πατὴρ ἐτύφλωσεν αὐτοὺς, διαβαλλούσης τῆς μητρυιᾶς πρὸς αὐτόν. Apollod. III, 15, 3. Κλεοπάτραν δ' ἔγημε Φινεὺς, ᾧ γίνονται παῖδες ἐξ αὐτῆς Πλήξιππος καὶ Πανδίων. ἔχων δὲ τούτους ἐκ Κλεοπάτρας παῖδας Ἰδαίαν ἐγάμει τὴν Δαρδάνου. κἀκείνη τῶν προγόνων πρὸς Φινέα φθορὰν καταψεύδεται, καὶ πιστεύσας Φινεὺς ἀμφοτέρους τυφλοῖ. παραπλέοντες δὲ οἱ Ἀργοναῦται σὺν Βορέᾳ κολάζονται αὐτόν. Famam illam, qua Phineus ipse liberos oculis privasse perhibetur, etiam Sophocles secutus est teste schol. Apoll. Rhod. II, 178. (fgm. I.) neque in alia fabula, quam in *Phineo* hoc fecisse potest, quum in Antig. 966—987, ubi Phinidarum historiam attigit, dirum illud facinus novercae tribuerit. Quod ex hac re poetam in diversis fabulis diversas narrationes secutum esse elucet, id multo magis e schol. Soph. testimonio (fgm. 592.) et inde liquet, quod et Phineus α' et β' citantur. Quum autem Phinidarum historiam etiam in *Tympanistis* tractatam esse e fgm. 592. 593. appareat, perquam probabilis est Welckeri (p. 330.) sententia ab altera Phineo coniicientis non differre Tympanistas. Hoc autem scholiastarum Sophoclis et Apollonii testimonia examinantibus nobis inter utramque fabulam intercessisse videtur discrimen. In *Phineo* Phinei uxor Idaea fuit, Dardani filia, quae quum privignos falso apud patrem accusasset, maritum commovit, ut filios occaecaret. Propter quod scelus Phineus haud dubie Zetae et Calaidi, qui cum Argonautis ad Thraciae oras appulerant, poenas dedit. In *Tympanistis* (*Phineo altera*) vero Sophocles ea, quae in Antig. l. c. paucis significavit, in ipsa scena repraesentasse videtur, nec dubitari potest, quin in hac fabula de Eidothea, non de Phineo supplicium sumtum sit. Praeterea in utroque dramate singula quaedam videntur immutata fuisse: v. c. filiorum nomina, de quibus omnino maxima fuit veterum scriptorum dissensio. Schol. Apoll. l. c. (fgm. I.) et ad II, 228. vocat eos Ὄρυιθον (Welck. corrigit Ὠρείθυιον) et Κράμβιν, ad II, 140. Φινέως παῖδες ἐκ μὲν Κλεοπάτρας Παρθένιος καὶ Κράμβις (Paris. Κρώμενος), Schol. Soph. l. c. (fgm. 592.) diversos auctores citans Πλήξιππος καὶ Πανδίων, Τηρύμβας καὶ Ἄσπονδος. Propter huius schol. testimonium non probabilis est Th. Bergkii coniectura in barbarica nominis Κράμβις forma haerentis, a schol. Apoll. non poetam Sophoclem, sed grammaticum, Apollonii interpretem, dictum esse. Ceterum illud Κράμβις videndum est ne ex Τηρύμβας decurtatum ac depravatum sit. In utraque fabula denique alius chorus introductus, et altera quidem, in qua Eidothea primas agebat partes, ab eo (Tympanistae) inscripta, altera vero, in qua Phineus ipse primarias tenebat, ab hoc appellata fuit. Sed quum Phineus etiam in Tympa-

nistis persona necessaria fuerit, hanc fabulam facile Phinei nomine inscribi potuisse ex iis intellegetur, quae p. 340. not. 35. disputavimus. Recte igitur Welcker Tympanistas et Phineum β', quae ab Hesychio citatur, unam eandemque fabulam fuisse dixerit.

I. (659.)

Schol. Apoll. Rhod. II, 178. Well. *Πηρωθῆναι δὲ λέγουσι τὸν Φινέα ὑπὸ Ἡλίου, ὅτι πολυχρόνιος εἶλετο μᾶλλον εἶναι ἢ βλέπειν. Ἔνιοι δὲ ἀπίθανον οἴονται, τοσαύτας γενεὰς ἐζηκέναι Φινέα, ὥστε τοῦ Φοίνικος ὄντα τὸν υἱὸν μέχρι τῶν Ἀργοναυτῶν διαρκέσαι, καὶ ἕτερον τοῦτόν φασι τὸν Φινέα, ἕβδομον ὄντα ἀπὸ Φοίνικος τὸν Ἀγήνορος, πρὸς ὃν ἀπήντησαν οἱ ἥρωες. πηρωθῆναι δὲ αὐτὸν, ὅτι ἐπεβούλευσε Περσεῖ. Σοφοκλῆς δὲ, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν Ὄρνιθον καὶ Κραμβιν* (Paris. *Ὄαρθον καὶ Κράμβην.*) *πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας* (leg. *Ἰδαίας*) *τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς.*

II. (660.)

Aristoph. Plut. 635.

Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας,
Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς χάριν.

Adnotat schol.: *ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος.* (Haec verba in cod. Venet. ad vs. 636. adscripta sunt, ut incertum sit, utrum unum an duos vs. ab Sophocle sumserit Aristophanes. Utriusque vs. manifesto tragicum esse colorem monuit Dindorfius, sed si posterior etiam Sophoclis fuit, certe cum altero coniunctus esse in Phineo non potuit.) — — *ἀντὶ τοῦ ἐπιτεταμένως ὁρᾷ. ἡ γὰρ ἐξ ἐπίτασιν δηλοῖ, ὡς τὸ* (Hom. Il. I, 486.) *ἐκ θυμοῦ φιλέων. ἢ μᾶλλον παίζων ἐπὶ στερήσεως λέγει. — ἔπαιξεν εἰπὼν ἐξωμμάτωται. τὸ γὰρ ἐξωμματῶσθαί ἐστι τὸ ἀποβεβληκέναι, ἢ τὸ ἐπιτεταμένως ὁρᾶν. ἡ γὰρ ἐξ κτλ.* ut supra. — *Ἄλλως. δέον εἰπεῖν, ἀνέβλεψε καὶ καθαροὺς ἔσχε τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐξωμμάτωται εἶπε καὶ λελάμπρυνται. παίζων γὰρ ἐπαμφοτεριζούσας λέξεις ἔθηκεν. ἐξωμμάτωται γὰρ ἀντὶ τοῦ ἐκκέκοπται τοὺς ὀφθαλμοὺς δύναται νοεῖσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφῃρέθη τὸ κάλυμμα. ὁμοίως δὲ καὶ λελάμπρυνται καὶ ἀντὶ τοῦ καθαροὺς ἔσχε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἀντὶ τοῦ λεύκωμα ἐν αὐτοῖς ἔσχε.* (Iunt.) Recte monuerunt Valck. Diatr. p. 196. 197. Iacobs. Anim. ad Athen. p. 194. Sophoclem verbum *ἐξομματοῦν* manifesto *excaecandi* significatione posuisse velut Eur. fgm. 545. *ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.* Sed vellem iidem exposuissent, quo modo cum ea conveniat vox *λελάμπρυνται*: nam ineptum scholiastae interpretationem iam redarguit Hemsterhusius. Quod autem Ellendtius (Lex. p. 626.) in fabula sat. *λαμπρύνεσθαι* pro *ἐκκαθαίρεσθαι* s. *ἐκκορεῖσθαι, averri*, dici commode potuisse ait, nihil valet, quum neque ulla sit causa, cur Phineum (id quod Brunckius et Boeckhius fecerunt. cf. fgm. IV.) inter fabulas satyricas referamus, neque cur, etiamsi fuisset satyrica, voci isti eam, quam Ellendtius voluit, vim tribuamus. Nec sufficit ratio, *qua* G. Hermannus (in Zimmerm. Diar. Antiqu. n. 1835. n. 95.) *locum* explicari voluit dicens: quum Phineus vates fuerit, facile dici

de eo potuisse, caecum quidem esse eum, attamen optime cernere. Nam offendunt et καὶ et κόρας; exspectantur καίτοι vel simile quid et φρένας. Quae quum ita sint, Sophoclis versum ab Aristophane pro more suo paullulum immutatum esse suspicor (dubito an fuerit κἀκλελάμπρυνται), nisi forte vel soli codici Veneto fides habenda est, qui Sophocli vs. 2. assignat.

III. (661.)

Hesych. Κηρίωμα (cod. κηρίομα), ὁμίλημα (fort. ὀμμάτων λήμη). ἔστι γὰρ τὸ κηρίον, ᾧ (cod. ὃν) προσεικάζει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν Φινειδῶν. (cod. φιν. δῶν). Locum probabiliter huc rettulit Dobraeus.

IV. (662.)

Pollux. VII, 193. τὸ δὲ τῶν καπήλων ἐργαστήριον καπηλεῖον εἰρήκασιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι, καὶ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ

βλέφαρα κέκληταί γ' ὡς καπηλείου θύραι.

Cod. Paris. δ' et θύρας. Non erat huius vs. irridendi causa, si fabula, in qua lectus est, satyrica fuit.

V. (663.)

Athen. III. p. 119. C. Σοφοκλῆς τ' ἐν Φινεῖ

Νεκρὸς τάριχος εἰσορᾶν Αἰγύπτιος.

Locum bene sic intellexit Brunckius: Phineum, quum mori non posset, senectute confectum et corrugatum similem fere fuisse mortuo Aegyptiorum arte medicato, (cf. Apoll. Rhod. II, 200.), male autem haec iocose dicta esse opinatus est.

VI. (664.)

Steph. Byz. Βόσπορος — Σοφοκλῆς δ' ἐν Φινεῖ πρώτῳ διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον (κτητικόν Gavelius et Meinekius)

Οὐδ' ἂν τὸ Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

Idem praebet cod. Voss. Etym. in not. Gaisfordi ad Etym. M. p. 205, 47.

VII. (665.)

Hesych. Ἀπενώτισαν. ἀπέστρεψαν τὰ νῶτα. Σοφοκλῆς Φινεῖ.

VIII. (666.)

Hesych. Ἀρτύμασι, τοῖς πρὸς τὴν θυσίαν εὐτρεπιζομένοις. Σοφοκλῆς φιμεί. Ita codex, unde Φινεῖ β eliciendum esse (cf. fgm. IX.) recte monuit Schowius. Numerus enim superscriptus erat ita, ut β (nonnunquam simillimum literae μ; cf. Bast. p. 708.) supra ν. Qu

Φινεῖ) positum esset; librarius autem illud *ν* falsum esse opinatus literam superscriptam, quae *μ* esse ei videbatur, in vocem intulit. — De voce *ἀρτύματα* cf. fgm. 630.

IX. (667.)

Hesych. *Ἀχάλκευτα τρύπανα. τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς Φινεῖ β'.* (cod. *φηνεὶ βω.*) — Hic et antecedens locus ad Tympanistas referendi videntur, si quidem recte Tympanistas et Phineum *β* eandem fabulam fuisse diximus.

X. (668.)

Hesych. *Καταρράκτης.* cf. fgm. 353.

XI. (669.)

Eustath. p. 1496, 53. *Ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηνται καὶ μάστακες αἱ ἀκρίδες. καὶ λέγεται κεῖσθαι τοῦτο παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φινεῖ.* Phot. p. 248, 18. *Μάστακας, τὰς ἀκρίδας. Σοφοκλῆς.* cf. Etym. M. p. 216, 10.

Φ O I N I Ξ.

Phoenicis argumentum iis contineri videtur quae tradit Apollod. III, 13, 8. *οὗτος* (sc. *Φοῖνιξ*) *ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη καταψευσαμένης φθορὰν Φθίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρωνα κομίσας ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις βασιλέα κατέστησε Δολόπων.* cf. Hom. Il. I, 448. sq. Epigr. Cyzic. III. in Iacobs. Anth. T. XIII. p. 620. sq. quaeque etiam Euripides in fabula pariter inscripta tractavit. cf. Eur. Fragm. p. 413. sq. Egregie enim huic argumento convenit fgm. III. Sed tanta est fragmentorum penuria ut nec de fabulae conformatione nec de ratione, qua Sophocles et Euripidis Phoenices discrepuerint, iudicium facere queamus. Welckerum autem hanc fabulam a *Dolopibus* nisi titulo non differre dicentem errasse nobis videri supra (p. 243.) monuimus. Titulum fabulae Sophocleae affert Epictet. Diss. I, 28, 32.

I. (670.)

Athen. II. p. 70. A. *Κινάρα. ταύτην Σοφοκλῆς* (**fragm. 324.**) — *ἐν δὲ Φοίνικι* (*λέγει*) *κύναρον*

Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην.

Ex Epitome excerpsit Eustath. p. 1822, 17.

II. (671.)

Irenaeus ap. Socr. hist. eccl. III, 7. p. 176. *Εἰρηναῖος ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν (ὑπὸ*

στασις) μηδὲ γὰρ παρά τισι τῶν παλαιῶν εὑρῆσθαι, εἰ δέ που καὶ εὕρηται, μὴ τοῦτο σημαίνειν, ἐφ' ᾧ νῦν παραλαμβάνεται. παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Φοίνικι ἐνέδραν σημαίνειν τὴν ὑπόστασιν, παρὰ δὲ Μενάνδρῳ (cf. Menand. ed. Mein. p. 160. sq.) τὰ παρυπνεύματα. Hinc sua hausit Iul. Pollux Hist. Phys. p. 376. τὸ δὲ τῆς ὑποστάσεως (ὄνομα) σπανίως μὲν εὕρηται, ἐπὶ δὲ τοῦ νῦν σημαινομένου οὐχ εὕρηται ὅλως παρά τινι. παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλέους ἐπὶ τῆς ἐνέδρας εὕρηται, παρὰ δὲ Μενάνδρου ἐπὶ τρυγίας πίθου ἢ παρυπευμάτων.

III. (672.)

Eustath. p. 1088, 36. Φορβὰς γυνὴ παρὰ Σοφοκλεῖ, φασίν, ἐν Φοίνικι ἡ πολλοῖς προσομιλοῦσα τροφῆς χάριν.

Φ Ρ Ι Ξ Ο Σ.

In Phrixo quid expresserit Sophocles plane incertum est. Haud improbabilis autem Welckeri (p. 318) est coniectura, quum Sophocles illud argumentum, quod Euripides in *Phrixo* tractavit, in *Athamante* tractasse videatur, huius fabulae summam iis comprehendi, quae tradidit Hygin. Poet. Astron. II, 20. „*Alii dicunt Crethea et Athamantem cum aliis pluribus Aeoli filios fuisse, nonnulli etiam Athamantis filium Salmonea, Aeoli nepotem dixerunt. Crethea autem habuisse Demodicen uxorem, quam alii Biadicen dixerunt. Hanc autem Phrixi Athamantis filii corpore inductam in amorem incidisse: neque ab eo, ut sibi copiam faceret, impetrare potuisse: itaque necessario coactam criminari eum ad Crethea coepisse, quod diceret ab eo vim sibi pene illatam, et horum similia mulierum consuetudine dixisse. Quo facto Crethea, ut uxoris amantem et regem decebat, permotum, Athamanti ut de eo supplicium sumeret persuasisse. Nubem autem intervenisse et ereptum Phrixum et Hellen eius sororem in arietem imposuisse, et per Hellespontum, quam longissime posset, profugere iussisse. Hellen decidisse et ibi debitum naturae reddidisse, et ex eius nomine Hellespontum appellatum. Phrixum Colchos pervenisse et, ut ante diximus, arietis interfecti pellem in templo fixisse; ipsum autem a Mercurio ad Athamantem esse reductum, qui patri eius satisfecerit, eum innocentia confisum profugisse.*“ cf. Pind. Pyth. IV, 162. Quae schol. ad h. l. adnotat: ἐκακώθη γὰρ (Φρίξος) διὰ τὴν μητρυιὰν ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ καὶ ἐπεβουλεύθη ὥστε φυγεῖν. Ταύτην δὲ ὁ Πίνδαρος ἐν ὕμνοις Δημοδίκην φησὶν .... Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι Νεφέλην. non obstant illi sententiae; manifesto enim scholiastes *Athamantem* et *Phrixum* inter se confudit: rem ex hac tradidit, nomina vero personae et fabulae ex illa sumsit. cf. Athamantis argum.

I. (673.)

Etym. Gud. p. 330, 43. *Κνυζῶ.* — *Σοφοκλῆς Φρίξῳ*

Κυνηδὸν ἐξέπραξαν κνυζούμενον.

Idem habet Etym. cod. Havn. 1971. Blochio teste ap. Gaisf., quam ob rem ille *Φρίξον* scribendum locumque ad Athamantem referendum esse ait. Male. Multo probabilius correxit Blomfieldus (Mus. crit. Cantabrig. I. p. 149. et Gloss. ad Aesch. Sept. 317.): *κυνηδὸν ἐξέκραξαν ὡς κνυζούμενοι.* Dobreus *ἐσπάραξαν.* Sed nescio an servata in extremis librorum scriptura corrigendum sit: *κυνηδὸν ἐξήραξά νιν κνυζούμενον.* cf. Aristoph. Nub. 1173. *νῦν μὲν γ' ἐξηνεγκάμην, ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω κοιλοῖς κακοῖς ναὶ σχολιά.* — Respicere ad h. l. videtur Etym. Paris. in Cram. An. Gr. Paris. IV. p. 73, 32 exhibens: *Φρίξω κυνιδόν.* (sic.)

II. (674.)

Steph. Byz. *Ἄστυ* — *προάστιος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ θηλυκὸν εἴρηται, προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους*

Ὅρια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.

III. (675.)

Antiatticista Bekkeri p. 83, 23. *Ἀφελής.* Σοφοκλῆς Φρίξῳ. Vocem interpretatur Etym. M. p. 146, 14.

Φ Ρ Υ Γ Ε Σ.

Phrygum argumentum Welcker p. 135 ab eo non diversum fuisse statuit, quod Aeschylus in fabula pariter insignita tractaverit (cf. Aesch. Fragm. p. 123. sq.) neque sane in fragmentis inest, quod huic sententiae obstet. Verum etiam aliam rationem cogitari posse ad *Troili* argumentum monuimus. Ceterum videndum est, ne ad hanc fabulam referenda sint fragmenta, quae e *Priamo* citantur.

I. (676.)

Schol. ad Aesch. Prom. 435. *Σιωπῶσι παρὰ τοῖς ποιηταῖς τὰ πρόσωπα ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους, ἢ διὰ τὴν συμφορὰν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ.* Brunckius, quum apud Schol. Aristoph. Ran. 911. legeretur: *ὁ Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις. οὐδὲν δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς φθέγγεται. — Ἄλλως. εἰκὸς τὸν ἐν τοῖς Φρυξὶν Ἀχιλλέα ἢ Ἕκτορος λύτροις, ἢ τὸν ἐν Μυρμιδόσιν, ὃς μέχρι τριῶν ἡμερῶν*

οὐδὲν φθέγγεται.“ mutavit: ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Αἰσχύλου — — ὡς ἡ Νιόβη παρὰ τῷ αὐτῷ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ. Sed violentam hanc mutationem esse iam ipsius scholiastae verba παρὰ τοῖς ποιηταῖς documento sunt. Nec sane est, cur rem a Sophocle alienam iudicemus.

II. (677.)

Stob. VIII, 5. Σοφοκλέους Φρυγῶν.

Τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθοὺς, ὦ παῖ, φιλεῖ
Ἄρης συναιρεῖν· οἱ δὲ τῇ γλώσσῃ θρασεῖς
φεύγοντες ἄτας ἐκτός εἰσι τῶν κακῶν.
Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λογίζεται.

Vs. 2. libri omnes συναίρειν praeter Paris. B. in quo ἐναίρειν manu sec. Valck. Diatr. p. 226. correxit ἀναιρεῖν et ad sententiam comparavit Phil. 436. sq. fgm. 520., sed facilior est correctio συναιρεῖν. cf. Trach. 884. — Vs. 4. A. Nauckius (in Philol. II. p. 640) pro λογίζεται coniicit λῃΐζεται eamque coniecturam firmari dicit schol. Hom. Il. β'. 833. ad verba φθισήνωρ Ἄρης adnotante: Ἄρης γὰρ οὐδένα τῶν κακῶν λῃΐζεται, in quibus verbis restituendum sit οὐδέν. Sed equidem neque ullam perspicio mutandi causam, nam optimam sententiam praebent verba: οὐδὲν τῶν κακῶν λογίζεται, h. e. *ignavos nihil curat*, neque intellego, quid mutatione ista lucrari possimus. Simul vero miror Nauckium, quod ab scholiasta, cuius verba a Sophocleis diversissima sunt, poetae locum respici dixit. — Similes sententias congessit Valck. l. c.

Praeterea ad hanc fabulam refertur a Schoellio fgm. 713, a Welckero fgm. 730.

X P Y Σ H Σ.

Sunt, qui (v. c. Ad. Schoellius Tetral. Trag. p. 231.) *Chrysen* et *Captivas* (Αἰχμαλωτίδας) fabulas nisi titulo non diversas fuisse putent et in *Captivas* vi quadam Chrysae nomen inferant (cf. fgm. 45.), sed, quamquam saepius pro fabularum titulis personarum in iis agentium nomina posita sint (cf. p. 174. sq.), tamen id in una eademque fabulae a multis scriptoribus citata factum esse non est credibile. Utcunque igitur de *Captivarum* argumento statuitur, haud dubie recte *Chrysen* ab ea distulisse dicemus. Cuius dramatis summam Naekius (Ind. lectt. Bonn. 1822. 23. p. VII. 1823. 24. p. V.) et Welcker (p. 210. sq.) probabiliter iis, quae Hygin. fab. CXX. CXXI. tradidit exhiberi et imitatione a Pacuvio in fabula eodem titulo inscripta

